tas sicco qd̄ est durum admiscet̄ signt q̄ eius sic
citas est: pp̄ q̄ multū fuit retēta in humiditati
bus ipsam exire ꝓhibentibus: ⁊ pp̄ priuationē
fellis pūgentis ⁊ festināns. sꝫ cū ibi non est lon
ga retētio nec humiditatis intestis adsunt signifi
cationes cā in ipsa est supfluitatis sanioꝝ ⁊ pu
gentis effusio q̄ ab eꝑe fluxit in eo qd̄ est coram
ipso ⁊ sua exōne non genit donec cōmisceret̄.
¶ Et est ēt cū colore sui dignoscit̄ egō cuꝰ ve-
ro color nālis igneus est leuis extrīs igneitatis
qui si augmētat̄ fellis signt multitudinē ⁊ si mi-
nuit̄ signt cruditatē ⁊ maturationis priuationē. ⁊
si albus fiat q̄nqꝫ est eius albedo pp̄ opilatio-
nem in cānalibus fellis: ⁊ hoc signt ictericiā: ⁊ si
cū albedine est virtus sanies hn̄s odorē magnū
ꝯpatis signt apteonē. ¶ Sanus quoqꝫ qui non
exercitat̄ multotiens egerit virtus ⁊ famē que
est ei purgatio ⁊ exīo laudabilis: q̄m pp̄ hoc re
mouet̄ ab eo lanitas que ei pp̄ priuationē exer-
citij acciderat quēadmodū diximus in vrina.
¶ Praeterea scito q̄ egō colorē igneū vehemē-
ter superfluum habens multotiens in hora fi-
nium egritudinum significat maturationem: ⁊
multotiens significat dispositionis malitiam.
¶ Et nigra quidem significat taliter qualiter
sunt vrine nigre significationes. Significant
enim aut adustionem fortem: aut egritudi-
ni melancolie maturationem: aut nutriens tin
gens aut potionem rei que melancoliam eua
cuat: sed prima est mala: ⁊ illa quidem que est
propter puram melā non sufficienter cogno-
scitur ex colore sui: imo cognoscēda est ex acre
dine sui ⁊ ponticitate ⁊ bullitōe terre ex ipsa.
Et est mala siue sit egō siue vomitus ⁊ ex ipsiꝰ
ꝓprietatibꝰ est q̄ in se luminositatē hꝫ. ¶ Ad
vltimū vero humor melicus purus pneccans
est sm̄ plm cum egredit̄ .s. est mortis significa-
tio. ¶ Chimi vero nigri exitus multotiens cō
fert: ⁊ illud est q̄m melie nālis exitus vltimam
corporis adustionem signt ⁊ humiditatū ipsius
pemptionē. ¶ Uiridis aūt egō caloris innati
significat extinctōeꝫ: ⁊ silr fusca. ¶ Egō quoqꝫ
plerūqꝫ ex sui cognoscit̄ hora ex absentia infla
tionis sue aut ex inflatōe: q̄m inflata sicut ster-
cus vacce significat ventositatem. ¶ Et est eū
ex hora sui cognoscitur: q̄m cuꝫ egestionis exi
tus festinat ⁊ horam qua egredi solebat antece
dit signū est malum: quia fellis significat mul
titudinem: ⁊ virtutis retentiue debilitatem:
⁊ si eius tardatur exitus digestiue signifi-
cat debilitatem ⁊ intestinorum frigiditatem.
Et humiditatis ⁊ somni multitudo vento-
sitates significat inflatiuas. ¶ Colores quo
qꝫ extranei ⁊ diuersi mali existunt: ⁊ nos
ipsos in libro nominabimus particulari.
¶ Que vero ex egestionem est melior est iun
cta que est similium partium ⁊ in qua aquosi-

tas siccitati est vehemēter admixta ꝛ cui⁹ spissitudo est sicut mellis spissitudo ꝛ cuius exitus est facilis ꝛ nō pigit ꝛ cuius color attinet citrinitati ꝛ nō est multi fetoris neqꝫ est puata fetore. ꝛ non hꝫ gurgulationē neqꝫ rugitū ꝛ nō hꝫ spumā: cuius exitus est in hora in qua solet: ꝛ fm q̄ntitatē q̄ ei qḋ comedit ē ꝓpinq̄ in q̄ntitate sui. ℭ Et scito ꝙ non ois egōnis eq̄litas est laudabilis neqꝫ ois eius lenitas qꝛ q̄nqꝫ sunt pp vehemētē maturationē i oi pre siles ꝛ q̄nqꝫ sūt pp adustionē ꝛ liq̄factōꝫ similes: ꝛ tūc qḋ sunt ex deterioribus significatōibus. ℭ Et scito ꝙ egō q̄ est tēperate cōnne q̄ est ad tenuitatē nō est laudabilis nisi cum non sunt cū ea rugitus neqꝫ vētositates neqꝫ in sui exitu paulati intersecat: ꝛ si non possibile est vt eius exitus sit pp vir⁹ molestans qḋ est ei admixtū: ꝛ nō pmittit vt ꝯiungat. ℭ Est āt cū plerisqꝫ sollicitti fuerint de significationibus q̄ in sudore ꝛ alijs appent rebus: verūtñ de ipsis loq ꝓprius est in sermone pticulari. In sermone quoqꝫ pticulari similiter repies expositionis augmentum in re egōnis ꝛ vrine ꝛ reliquorum.

ℭ Fen tertia cui⁹ est caplꝫ vnū ꝛ doctrie qnqꝫ

ℭ Capitulū singulare dictionis tertie de cāis sanitatis ꝛ egritudinis ꝛ neātatis mortis

Edicina in prima diuisiōe in duas diuidit ptes: in ptē theoricā ꝛ ptē practicā: q̄ tñ oēs sūt scie speculādi: qḋ āt noie theorice ꝓprie designat est illud qḋ in demōstrādo sniās tñ ꝯfert ita ꝙ in demōstratiōe opōnis nullo mō auxiliū pbet sicut: pars in qua res sciunt complōnū ꝛ humoꝝ ꝛ virtutū ꝛ spēs egritudinū ꝛ accn̄tiū ꝛ cāꝝ ꝛ illud cui nomen ꝓprie practice attribuit est qḋ in demōstrando opōnis ꝛ regiminis q̄litatē auxiliabit sicut pars q̄ nos iuuat ad demōstrādū quō sanitatē corpis qḋ in illa dispōne exit custodiamus: ꝛ quō corpus qḋ talē hꝫ egritudinē medicemur. ℭ Et neqꝫ existimes ꝙ ps que dr̄ practica sit opō ꝛ actio: sꝫ est ars q̄ docet nos quō sit opandū ꝛ agendum ꝛ nos qḋ iā declarauimus tibi hoc in his q̄ sunt premissa. ꝛ postq̄ iaꝫ expleuimus dictionem primā ꝛ scdām in his que sunt ptis medicine que est theorica vlis: ergo nr̄ꝫ studiū nūc reducamus in duabus q̄ remāserunt ad ptem ipsius practicā fm modū vlem. ℭ Pars āt ipsius practica in duas distribuitur ptes: quarum vna est scia regendi corpa sana q̄liter in sui remaneant sanitate. ꝛ hec qḋ custodiendi sanitatē scientia vocat. ℭ Et pars eius scda ē scia regendi corpus egrū q̄liter ad sanitatis redeat dispōnē ꝛ vocat scia medicādi. ꝛ nos qḋ incipiemus ꝛ scribemus in hac dictione sermone cōpendiosum de custodienda sanitate.

ℭ Et dicemus ꝙ ꝓpterea ꝙ gn̄ationis nr̄orum corpoꝝ principiū res due fuerunt: quaꝝ vna est spma viri cuius essentie certius ē ꝙ locū tenet factoris. ꝛ altera est spma mulieris ꝛ sanguis menstruus cuius rei certius est ꝙ locū tenet materiei. ꝛ he due sibi e in hoc cōicant ꝙ vnaqueqꝫ earꝫ est fluida ꝛ hūida. lꝫ post dissificent. ℭ Et aqueitas ꝛ terreitas in sanguine ꝛ spermate muliebri plus abūdāt. ꝛ aereitas ꝛ igneitas in spermate virili superant. ℭ Oportuit aūt vt coagulatōis hoꝝ duorū principiū esset coagulans humida lꝫ terreitas ꝛ igneitas sint iuncte in eo qḋ ex eis fit. ꝛ terreitas cū eo qḋ in ea existit de duritie: ꝛ igneitas cū eo ꝙ est in ea ex virtute maturādi iuuerit se ꝛ coagulatū durū fecerint ꝛ coagulatiōe quādā ei attribuerint ꝛ duritiē: verūtñ hoc ad terminū coagulationis duroꝝ corpoꝝ non pertiguit sicut lapides ꝛ vitrum: ita ꝙ ex eis nihil resoluatur: aut resoluatur qḋ non sensu percipitur: tunc nāqꝫ secura essent a nocumētis que pp assiduaꝫ accidunt resolutionē ꝛ lōgissimāꝫ: sꝫ res nō est ita: quapp corpora nostra duabus nocumentoꝝ spēbus sunt exposita: quoꝝ vnaquaqꝫ cāꝫ hꝫ intrinsecā ꝛ extrinsecā: ꝛ vna qḋ nocumenti spēs est humiditatis resolutio ex q̄ creati sumus ꝫ hec qḋ ordinate aduenit. ꝛ scda est hūoris putrefactio ꝛ eius corruptio ꝛ ipsi⁹ alteratio: vnde fomento vite ꝯueniens nō est. ꝛ hic qḋ a pncipio modo est alius lꝫ sua ipsius malitia ad siccitatē adducat: ppea ꝙ corporis humiditatē priuo exiccari facit: ꝛ ex eo qḋ nostris ꝯueniēs est corporib⁹ corrūpit: deinde ad vltimū a putrefactiōe resoluit: qm̄ putrefactio in primis corrūpit humiditatē: postea ipsaꝫ resoluit ꝛ rem siccam dimittit cieritiam. ℭ Hec igitur duo nocumenta ab alijs nocumētis sūt aliena que pp alias accidūt cās sicut frittas cōgelatiua ꝛ venena ꝛ spēs solutionis continuitatis perniciosa ꝛ reliqua egritudines. ℭ Sꝫ due predicte species huic nostre inuestigationi sunt ꝓpinquiores ꝛ digniores. qꝛ earum mutatio est in dispositione sanitatis. ꝛ vnaqueqꝫ ipsarum aduenit ex causis extrinsecis. ꝛ causis intrinsecis: ꝛ extrinsece quidē cause sunt sicut aer dissoluens. ꝛ putrefaciens. ꝛ intrinsece qḋ cause sunt sicut calor innatus qui in nobis exit nostras resoluens humiditates: ꝛ calores extranei in nobis a nostris nutrientibus generati ꝛ reliqua nostras putrefacientia humiditates. ℭ Omnes vero cause iste se adiuuicē iuuāt in exiccando nos. verūtñ perfectio ꝛ integritas nostra ꝛ potentia pficiendi operationem non est nisi pp multā siccitatem que nobis accidit. deinde siccitas incessanter ꝓcedit donec nos pimat. hec igitur siccitas que nobis accidit res est nobis necessaria. ℭ Nos si quidē a pncipio rei in vltima cōsistimus humiditate vnū procuidubio oportet vt calor eam superet: qm̄

ndo in ipsa suffocaret: procedit igitur pculdubio in ipsam assidue agendo: et ipsam semper exiccando incedit. ¶ Quod tñ ex eius exiccatione apparet in principio eq̄litati attinet: deinde cum nostra corpora ad téperate siccitatis peruenunt terminum calore existente vt erat non est siccitas fm sue siccitatis prime quātitaté immo fortior qm̄ materia est minor et ,ppter hoc est magis recipiens. Inde proculdubio sequit vt siccitas supra siccitatem téperatá augmentetur et non cessabit pculdubio quin assidue augmentū sumat: donec humiditatem cōsumat. calor igitur innatus est ci extinguēdi seipsuz accidentaliter ppea q̄ sit causa sui ipsius materiā consumendi: sicut lampadis flāma que extinguitur ppea q̄ suam cōsumit materiā et q̄to plus siccitas fm augmentū pcedit: calor innatus fm diminutioné incedit. ergo accidit defectus nūq̄ cessans vsq ad vltimū q est defectus restaurandi humiditaté loco eius qd̄ resolutuz fuit defectus igit semp augeť. ¶ Siccitas ergo duobus augmentať modis. vnus eoruz est propter diminutioné potentie recipiendi māx: et alter minoratio humiditatis in se propter caliditatis resolutioné. ¶ Augmentatur igiť caloris debilitas: ppterea q̄ siccitas in mébroz subs dñatur: et propter nālis humiditatis diminutioné que est sicut materia et sicut oleum flāme lampadis. Flāma nāq duas hȝ humiditates aquā et oleū: vna quarū consistit: et altera extinguitur: similiter calor innatus in humiditate consistit nāli et ab augmento extranee extinguitur: que pueniť ex debilitate digerendi et est sicut aqua humiditas flāme: et cum siccitas ad cōplementū accidit calor innatus extinguitur et mors subsequiť nālis. ¶ Corpus autez non permanet tpe quo perdurat nisi propterea q̄ ipsius innata humiditas prima resolutioni resistit caloris mundani et caloris sui corporis in nā sui: et eius quod ex motibus accidit sine hac tā longa resistitione: qm̄ ipse sunt ea in eēntia sua debiliores: imo ipsum stare nō facit nisi illud qd̄ restaurat illud qd̄ ex ea resoluitur et est nutriens. ¶ Amplius nos iam declarauimus q̄ virtus non opatur et viuit eo nisi vsq ad terminum. Et ars quidem sanitatem custodiendi non est ars que a morte securos nos faciat: neq corpus ab extrinsecis nocumentis muniat: neq vnūqdq corpus ad vltimam vite longitudiné perducat que est fm hominem absolute: sed de duabus rebus securitatem prebet putrefactionis penitus prohibitione et defensione humiditatis ne cito resoluatur. ¶ Et in ipsius quidem fortitudine consistit vt ipsu3 vsq ad debitum tempus fm suam primam cōplōnem permanere faciat. et hoc quidé erit pp regimen rectum restaurationis que fit in corpe loco eius quod re.oluitur fm q̄titatem possibile: et propter regimen prohibens dominiuz causarum siccitatem accelerare facientium exceptis causis que faciunt siccitatez debere esse et per regimen custodiens a generatione putrefactionis propter tutelam corporis et custodiā a potestate caloris extranei extrinseci aut intrinseci: quoniam non omnia corpora sunt eq̄lia in fortitudine humiditatis radicalis et caloris innati: immo corpora in his existunt diuersa. ¶ Vnumquodq preterea corpus terminum habet in quo resista. siccitati necessarie cōplōne sua et calore suo inato et q̄titate sue inati humiditatis a quo non remouetur. est tamen cuz ante aduenium cause in siccitatem adiuuantes aut alio modo pernecantes. Et multi quidem hominuz debent q̄ isti sunt termini naturales et termini accidentales sunt alij. Et quasi custodiendi sanitatem ars existit illa in qua corpus humanum ad naturalem perducat terminum si conuenientia conseruat. ¶ Huius autem custodie administrationi due attribute sunt virtutes quibus deseruit medicus: vna earum est naturalis et vocatur nutritiua que restaurat illud quod ex corpore resoluitur cuius substantia terreitati et aqueitati attinet. et altera est animalis et ipsa est virtus pulsatiua que restaurat quod ex spiritu resoluitur cuius substantia est aerea et ignea. et propterea quod nutriens non fuit simile nutrito nisi in potentia. ideo creata fuit virtus immutatiua quatenus nutrientia mutet in similitudinem nutritorum in effectu. et vt pro certo sit nutriens in effectu. ¶ Et ad hoc creata fuerunt instrumenta et canales que sunt ad attrahendum et expellendum et retinēdum et digerendum. ¶ Dicemus ergo q̄ habene rei in arte custodiendi sanitatem cōsistunt in equalitate causarum predictarum communitantium. ¶ Ille tamen in quarum equalitate maior necessaria est sollicitudo sunt septé res. Equalitas complexionis: et electio eorum que comeduntur et bibuntur: et purgatio superfluitatum et custodia compositionis et rectificatio eius quod per nares attrahitur et custodia tangentis et moderamen motionum corporalium et animalium. inter que etiam somnus et vigilie quodāmodū numerantur. ¶ Etsi quidem iā sciuisti in his que sunt premissa q̄ neq equalitas vnum habet terminum neq sanitas neq aliqua ex complexionibus in hoc ingreditur q̄ sit aliqua sanitas aut aliqua equalitas in aliquo tempore: sed est id quod inter duas res existit. Incipiemus igitur in primis declarare regimen infantie qui in vltima complexionis equalitate consistit.

¶ Doctrina prima dictionis tertie. que est de nutricatione quattuor continens capitula.

¶ De regimine infantis ex quo nascitur vsq quo incedat. Cap. I.

p Regimentum aūt regimē ꝛ mulierum q̄ pꝛui sunt vicine in dictionibus scribemus pcularibus. Infantis ꝟo tpāte cōplōnis cum nascitur plerisq; sapiētum dixerunt. vmbilicum in pmis debere incidi sup q̄tuoꝛ digitos: ꝛ cum lana ligari mūda: q̄ bn̄ ꝛ subtiliter sit ꝛ tortalis ne doleat: ꝛ olii cū pāno sup ipm est ponēdū: ꝛ pp vmbilici icisionē pceperūt vt vēaꝝ citriaꝝ ꝛ san. ora. ꝛ sarcocolle ꝛ cymini ꝛ vsnee ꝛ myrrhe ptes sumāt eq̄les ꝛ trite vmbilico sup ponant: ꝛ festinēdū est ad coꝛpus ipsius saliēdū cum salamoꝛa tēuis salis q̄tenus vmbilicus eius induresceat ꝛ ipsius cutis dura fiat. Ex salibus ꝟo ille melioꝛ exīt cui admixta sūt sedenegi ꝛ costus ꝛ sumac ꝛ fēugreci ꝛ origanuz: ꝛ ipsius qd̄ nasus nō saliat neq; os. ℭ Causa ꝟo q̄re nobis necīū est coꝛpus eius duꝝ facere est: q2 illico cū nascit̄ oia q̄ ipm tāguīt ei nocua sunt siue cala siue frā siue aspa sentiat ea: ꝛ hoc qd̄ est pp cutis eius subtilitatē ꝛ pp caloꝛem eius: q2 oē qd̄ ipm tāgit sētit duꝝ ꝛ frīm ꝛ aspeꝝ. ꝛ si nobis necīū merit ilꝛ salire faciemus: ꝛ hoc qd̄ agemus cū multe fuerit soꝛdicie ꝛ multaꝝ hūiditatū: deinde aq̄ tepida ipm lauabimus ꝛ eius nares assidue purgabimus digitis: q̄ꝝ vngues sunt incisi ꝛ in eius oculos paꝝ olei pijciemus. ℭ Ani pterea oꝛificium minuto digito in circuitu eius est mouēdū vt apiat̄ ꝛ obseruādū est ne ipsiuz frigus taugat. ℭ Cūq; ergo ceciderit vmbilic⁹ qd̄ ē p⁹ tres aut q̄tuoꝛ dies erit meli⁹ vt s̄r ipz pōat cinis cocleaꝝ aut cinis calcāei vituli aut plūbi adusti ꝛ triti cuiuscūq; sucīt cū vio. Cūq; volum⁹ vt fasciet̄: nutrix ei⁹ mēbꝛa suauit tāgere dz ꝛ qd̄ dilatādum fuerit dilatare: ꝛ qd̄ subtiliandum subtiliare: ꝛ oē mēbꝛum fm ꝯuēiētioꝛē figuram figurare: ꝛ hoc totum subtili cōpssione cū extremitatibus digitoꝝ: qd̄ qdem multis faciēdum erit vicibus: ꝛ oculi assidue erūt tergendi cum re q̄ sit sicut seta ℭ Vesicā q̄z eius pmet̄ ꝯuēit vt vrine exitus facilis fiat: deinde manus eius extendat̄ ꝛ ipsius bꝛachia ad gēua ducantur ꝛ ipsius caput in sua ligetur ꝛ pileus ei imponatur qui super ipsius caput constringatur. in domo pterea temperati aeris que nō sit frīa ad doꝛmiēn ponatur. ℭ Opoꝛtet autem vt domus vmbꝛe attineat ꝛ tenebꝛositati aliquātule que a superante radio non illuminetur. ℭ Cūq; doꝛmierit opoꝛtebit vt caput eius toto reliquo coꝛpe sit altius: ꝛ obseruandum erit ne cum doꝛmierit aliquid colli ipsius aut extremoꝛum eius aut doꝛsi toꝛqueatur. ℭ Ipse quoq; in estate aqua suaui equali balneandus est. in hyeme vero aqua cuia ad caliditatem trahat non pungentem. ℭ Hoꝛa vero ad ipm lauanduz melioꝛ est post eius longum somnū. ꝛ plerūq; qdē est ꝯueniens vt ipse bis in die lauet̄ aut ter: ꝛ vt oꝛdinare ad id qd̄ si magis tepidū muret̄ si ipz fuerit estiuū. In hyeme at nō sit fridioꝛ aq̄ q̄ in caliditate tēperata exit. ℭ Ipse quoq; nō lauet̄ vsq; q̄ eius coꝛpus calefiat, ꝛ rubere incipiat. postea extrahat̄ ꝛ eius aures custodiant̄ ne aq̄ in eis ingrediat̄. ℭ Et oz qdem vt cū in hoꝛa ablutionis accipit̄ sit fz hūc mōm. Accipiat̄ māu dextra ꝛ super bꝛachiū sinistrū sup pect⁹ suū appodiet̄ ꝛ nō sup vētrē. ℭ Amplius in hoꝛa ablutiōis ipsius studendū erit vt ipsius plāte ad doꝛsum eius eleuent̄ ꝛ eius pedes ad caput eius subtiliter ꝛ suauiter pducant̄: deinde molibus pānis fricet̄ ꝛ suauiter extergat̄. Deinde fiat vt in pmis sup vētrem sui iaceat: postea s̄ doꝛsum ꝛ preter hoc totū incessanter fricet̄ ꝛ pmat̄ ꝛ figuret̄: deinde ad ipsum cum pāno fasciandū est redeūdum: ꝛ postea in ipsius nares oleum dulce proijciat̄: q2 eius oculos lauabit ꝛ ipsoꝛum tunicas.

ℭ De regimine lactationis ꝛ remotionis a lacte. Cap. ij.

q Ualitas ꝟo lactationis eius ꝛ ipsi⁹ cibationis hoc mō obseruant̄. Oibus modis qbus est posē lac mrīs infanti ad sugendum dandum est ipsum enim est nutriens qd̄ magis simile erit sube nutrientium pteritoꝝ quibus alebat̄ dū in ventre erat. s. mēstruoꝛum mrīs: q2 ipsa sūt que conuertunt̄ ꝛ fiunt lac ꝛ ipse magis est recipiens h̄ ꝛ magis est ei cōueniens: ita vt iam experimento certificatū sit q̄ extremum māmille matris in os infantis ponere valde confert ꝛ ad remouendum quicquid ei nocet. ℭ Bis autem aut ter in die sugere māmillas oz ei sufficere ꝛ in pmis non est multum lactandus. Opoꝛtet autem ne sit eius mr̄ que ipsum prius lactat: donec mrīs complexio tempet̄. Est melius quidem vt paꝝ mellis eidem tribuat̄. deinde lactet̄. ℭ Ex lacte q̄z quod puer sugit in mane bis aut ter emulgen̄. est: deinde māmilla est ei tribuenda ꝛ precipue cum in lacte fuerit macula. ℭ Lac autem malum. s. acutum a matrice infanti non est danduz dum est teuūa. ℭ Et preter h̄ etiam due res sunt faciende iuuamē ei ꝯferentes ad h̄ vt eius cōplo foꝛtis fiat. quarum vna est lentus motus: ꝛ altera est consonantia musice ꝛ vox cantilene quēadmodum mos est dum infantes in locis ponuntur in quibus doꝛmire debent. Ex q̄titate enim recipiendi h̄ duo sciet̄ur q̄tum sit aptus exercitio ꝛ musice quoꝛum vnum est coꝛpis alterū anime. Quod si aliqua res prohibitoꝛia matris lac dari non permiserit. siue causa debilitatis ipsius: siue coꝛruptionis lactis eius: siue q2 est aclinosa: eligenda erit nutrix secundum conditiones quas dicimus. Quarum quedā attenduntur in etate eius ꝛ quedam in ipsius

figura: ⁊ alie in eius moribus ⁊ alie in formis suarum mamillarum ⁊ quedam in qualitate lactis ipsius: ⁊ alia in quantitate temporis quod est inter eam ⁊ partum ipsius: ⁊ alie que sunt ex genere infantis eius. ¶ Cumque secundum has conditiones reperta fuerit oportebit vt eius nutrimentia renouando sint bona ex tritico ⁊ spelta ⁊ carne agnorum ⁊ hedorum ⁊ piscium: quorum caro non putrescit nec est dura. ¶ Lactuce quoque sunt nutriens quod laudatur ⁊ amigdale ⁊ auellane. ¶ Ex oleribus vero deterius est eruca ⁊ sinapis ⁊ betadorem. quoniam sanguinem corrumpunt. Et in menta est eius virtus. ¶ Nunc autem dicemus nutricis conditiones ⁊ a conditione etatis ipsius incipiemus. Dicemus itaque ꝙ melius est vt sit etatis que est inter .xxv. ⁊ .xxxv. annos: quoniam hec etas est iuuentutis ⁊ sanitatis ⁊ complementi. ¶ Conditiones vero figure ipsius que attenduntur in compositione eius sunt ꝙ oportet ipsam boni coloris esse ⁊ collum habere forte ⁊ pectus habere forte ⁊ amplum: ⁊ musculosam ⁊ duram habere carnem inter pinguedinem ⁊ maciem temperatam ⁊ carnosam non adipe abundantem. ¶ Secundum mores vero suos consideratur: quoniam ipsam oportet bonorum morum ⁊ laudabilium esse que tarde a malis anime passionibus patiatur: sicut ira tristitia ⁊ timor: ⁊ reliqua ab istis. Omnia enim iste corrumpunt complexionem ⁊ forte a lactatione abstinebit: ⁊ propter hoc prohibuerunt quidam ne solida lactet. Et preter hoc totum malitia morum ipsius eam perducet ad hoc vt infantis pauca habeat sollicitudinem ⁊ ei parum blandiatur. ¶ Conditiones vero que in forma mamillarum ipsius attenduntur sunt: quoniam oportet ipsas esse solidas ⁊ magnas ⁊ sui magnitudine non sint laxe: neque debent esse extense magnitudinis: ⁊ oportet etiam vt inter duritiem ⁊ mollitiem sint mediocres. ¶ Secundum qualitatem vero lactis ipsius consideratur: quia oportet vt ipsius substantia ⁊ qualitas sint temperate ⁊ eius color attineat albedini quod neque sit fuscus neque viridis neque citrinus nec rubeus. Eiusque odor sit bonus in quo non sit acredo: neque ponticitas ⁊ ipsius sapor dulcedini attineat: in quo non sit amaritudo neque salsedo neque acredo. ¶ Et oportet vt trahat ad multitudinem: ⁊ vt eius partes sint similes: ⁊ vt non sit subtile fluidum nec multum grossum caseatum: neque diuersarum partium: neque multe spume. Et eius quidem substantia quandoque experitur ꝙ est vt de ipso super vnguem mulgendo distilletur: ꝙ si fluit est subtile. Et si vnguis inclinetur ⁊ non currat est spissum. Ipsum etiam experitur cum in ampulla ponitur ⁊ parum mirrhe super ipsum proijcitur ⁊ digito miscetur propter hoc enim scitur aquositas ipsius ⁊ caseitatis ipsius quantitas. lac enim laudabile ⁊ temperatum est in quo aquositas ⁊ caseitas sunt equales. ¶ Quod si aliqua fuerit nobis necessitas lac tale habentis ipsum preparabimus ex parte lactationis ⁊ parte nutricis. Ex parte quidem lactationis: quoniam lac ꝙ grossum fuerit ⁊ mali odoris melius est vt non detur nisi postquam mulctum fuerit ⁊ in aere moram fecerit: ⁊ quod vehementis fuerit caloris conueniens erit vt nullomodo ieiuno detur. ¶ Et nutricis quod regimen est quod si eius lac grossum fuerit dabitur ei oxymel de seminibus quod eius subtiliatiuorum apozimate sumatur sicut mentastrum ⁊ ysopus ⁊ hasce ⁊ origanum montanum: ⁊ tribuentur ei ad comedendum atharees ⁊ que eis similantur. ¶ In cibo quoque ipsius imponatur parum croci ⁊ precipiatur ei vt cum oxymelle calido euomat ⁊ temperatio vtatur exercitio. ¶ Et si eius complexio fuerit calida dabitur ei in potu oxymel cum vino subtili simul siue seperatum. ¶ Quod si eius lac subtile fuerit precipietur vt quiescat ⁊ ab exercitio remoueatur ⁊ cibis nutriatur qui sanguinem faciunt grossum. Et fortasse dabitur ei ad potandum si non fuerit ibi quod prohibeat vinum dulce aut mustum coctum ⁊ precipiatur ei vt diu dormiat. ¶ Si vero eius lac paucum fuerit considerabitur que sit causa in hoc vtrum sit malitia complexionis in toto corpore: aut in mamillis ipsius. ⁊ hoc quidem cognoscetur per significationes predictas in capitulis que sunt premissa. ⁊ post tangemus mamillas. ⁊ si significatum fuerit ꝙ sit in eis calor nutrietur tali qualis est aqua ordei ⁊ spinachia ⁊ que eis similantur. ⁊ si significatum fuerit ꝙ sit in eis frigiditas complexionis ⁊ opilationis aut debilitas virtutis attractiue augmentabitur eius nutrimentum subtile ad caliditatem declinans ⁊ ventose sub mamillis ponentur absque multa compressione. Ad hoc quoque confert semen baucarum ⁊ ipse etiam baucie ad hoc multum prosunt. ¶ Quod si causa eius fuerit nutrimenti paucitas nutrietur iure facto ex ordeo ⁊ furfure ⁊ leguminibus in iuribus quoque ipsius ⁊ in cibus ponende sunt radices feniculi ⁊ semen eius ⁊ anetum ⁊ nigella. ¶ Quidam autem dixerunt ꝙ comedere vbera proprie ouium ⁊ caprarum cum lacte quod in eis continetur valde est vtile ad hoc propter illud quod in eis existit ex similitudine aut propter proprietatem que est in eis. ¶ Quidam etiam experti fuerunt: vt .ʒ.j. caricei aut vermium terrenorum siccorum in aqua ordei multis diebus sumatur ⁊ reperierunt optimum: ⁊ similiter elixatura capitum salsorum piscium in aqua anethi. ex eis quoque que lac multiplicant est vt butyri vaccini .ʒ.j. sumatur ⁊ in vase in quo purum extitit vinum mittatur ⁊ bibatur. Aut sisamum in mola tritum accipiatur ⁊ cum vino misceatur ⁊ colatum ad bibendum detur. Amplius mammille ex stercore turdorum cum lacte asine ⁊ oleo more emplastri

lactantur. ¶ Aut ex eo quod est in interiore parte melongie dixate ℥.i. sumatur ⁊ cum diginis in vino dissoluatur ⁊ ad potandum detur. ¶ Medicamen validum. ℞. seminis aneti. ℥.iij. seminis trifolij andacoche. semis porri. añ. ℥.i. scis sulle herbe arratice seminis fenugreci. añ. ℥.ij. totum cum succo feni. ⁊ melle ⁊ butiro misceatur ⁊ in potu sumatur. ⁊ cum lac nocumentum fecerit sui multitudine propterea quod constrictione retinetur. ⁊ propter suam spissitudinem minuatur per id quod pauci existit nutrimenti: ⁊ comestione eius quod parum nutrit ⁊ emplastro pectori ⁊ mamillis supposito ex cymino ⁊ aceto aut luto absoluto ⁊ aceto aut lentibus coctis in aceto: ⁊ post ipsum potu rei salse vtatur: ⁊ similiter comestione mente. ¶ Et mamillas quidem blandis manibus multum fricare lactis efficit multitudinem. ¶ Lac vero malum habens odorem medicatur. de dando in potu vinum boni odoris: ⁊ ad comedendum dando cibum boni odoris. Regimen autem quod est tractum ex tempore partus nutricis est quoniam oportet: vt partus sit propinquus. non tamen valde: imo sit a tempore quo peperit mensis vnus ⁊ dimidius ad minus: aut menses duo sitque ille quem peperit masculus ⁊ si partus eius secundum tempus naturale. ⁊ non sit ipsa que abortum fecit neque abortum facere consueuerit. ¶ Nutrici preterea est precipiendum. vt temperato vtatur exercitio vt nutrimentibus boni chymi alatur ⁊ ne vllomodo aliquis cum ea coeat. hoc. n. sanguinem permiscet menstruum ⁊ lactis odorem corrumpit: ⁊ ipsius minuit quantitatem: imo fortasse impregnatur: in quo nocumentum duobus attinens filijs existit. ¶ Et nutrici quidem. propterea quod illud quod in sanguine est subtile ad embryonis nutrimentum redit: ⁊ embryoni quidem propterea quod id quod ad ipsum venit ex nutrimento est parum: ideo quod alius lacte indiget. ¶ In tota preterea ipsius lactatione oportet ⁊ proprie in eius lactatione prima vt aliquid lactis mulgeatur ⁊ vt fluat ⁊ vt ipsum pressione iuuetur ne contingat vt ex multa suctione gule ledantur instra ⁊ meri ⁊ faciant ipsum debilitari. Et si ante lactationem quaque vice parum mellis ad lambendum detur: iuuatiuum erit: ⁊ si cum pauco vinoso fuerit: erit bonum. ¶ Neque multum lac ad sugendum. vna vice dandum est: imo melius est vt parum ei detur ad sugendum. ⁊ sepe paruis interpositis spatijs. Quandoque. n. cum ad sugendum ei datur vice vna tamen vt satietur: contingit extensio ⁊ inflatio ⁊ ventositatum multitudo ⁊ albedo vrine. Si ergo hoc accidit: oportet ne lactetur: ⁊ vt famelicus longo tempore teneatur ⁊ vt studium impendatur ad hoc donec istud digeratur. ¶ Et secundum plurimum in primis diebus cum lactandus est: est vt in prima die ter lactetur: ⁊ si que in prima die ipsum lactauerit alia fuerit quam mater ipsius erit melius. ¶ Similiter si nutrici mala acciderit complexio: aut egritudo dolorosa melius erit vt alia ipsum lactet donec sanetur. ¶ Et similiter si necesse fuerit dare ei medicinam que virtute ⁊ qualitate habeat dominantem. ¶ Cumque post lactationem dormiturus est eius cuna vehementi motu non est mouenda: quoniam lac in ipsius stomacho concutitur: imo suauiter mouenda est. ¶ Fletus quoque paruus ante lactationem ei confert. Naturale autem tempus lactandi est tempus duorum annorum. Quod si infans aliud a lacte desiderauerit ordinate est ei tribuendum: non tamen est ei violenter prohibendum. ¶ Postquam vero duales apparere ceperint dentes ipse ad nutriens mouendus erit ordinate quod sit fortius. Res tamen dura ad masticandum non est ei danda imo primo detur ei panis quem ei masticauerit nutrix. deinde panis cum aqua mellis aut cum vino aquato: aut lacte. Et tunc quidem parum aque ei tribuatur: ⁊ in aliquibus vicibus que cum pauco vino sit mixta nec permittatur ad repletionem peruenire. Quod si vomitus sponte superuenerit ei: ⁊ ventris inflatio ⁊ albedo vrine ab omni re abstine eum: ⁊ melius est vt ipsius nutriens ei tardetur donec inungatur in balneo. ¶ Deinde cum a lacte amouendus erit: oportet etiam vt a lacte ordinate amoueatur: ⁊ non subito: ⁊ vt fiant ei glandes ex pane ⁊ zuccaro. Quod si perfide mamillas quesierit ⁊ eas semper sugere voluerit ⁊ fleuerit: sumende sunt myrrhe ⁊ mentastri. añ. ʒ.4. ⁊ terende ⁊ ex eis more emplastri mamille epithimande. ¶ Ad summum autem dicemus quod infantis regimen est humectatio propterea quod eius complexio ad hoc est conueniens ⁊ quod ea in sui indiget nutrimento ⁊ augmento ⁊ exercitium temperatum ⁊ non multum: ⁊ hoc quidem est ei sicut naturale: quoniam natura quasi accipiendo eum augmentat. ¶ Cum autem ambulare ceperit: moueri duris motibus non erit permittendus nec ad ambulandum ⁊ sedendum est ponendus antequam secundum naturam ei desiderium fiat ne cruribus ipsius ⁊ dorso nocumentum accidat. ¶ Et melius quidem est vt in primis cum sedet aut super terram ambulet ponatur in corioleni ad sedendum ne terre asperitas scalpat ipsum ⁊ fustes aut cultelli: ⁊ his similia ex eis que pungunt aut incidunt remoueantur: ne sint coram eo: ⁊ custodiendum est ne ab alto labatur loco. ¶ Cumque caninus apparuerit: ab omni re que ad masticandum est dura abstinendus erit ne materia: vnde canini creantur resoluatur propter masticationem quam desiderat: ⁊ tunc quidem ipsius gingiue ex cerebro leporis ⁊ adipe gallinaceo fricari debent ob hoc enim ortus fit facilis. ¶ Cumque gingiue scinduntur caput ⁊ collum ex oleo abluto cum aqua calida conquassato fricanda sunt: ⁊ ex oleo in aures ipsius parum guttari infundatur. ¶ Cum autem iam possibile fuerit vt cum eis mordeat: tunc suum masticare desiderat digitum. Quapropter tunc ei dandum erit frustum radicis ireos que nondum valde siccata fuerit: hoc namque in tempore isto ei

confert et vlcera in gingiuis et dolores phibet.
¶ Et similiter os eius fricari ex sale et mel
le ne dolores isti accidant: postea iam cum be
ne nati fuerint aliquid erit dandum et ex succo
liquiritie aut radicis ipsius que nondum vehe
menter exiccata est: vt in ore teneat: et preterea
confert collum ipsius fricari cum canini nascit
ex oleo dulci aut alio dulci oleo: dum p⁹ hec loq
cepit dentes erunt fricandi: et precipue eorum radices.

¶ De egritudinibus que infantibus accidunt. C. iiij.

Apostemata gingiuarum.	Sternutatio frequens.
Uentris solutio.	Bothor in toto corpore.
Uentris constrictio.	Tumor inguinis ex fletu.
Acuitas gingiuarum.	Apostema vmbilici.
Spasmus.	Uigilie et ploratus
Alcuzez.	Singultus.
Tussis.	Debilitas stomachi.
Anhelitus malitia.	Somnia mala.
Ulcola.	Apostema gule.
Fluxus humorum ab aure.	Oregmon.
Apostema cerebri calidum.	Uentris inflatio.
Aqua capitis.	Egressio intestini.
Albedo pupillarum.	Tenasmon.
Oculorum inflatio febris.	Uermes
Dolor ventris.	Excoriatio coxarum.

Intentio premissa de medicandis in
fantibus est nutricem regere. Et si
affuerit suspitio quod in ipsa sit sangui
nis repletio minuenda erit aut vento
sanda. Et si repletio ex humore fuerit ipse erit
euacuandus. Quod si necesse fuerit naturam con
stringere aut soluere: aut vaporem a capite pro
hibere aut membra anhelitus rectificare: aut com
plexionis malitiam permutare medicandum
erit per ea que comeduntur et bibuntur que ad
hoc sunt conuenientia. Cumque medicabitur ven
tris solutione aut venter ei de natura euenerit
et fuerit multus aut medicabitur vomitu: aut ve
nerit ei naturaliter adueniat forti melius erit vt ip
sum ea die alia lactet. noiemus ergo particula
res egritudines que infantibus accidunt. ¶ Et
ex eis quod sunt apostemata que eis fiunt in gingiuis
cum dentes nascuntur et apostemata que eis accidunt
in chordis que sunt in partibus mandibularum:
et spasmus qui fit in eis. Cumque hoc acciderit
ipse digito suauiter premendus erit: et ex oleis in
capitulo originis dentium nominatis frican
dus est: et ex melle cum oleo camomillino conquas
sato aut melle cum terbentina et super caput aqua
calida ab alto proijciatur in qua cocta camo
milla et anetum fuerint. ¶ Ex eis autem que in
fantibus accidunt est ventris solutio et propter
eum dentes nascuntur: de qua quidam sunt qui
dicunt quod fit propterea quod superfluitatem salitam
saniosam sue gingiue cum lacte sugit: possibi
le tamen est ne sit ita: imo propterea quod natura impe
dita non bene digerit: et ideo quod dolor accidit: et
ipse quidem est qui digestionem prohibet in debi

libus corporibus. Et si hoc paucum fuerit non
de eo ubi curandum erit. Quod si timor affuerit
quod ex eo adueniat superfluitas. succurrendum
erit ei embrocando ventrem eius ex antera aut
cymino aut aniso aut semine apij aut ventri ip
sius emplastrum superponendo ex cymino et rosis
in aceto infusis aut spelta in aceto cocta. Et si
non inuenit hoc edi coaguli sexta pars. ℨ. i. et quod
est supra cum aqua frigida danda erit. et tunc quo
que cauendum erit: ne in ipsius stomaco lac ca
seus fiat dando ea die aliquid quod vicem lactis
obtineat sicut oui vitellum mollem aut micas
panis in aqua coctas aut triticum fractum in
aqua coctum. ¶ Et est etiam cum eis accidit ventris
constrictio: quibus in potu tribuendum est ster
cus muris: aut suppositorium ex solo melle ve
hementer coctum faciendum: aut cum menta
stro aut cum radicibus ireos sicut sunt aut com
bustis: aut ad comedendum detur eis parum
mellis aut terbentine secundum quantitatem unius cice
ris. et venter eius fricandus subtiliter est cum
oleo aut super ipsius femur vaccinum fel po
nendum. et bucor mariem. ¶ Et quandoque etiam in ip
sius gingiuis fit acuitas que sunt epithimande
ex oleo et cera. Caro quoque putrida que est sa
lita eis confert. ¶ Et est etiam cum eis accidit
et propter cum est origo dentium spasmus: qui
plurimum accidit ei propter digiue corruptionem
et ex multa neruorum debilitate: et ei propter quod corpus
pus habet grossum et humidum. est ergo medican
dus ex oleo irino aut ex oleo liliaceo aut oleo
allzcanie: aut oleo lzerino. ¶ Et est etiam cum
eis accidit alcuzez qui tunc medicandus est cum
aqua in qua coquatur sicidis: aut ex oleo violis
mixto cum oleo sicidio. Et si existimetur quod spas
mus qui accidit sit ex siccitate: propterea quod post
febres accidit: aut post ventrem vehementem
et quod paulatim aduenit inungende sunt iuncturae
re ex oleo violis solum: aut cum pauco cere al
be conquassato: et super ipsius cerebrum proij
ciendum. est oleum violis: et reliqua ab istis ve
hementer: et similiter faciendum est si cum eis fue
cum eis accidat. ¶ Est etiam cum ei accidunt
tussis et rheumatismus. Et in his quidem iam
preceperunt quidam vt multa aqua calida su
per ipsius caput proijciatur cui hoc accidit: et
vt ipsius lingua ex melle multum liniatur: de
inde lingue radix prematur: vt multum flauo
euomat et sanetur aut gummi arabicum et dra
gagantum et semina cydoniorum et succus liq
ritie et penithi sumatur: et quaque die parum ex
eis cum lacte succo multo detur. ¶ Et est cum
infanti anhelitus malitia accidit. Oportet er
go vt radices aurium eius et radix lingue ex
oleo inungantur et fiat vt ipse euomat: simili
ter eius lingua dilatetur: quoniam vehemen
ter confert et aqua calida guttari in os eius de
stillet et parum seminis lini cum melle ad lambendum.

tribuat. ¶ Et est cũ accidit alcola infanti: q̄m pãniculi lingue ipsius τ oris vehementer sunt molles vt non patiant ipsa tangi ex nimia ipsorum mollitie quantoplus rasura aquositatis lactis: q̄m hoc est qđ multũ ei nocet τ ducit ipsũ ad cola. Et deterior qđ alcola est que nõ est matura: τ nigra τ est mortalis. τ q̃ sanior ẽ est alba aut citrina: τ qui eã patit medicãdus est ex aliquo leui medicamine alcola nominatorum in libris particularibus. Et est cum viole trite sole ei sufficiunt aut cum rob. τ xilocaratis mixte. τ est cũ succus lactuce, τ solatri τ portulace ei sufficit τ si fortior ista fuerit radix liquiritie trite: τ est cũ i bothor humidis τ cola conferunt myrra τ galle τ cortices turis vehementer triti τ cum melle mixte: τ est etiam cum eis sufficit rob de moris solum acetosum τ rob đ succo vue acerbe: τ est cum confert ei abluere eas cum vino aut cum aqua mellis postea cõsequenter adhibere eis aliquod eorum que diximus ex desiccatiuis. Quod si medicamẽ fortius hoc necẽium fuerit venarum meimeraz τ corticum granati balaustiarum τ sumac. añ. ℥. vi. suniãtur τ gallarũ. ℥. iiij. aluis iamem. ℥. ij. τ terantur τ cribellentur τ puluerizent desuper ¶ Et est etiam cum auribus ipsius fluxus accidit humorum: quoniã ipsius corpus τ precipue cerebrum vehementer est humidũ. Lana igitur in melle τ vino pontico mixtus cum pauco aluis aut croci aut pauco nitri iungẽda est τ auribus immittenda. Et est cũ sufficit vt lana in vino pontico aut in quo parum croci sit missum. τ iungat τ in auribus mittatur. τ plerũq; accidit ei dolor auris ex ventositate τ humiditate qui medicandus est ex lino τ origano τ sale τ zuccaro tabarzet τ lentib⁹ τ myrrha τ semibus colloquin. τ cedri. Quodcũq; eorum fuerit coquatur in oleo τ in ipsas guttati proijciatur. Et est cum in cerebro infantis sit aꝑa calidũ τ vocatur sirabundum. τ est cum multotiens eius dolor ad oculum peruenit τ guttur τ fit inde facies citrina. Cerebrum igitur eius est infrãndũ τ humectandum ex corticibus cucurbite τ citrulli τ succo solatri τ succo portulace proprie cum oleo ro. quodcũq; illi fuerit assidue mutetur. ¶ Et est cũ in cerebro infantis accidit aqua cuius curam iam nominauimus in cura capitis. Et est cum oculi ei⁹ inflãtur. Super ipsos igitur lilium cum lacte est epithimandũ: deinde in aqua cum qua cocta fuerit camomilla τ albedarigi abluantur. ¶ Et est cum ei accidit ex multo fletu albendo in suis pupillis qui medicandus est cũ succo solatri τ quãdoq; accidit cooperture oculi infantis sulacũ ex fletu. Et cura eius est etiam succus solatri. Et accidunt ei febres: τ tunc melius est vt nutrix regatur: τ ei etiam detur aliquid sicut succus granati cũ oximelle τ melle τ succus citrulli cum pauco cãphore τ zuccaro: deinde fiat vt sudet quod fit cum cãne recentes premuntur τ earũ succus super ꝑtice τ super pedes ponitur τ ipse cooperitur quoniam cum hoc sudat. ¶ Et est cum accidit ei dolor ventris τ torquetur τ flet: ventri ergo supponenda sunt aqua calida τ oleum multũ calidum τ parum cere. ¶ Et est cũ ei accidũt sternutationes frequentes: τ est cum hoc contingit propter aꝑa in partibus cerebri. Et si ita fuerit medicanũ. erit aꝑa infrãndo τ epithimando τ vngẽdo ex ifrãntib⁹ succis. τ oleis. Quod si non fuerit ex aꝑate quod ei accidit: bedarũgi tritum naribus eius erit insufflandũ. ¶ Et est cum in corpore accidunt ei bothor. sẓ quod ex eis vlcerosum est τ nigrum est mortale: τ ẽt si nõ fuerit nisi alcola tñ erit mortale q̃to magis cum expandetur. Quod autem est album est sanius τ similiter rubeũ. Et est cũ in eius egressione multa sequitur vtilitas. Et ipse quidem medicãde sunt ex subtilib⁹ desiccatiuis in aqua solutis ex qua ipse lauetur τ in ea coctis sicut rosa τ myrtus τ folia arboris masticis τ tamarisci: τ olea etiam istarum rerum bothor vero si sane sint dimittende sunt donec maturẽtur deinde curent. τ si vlcerante fuerint fiat eis vnguentum ex cerusa: τ est etiam cum necesse est lauare eas cum aqua mellis τ pauco nitro τ similiter alcola. Cum autem spisse fuerint indigebunt eo quod sit fortius. τ lauabuntur ergo tunc ex aqua baurac cum lacte mixta: ita vt tolerari possit. Quod si fiat eaꝝ caro vesice vaporabitur τ infundetur ex aqua in qua cocte fuerint mirtus τ rose squinantuz τ folia arboris masticis. Sẓ anteq̃ hoc totum fiat nutricis nutriens meliorare conuenit. ¶ Et est cũ propter multum fletum fit in inguine tumor aut accidũt aliqua ex causis fissure. In quo quidem iam preceptum est vt ameos teratur τ cũ albumine oui cõspergatur τ desuper ponatur τ cum panno subtile lineo super ipsum strictura fiat. aut lupini amari adusti infundantur in vino τ myrrha τ cocta desuper ponantur. hec autem fortiora sunt calida stiptica sicut myrra τ cortices cupressi τ auis nuces τ aloes τ acatia: τ illud qđ in. c. de fissura dicemus. ¶ Et est etiam cum infanti accidit: τ proprie cũ vmbilicus inciditur apostema: τ tunc quidem accipienda sunt assafetel que est almanus τ terbentina in oleo sisamino sunt soluende τ infanti adhibende τ ex eis super vmbilicũ epithima faciendum. ¶ Et est etiam cum infanti accidit ne dormiat τ incessanter ploret: τ vt os assidue vagiendo moueat. τ tunc quidem necesse ẽ vt si posse est fiat q̃tenus dormiat cũ corticib⁹ papaueris τ ipsi⁹ seie τ oleo đ lactucis τ oleo de papauere superponendo ex eis tẽporibus τ vertici: τ erit conueniens. ¶ Quod si necessa-

rium fuerit aliud istis fortius fiat hoc medi-
camen. Semen sileos hederae papaver album semen li-
ni grana causin portulace semen plantagis semen
lactucarum. et semen feniculi et anisum et cyminum
sumantur et ex unoquoque istorum aliquid paulatim te-
ratur: deinde omnia terantur et cum eis pondus una psilij to-
sti et non pulverizati ponatur: et omnia hec cum tanto
zuccaro quantum ipsa sunt misceantur: et ex eis infanti
quantitas .ij. ʒ. in potu tribuatur. ¶ Si autem voluntas
fuerit ut hoc sit fortius cum eo tamen opij ponatur
quantum est tertia huius partis aut minus. ¶ Et est
et cum infanti accidit singultus cui tunc danda est
nux indica cum zuccaro. ¶ Et est cum infanti accidit
vomitus fortis: cui forsan dabitur medietas da-
nic. j. gariof. Ceterum quandoque ei confert stomacho suppone-
re emplastrum ex aliquo constringentium vomitum debi-
lium. ¶ Et est cum infanti accidit stomachi debilitas.
Cuius quod stomachus tunc ex muscho cum aqua ro. est. li-
niendus aut cum aqua mirti et ei in potu succus
cidoniorum tribuatur cum pauca gariof. quantitate et zuc-
caro aut .iij. octave. ℥. j. galie muscate cum pauca
quantitate mive. ¶ Et est cum infanti accidit som-
nia terrefacientia in somnio quae plurimum eveniunt propter
repletionem ipsius factam ex multa gulositate. Cum
ergo cibus corrumpitur et stomachus hoc senserit perce-
det nocumentum a virtute sensibili ad virtutem
formativam et imaginativam et apparebunt ei som-
nia terrefacientia. Oportet igitur ne stomachus ipsius valde
pleno cogatur dormire et ut ex melle ad lambendum ei
detur quod digerat id quod est in stomacho isto et deponat.
¶ Et est cum infanti accidit asperitas gule inter os et meri
quod quandoque extenditur usque ad musculos et spondi-
les colli: et tunc quod ipsius venter suppositorio
solvendus est: deinde ipse est medicandus cum
aliquo quod sit sicut rob de moris et reliquis ei si-
milibus. ¶ Et est etiam cum infanti dum dormit ve-
hementer accidit oregmon cui semen lini tritum
cum melle ad lambendum est tribuendum aut ciminum
tritum melle consparsum. ¶ Et est cum infanti accidit
ventris inflatio cuius medicationem iam nomina-
vimus in c. de egri. capitis. Ceterum hic refere-
mus rem ei vehementer conferentem. Et est ut ori-
gani et castorei et cymini partes sumantur equales
et trite commisceantur et ei in potu tribuantur quorum
sit pondus .iij. grana ordei. Et est cum infanti accidit ut
eius intestinum egrediatur. Et tunc quod cortex mali
granati et mirti recentis et cuppullarum glandium et
rosarum siccarum et cornu combusti et aluis ramenta
et ungularum caprinarum et balaustiarum et gallarum
partes sumende sunt equales et in aqua adeo for-
titer coquende donec eorum virtus egrediatur:
deinde in eorum apozimate sedere cogatur ipso
tepido. ¶ Et est cum infanti accidit tenasmon
propter frigus quod ei supervenit cui confert ut nasturtij
et cimini. ana. ʒ. ij. sumantur et trita cribellentur et
butyro veteri vaccino consparsa ad bibendum cum
aqua frigida dentur. ¶ Est cum in ventre in-
fantis lumbrici minuti generantur ei minus nocivi

et plurimum circa anum sunt quo etiam longi generantur: sed
tamen raro generantur in ipso. Longi autem medicantur ex
aqua absinthij et quam modicum in lacte in potu est tribuendum.
secundum eius fortitudinem. Et forsitan necessarium erit ventri ip-
sius emplastrum supponere ex borosu et cacule et vaccio
felle et colloquintidarum pulpa. sed ad pueros curan-
dos qui sunt in anno eleni et venarum rubearum ana
pondus una sumenda est: et zuccari secundum sui magnitu-
dinem: et deinde cum aqua ad bibendum detur. ¶ Et
est quando infanti in cora accidit excoriatio: et tunc quidem
deni myrtus trita pulverizanda est desuper aut ra-
dix ireos pulverizata aut rose trite aut ciperum
aut ordei farina aut lentium. ¶ De regimine in-
fantium cum mutantur ad etatem pueritie. Cap. xiij.

Oportet ut tota intentio sit in melio-
rando mores pueri et moderando ip-
sos: et hoc quidem est ut observetur ne
fortis ira neque timor vehemens ei ac-
cidat neque tristitia neque vigilie: et istud fit consi-
derando semper ut ei adhibeatur quod desiderat
et appetit: et non permittatur esse coram eo aliquid
quod ipse abhorreat: et in hoc due consistunt utili-
tates: una in ipsius anima ut crescat ipso a pue-
ritia sua existente bonorum morum. et fiet ei
habitus fixus: et altera est in corpore ipsius. quoniam
sicut mali humores malitie complexionis spe-
ciem sunt sequentes: ita cum ex consuetudine
acciderint sequitur eos complexionis mali-
tia. Ira namque vehementer calefacit et tristitia
multum exiccat et pigritia virtutes laxat ani-
males et complexionem ad flegmatis proprie-
tatem inclinat. In temperamento ergo mo-
rum custodia sanitatis anime et corporis simul
consistit. Cum autem puer a somno excitatur
balneandus est: deinde dimittendus est ludere
hora una: postea aliquid ad comedendum est
dandum: deinde dimittendus est ludere pro-
lixius postea balneandus: deinde cibandus et
quantum plus possibile est aquam super cibum bibe-
re non est permittendus ne cibus crudus pe-
netret antequam digeratur. ¶ Cum autem sex habue-
rit annos magistro tradendus erit: qui eum do-
ceat in quo etiam gradatim est ordinandus. et
neque est cogendus assidue in scholis morari.
¶ Cumque ad hanc pervenerit etatem minus
erit balneandus et eius labor ante comestio-
nem erit augmentandus: neque vinum erit ei
dandum. et proprie cum aliquis calide complexio-
nis fuerit et humide: quoniam nocumentum
quod ex vino timetur et ipsum est colere rubee
in potatoribus generatio ei cito adveniet et uti-
litas que ex vini potatione generatur est urine
provocatio et humectatio iuncturarum quo-
rum non indiget ipse. Non enim eius colera
rubea est multa: que in urina sit provocanda
neque eius iuncture humectatione indigent: sed
permittendus est aque dulcem limpidam secundum desiderium in
potu sumere. et hoc quod erit cursus frigidi eos donec

ad. xiiij. perueniant annos cum sollicitudine illius quotidiana quod in eis est ex minoratione humiditatis ipsorum ex processione exiccationis et indurationis. ¶ Ordinandi ergo sunt minorando exercitium et separando ab eo quod nos laborare facit inter pueritiam et adolescentiam: et temperatum conuenit eis exercitium. Post hanc vero etatem fit eorum regimen regimen sanorum et conseruatio sanitatis. Nos igitur ad ipsam mutemus et sermonem de rebus continuamus in quo continentur rei habentes in regimine adolescentium necessaria et ab exercitio incipiamus.

¶ Doctrina secunda. dictionis tertie. de regimine quod est commune albalegitb: cuius sunt .17. capitula.

¶ De regimine adolescentium communi et conseruatiuo summa de exercitio. Capitulum. i.

P Ropterea quod plurimum regiminis conseruationis sanitatis est ut nos exercitemur postea comestio: deinde dormiendi regimen: ideo sermonem ab exercitio incipere debemus. ¶ Dicemus itaque quod exercitium est motus voluntarius propter quem anhelitus magnus et frequens est necessarius. et ad ipsum quod pagenti conuersus secundum modum sue equalitatis et in hora sua nullo indiget eorum medicamentorum que malibus necessaria sunt egritudinibus et egritudinibus que ea sequuntur et ex eis accidunt: et hoc quod est cum reliquum eius regimen conueniens est et rectum. ¶ Et huius quidem declaratio est quoniam quemadmodum scis nutrimento indigentes sumus et nostre conseruatio sanitatis est ex nutrimento nobis conueniente quod equale exit in quantitate sui et qualitate. Nullum autem ex nutrientibus que sunt in potu cum omni totalitate sui ad nutrimentum mutatur in effectu: immo in unaquaque digestione aliquid ex eo superest superfluitas ad quam euacuandam studet natura. Uerumtamen nature euacuatio solius non est actio completa: immo procul dubio ex superfluitate cuiusque digestionis remanet abstersio et impressio. Cumque hoc frequenter fiet et iterabitur et aggregabitur ex eo aliquid mensuram habens: prouenient ex eius aggregatione superfluitates male corpus a multis ledentes partibus. Cum enim putrescent egritudines generabunt putridas et si ipsarum qualitas fortis fiat malitiam generabunt complexionis et si earum quantitates multiplicentur prouenient inde accidentia repletionis predicta. Et si ad aliquod membrum fluxerint apostemata generabunt et ipsarum fumus substantie spiritus complexionem corrumpent. Nobis ergo necesse est eas procul dubio euacuare. ¶ Earum autem euacuatio secundum plurimum non completur neque est conueniens nisi cum medicinis fiat venenosis que procul dubio naturam frangunt que etiam si venenose non essent: non posset esse quin eas bibere nature laboriosum esset. quemadmodum dicit. Hyp. quod medicina purgat et ueterat. et preter hoc totum cum humore superfluo et humiditatibus naturalibus et spiritu qui est vite substantia partem magnam euacuat: et hoc quidem totum est ex eo quod virtutem membrorum principalium et eis seruientium debilitat: hec ergo et alia sunt impedimenta repletionis cum in sui dispositione dimissa fuerit aut cum euacuabitur. ¶ Amplius exercitium est res que magis prohibet ne repletionis materia congregetur cum alia regimina conuenerint ei et est id quo calor innatus renouatur et corporis leuitatis confert usum. Ipsum namque subtilem amplificari facit calorem et quod ex superfluitatibus congregatur quaque die dissoluit: et motus eas in labendo iuuat et ad loca unde egredi solent producit. Quibus ergo diebus non congregatur superfluitas de qua sit curandum. ¶ Et preter hoc est sicut diximus quod calorem innatum accrescere facit et iuncturas et chordas duras efficit: quamobrem operationes efficere possunt et a passionibus secure fiunt et membra apta reddit ad nutrimentum recipiendum. propter illud quod ab ipsis ex superfluitatibus expellit virtus igitur attractiua mouetur et membrorum duritiem resoluit et membra facit leuia et humiditates subtiliat et poros dilatat. ¶ Exercitium autem relinquens in ethicam frequenter incurrit: quoniam membrorum debilitantur virtutes propterea quod motum diminuunt qui innatum eis defert spiritum qui vite cuiusque membri instrumentum exit.

a tis infrīgidationis ⁊ cinis eius est calidus. Operationes ⁊ proprietates.) In radice eius est abstersio pauca sine acuitate. ⁊ in folijs ipsius etiā. Decoratio.) Cortices ipsius ⁊ radix eius ꝯferunt alopitie. ⁊ corteces ipsius ⁊ radix abstergunt sordes ⁊ radix eius cū cepa siluestri extrahit carni infixa. Apostemata ⁊ bothor. Ponunt folia eius sup herisipilaꝫ ⁊ ꝯferunt. Instrumenta iuncturaꝝ.) Sedat torsionē neruoꝝ. Mēbra capitis.) Lanugo que est flos eius qñ cadit in aurē facit euenire surditatē. qm̄ inuiscat ⁊ non egreditur. Mēbra expulsionis.) Prouocat vrinā ⁊ mēstrua. Venena.) Confert mordicationi scorpionis.

¶ De abrotano. Cap. lxix.

Abrotanū. Nā.) Est calidū in pa
a mo siccū in scdo. Operationes ⁊ proprietates.) Est subtile amaꝝ: ⁊ in ipso sunt terreitas ⁊ subtilitatis. Inquit. G. flos eius est magis ad finē ꝯueniēs ꝙ absinthiū ⁊ in ipso est aptio. Decoratio.) Illud qḋ est adustū ꝯfert alopitie ꝓprie ⁊ cū alkerua. aut oleo de raphano. ⁊ abrothanū qḋ ꝯfert ad hoc vt nascat barba q̄ est tarde natiuitatis qñ

decoquit cum quibusdam oleis pp suam aptio-
nem ⁊ ꝯstringit sanguinē gingiue. ¶ Apata
⁊ bothor: Resoluit apata flegmatica ⁊ cum
decoquit cū cydonijs confert apatibus diffici
lis resolutionis. Ulnera ⁊ vlcera: Non est
conueniens vlceribus recētibus: imo mordicat
ea. Instrā iuncturaꝝ: Eius decoctio cōfert
contusioni neruoꝝ ⁊ sciatice antiq̄ ⁊ difficili.
Mēbra capitis: Quādo coquit cum oleo ca
lefacit caput ⁊ remouet frigiditatē eius. Mēbra
anhelitus ⁊ pectoris: Eius decoctio ꝯfert dif
ficultati anhelitus ⁊ dilatationi. ⁊ qd de eo
melius est: est decoctio eius qd est in ipso sup
rius. Mēbra nutrimenti. Quādo decoqui-
tur cū oleo calefacit stōm ⁊ remouet frigiditatem
eius. Mēbra expulsionis: Prouocat men
strua ⁊ extrahit fetū: ⁊ frāgit lapidem vesice ⁊
renū ⁊ oleū eius ꝯfert coartationi matricis ⁊
difficultati vrine. Febres: Cōfert rigori si cō
primendo ex eo cum oleo fit iunctio. Uene
na: Quando bibitur cum vino confert vene
nis. ⁊ quando sternitur interficit vermes vene
nosos immo fugat eos.

¶ De arbore marie. Cap. lxx.

a Arbor marie qd est. Est buchor ma
rien: ⁊ iam dictū est de ea. ⁊ est triū
spēꝝ. vna spēs eius est sine fructu: ⁊
due cū fructu. Opationes ⁊ pro-
prietates: Confert corrize frē. Mēbra oculi:
Cōfert descensui aque in oculum.

¶ De alumine. Cap. lxxi.

a Alumē qd est. Inqt Dia. spēs aluīs
sunt plurime. s3 ille q̄ ex eis in curā
medicine igrediunt sunt tres scissuꝫ
hūidū: ⁊ rotundū. Scissum ꝓpa est
aliamenti: ⁊ est albū ad citrinitatem declinans.
⁊ stipticū in quo est acetositas: ⁊ est q̄si sit flos
aluminis. ⁊ inueniꝉ spēs petrosa in qua nō in-
ueniuntur stipticitas apud gustū ⁊ ipsum qd non
est de genere aluminis. Nā: Est calidū ⁊ sic-
cum ad tertiū. ¶ Opationes ⁊ ppietates:
In ipso est ꝓhibitio ⁊ exiccatio: ⁊ ꝓhibet flu
xionis sanguinis. ⁊ ꝓhibet cursum supfluita-
tū ⁊ effusionē eaꝝ: ⁊ eius stipticitas maior est
stipticitate bedeoard ⁊ ppꝫ corticis ⁊ radicis
eius. ⁊ silr est fortius omni re eius. Decora-
tio: Cū aqua interficit alcarab ⁊ pediculos ⁊
fetorē oris. Ulnera ⁊ vlcera: Cū fece vini
tātūdē aluminis desiccat vulnera difficilia ⁊
herpetē esthiomenū: ⁊ cū sisi pondere sui de sale
gēma ꝯfert corrosioni ⁊ adustioni ignis. Mē
bra capitis: Eius decoctio ꝯfert quādo ex eo
colluitur os dolori dentium.

¶ De aneto. Cap. lxxij.

a Anetū. Nā: Eius calefactio est in
ter scdꝫ ⁊ tertiū. ⁊ eius exiccatio iter
pmū ⁊ scdꝫ. ⁊ qñ aduriꝉ fit ei⁹ exic-
catio in scdo. Opōnes ⁊ propie-
tates: Est maturatiuū frōrū dolo. ⁊ sedatiuū
doloꝝ ⁊ carminatiuū ventositatū. ⁊ silr ei⁹ oleū
⁊ in ipso est lenificatio vltia. Et eius cōplō ē p
pinq̄ maturatio apitiuo. Et qd siccū est vehe-
mentioris est resolutiōis. Apata ⁊ bothor:
Est maturatiuū apatum. Ulnera ⁊ vlcera:
Eius cinis ꝯfert vlceribus tremulis. Instrā
iuncturaꝝ: Oleū eius ꝯfert doloribus neruo
rū ⁊ filiū. Mēbra capitis: Fac somnū ꝓpe. Et
eius succus ꝯfert dolori auris melico ⁊ exiccat
hūiditatē auris: Mēbra oculi. Assiduatio
comestionis eius debilitat visū: Mēbra an-
helitus ⁊ pectoris. Aneti ⁊ semē ei⁹ lac abū-
dare facit ⁊ ꝓprie in sorbitiōibus lenibus que
multiplicāt lac. Mēbra nutrimenti: Cōfert
singultui facto ex replectione cibi. Inqt Ga.
⁊ nocet stō: ⁊ in semine eius ⁊ flore est vomitu
rio. Mēbra expulsionis: Cōfert dolori ven-
tris pungitiuo: ⁊ interfecat spina qū fit clystere
ex eo: aut sedetur in ipso. ⁊ eius semen abscin-
dit emorroidas ortas. ⁊ eius cinis est bonus
ano ⁊ verge ⁊ testiculis.

¶ De adipe. Cap. lxxiij.

a Adeps. Nā: Adeps anatis est ca
lidior ⁊ siccior: deinde adeps castra
ti. ⁊ adeps castrati decrepiti est le-
nior. Opōnes ⁊ ppietates: Adep
anatis est subtilis valde. ⁊ est calidior adipe gal
line ⁊ adeps galli ⁊ adeps cerui sunt vehemē-
tioris calefactionis ⁊ adeps vacce ē media iter
adipē leoninā ⁊ caprinā: ⁊ adeps edi ē subti
lis. ⁊ adeps masculi in oibus eis est fortior: ⁊
adeps decrepiti est melior vel lenior: ⁊ adeps
caprina est magis stiptica oibus ⁊ adeps hirci
na est vehemētioris resolutionis. Decoratio:
Adeps vrsi ⁊ adeps anseris ꝯferūt alopitie: ⁊
adeps asini valet ad vestigia cutis ⁊ adeps anse-
ris valet ad fissuras faciei ⁊ labij. Apata ⁊ bo
thor: Adeps porci valꝫ ad apata ⁊ adeps leo
nis resoluit duritiem apatū. Ulnera ⁊ vlcera:
Adeps porcina valet ad adustionē ignis. Mē
bra capitis: Adeps anseris sedat dolorē auris
⁊ silr adeps vulpis. ipsa. n. est iuuatiua ad illud
valde adeps galline ꝯfert apati lingue. Mēbra
oculi: Adeps piscis ꝯfert aque oculi. ⁊ acuit
visū cū melle. ⁊ adeps vipere recēs ꝯfert pāno ⁊
aque ⁊ vt non nascātur pili euulsi ex palpebris.
Instrumēta iuncturarū: Adeps cerui confert
spasmo. Mēbra expulsionis: Adeps caprina
confert mordicationi intestinorum quādo ad-
ministratur ⁊ confert vlceribus eorū. ⁊ adeps
quidem caprina fortior est in cura vlcerum in-
testinorum q̄ adeps porcina. ⁊ illud est pro-
pter velocitatem congelationis eius. s3 adeps
porcina vehementius sedat mordicationem.
⁊ adeps que est in gibbo cameli suffumigata
confert emorroidibus ⁊ omnes adipes lenes:
sicut adipes galline ⁊ aliorum conferunt dolo

ribus matricis. et antique sunt eis male. et similiter adeps anseris confert infici. Venena: Adeps porcina confert puncture vermium venenosorum: et adeps elephantis et cervi quando fit ex eis linimentum fugant venenosa. et adeps caprina vel porcina confert cantaridibus. Et caro cervi confert spasmo.

¶ De arbore cimicum. Cap. lxxiiij.

Arbor cimicum. Natura: est frigida in primo et sicca in ipso. Decoratio: Linitur super excoriationem cum aceto vulnera et vlcera: Consolidat vulnera recentia et linitur super excoriatos cum aceto et sanat ea et inuolvitur cortex eius super vulnera vel vlcera et consolidat ea.

¶ De alleo. Cap. lxxv.

Alleum quid est. Alleum aliud est domesticum et est notum aliud est alleum porrinum. et aliud silvestre. et in silvestri quidem sunt amaritudo et stipticitas. et est illud quod nominatur alleum serpentis: porrinum autem est composite virtutis ex alleo et porro. Natura: Est calefactivum exiccativum in tertio vsque ad quartum. et silvestre plus illo. Operationes et proprietates: Resolvit inflatos. valde et est vlcerativum adustivum cutis et confert ad mutatos aquarum vel alteratos. Decoratio: Bibitur decoctio montani et interficit lendes et pediculos et inungitur super eos: et eius cinis quando linitur cum melle super morpheam et occultatos oculi confert. et confert alopitie facte ex humiditatibus putridis. Apata et bothor: Aperit dubelletitrinsecas et cinis eius est comburens super bothor. Vulnera et vlcera: Exulcerat cutem cinis eius et cum melle super impetiginem et scabiem vlcerosam: et alleum quod silvestre facit coherere vulnera fraudulenta quando ponitur super ipsa recens. Instrumenta iuncturarum: Quando ex eo fit clystere confert sciatice: quando solutionem educit sanguinem et humorem colericum. Membra capitis: Alleum facit soda. et decoquitur alleum et assatur et sedat dolores dentium: et collutio oris ex decoctione eius confert etiam dolori dentium: et proprie quando permiscetur ei olibanum. Membra oculi: Debilitat visum et attrahit bothor et oculis. Membra anhelitus et pectoris: clarificat vocem et guttur decoctum et confert tussi antique et doloribus pectoris ex frigore et extrahit sanguisugas ex gutture. Membra nutrimenti: Confert tumori et proprie decoctio qua christiani vtuntur quod fit cum olivis et nuce. Membra expulsionis: Quando sedetur in decoctione foliorum allei et cruciatum eius provocat vrinam et menstrua et extrahit secundinam. et similiter quando supponitur et bibitur. et similiter cibus christianorum factus ex eo confert valde: et quando teritur de eo dragmas aurei cum aqua mellis et ebibitur. et ipsum extrahit vermes. Et in ipso est solutio nam: eius autem operatio in coitu est: quando ipsum propter vehementiam sue exiccationis et resolutionis quoque nocet. quod si decoquatur in aqua donec eius acuitas resolvatur non elongatur quin sit illud quod de eo remanet in eliratura eius pauce calitatis quod non exiccat. Et generaliter ex eo materia spermatis: ita vt ponat materias flegmaticas in complexionibus flegmaticis eunerem et non possit eas coniungere et quando in venis convertitur in ventositates non elongantur quin adiuuet ad desiderium coitus. Venena: Confert puncture vermium venenosorum et morsui serpentum quando bibitur cum vino: et nos quidem iam experti sumus illud in hoc: et similiter morsui canis rabiosi et quando fit emplastrum ex alleo et foliis ficus et cimino super morsum mugali confert.

¶ De altea. Cap. lxxvi.

Altea quid est. Nomen eius in greco deriuatum est ex nomine plurium iuuamentorum. Natura: Calida est cum equalitate. Operationes et proprietates: In ipsa sunt lenificatio: et maturatio et mollificatio et resolutio: et semen et radix ipsius sunt in virtute eius et fortiora plurimum et magis exiccativa subtiliativa. Decoratio: Linitur super morpheam cum aceto. et sedet in sole et semen eius est fortius in illo. Apata et bothor: Mollificat apata et prohibet ea et resolvit sanguinea et maturat vulnera et confert apatibus inflatis et scrofulis. et supponitur cum gumma albotim ad duritiem mificis. et ponitur cum caulibus super scrofulas. Instrumenta iuncturarum: Sedat dolorem iuncturarum. et proprie cum adipe anseris: et confert sciatice et tremori et attritioni medij lacertorum. et extensioni neruorum. Membra capitis: Quando fit ex ea emplastrum confert apatibus que sunt in glandibus aurium. Membra oculi: Resolvit tumorem et inflatos que sunt in palpebris. Membra anhelitus et pectoris: Confert semen eius tussi calide antique et facile efficit sputum. et prohibet sputum sanguinis cum virtute sue stipticitatis que est in ipso. et confert folia eius apatibus mamille et ponitur in emplastris pleuresis et peripleumonie. Membra nutrimenti: Eius gumma sedat sitim. Membra expulsionis: Decoctio radicis eius confert quando bibitur ardori vrine et ardori intestinorum et etiam apatibus ani. et similiter folia eius et similiter solutioni male. et supponitur semen eius cum gumma albotim ad duritiem matricis et coartatos eius et similiter decoctio eius solutionem: et mundificat superfluitates feminarum et decoctio radicis eius quando datur in potu cum vino confert difficultati vrine et lapidi: et proprie semen eius. et gumma eius retinet ventrem. Venena. Quando linitur cum aceto et oleo prohibet nocumentum venenosorum vermium et confert decoctio eius cum aceto coniuncto aut cum vino puncture apis: et illud fit leniendo sicut existimo.

¶ De aphodilo. Cap. lxxvij.

Aphodilus quid est. Folia eius sunt sicut folia porri de scenis: et habet ramum planum super cuius caput est flos et habet radices longas rotundas sicut glans et est acris. Natura. Est calidius et siccus. Quidam vero dixerunt quod est frigidus et humidus et elongati sunt. Operationes et proprietates. Est abstersivus resolutivus et proprie radix eius et

⁊ qñ terit̃ fit calefactiuũs ⁊ exiccatiuũs. ⁊ plus eo radix eius ⁊ virtus eius est sicut virtus dar conec crispe. Decoratio. Confert alopitie ⁊ serpigini ⁊ ꝓpter cinis radicis eius: ⁊ qñ linit̃ ad augmentũ morphee albe ⁊ sedet̃ in sole cõfert. Apostemata ⁊ bothor. Radix eius cũ fece vini ponit̃ sup apata glandinosa oia: ⁊ similiter per carbunculos ⁊ qñ ex ea fit emplim cũ farina ordei ꝯfert in inceptiõe apatum calidoꝝ. Vulnera ⁊ vlcera. Cum ponit̃ radix eius cũ fece vini super vlcera fraudulenta sordida confert eis. Instra iuncturaꝝ. Confert ꝯtritiõi lacertoꝝ ⁊ ꝯtorsioni. Mẽbra capitis. Qñ distillat̃ succus eius solus: aut cũ ture ⁊ melle ⁊ myrrha ⁊ vino confert sanei i aure. ⁊ qñ distillatur in aurẽ aduersam dolori molaris confert dolori molaris. Mẽbra oculi. In succo radicis eius est iuuamentũ ad oculũ. Mẽbra anhelitus ⁊ pectoris. Cũ sumit̃ in potu de eo pondus aure. cũ vino cõfert dolori vtriusq; lateris ⁊ tussi eius radix cũ fece vini ẽ bõa apatibus mãmille. Mẽbra nutrimẽti. Confert ictericie. Mẽbra expulsiõis. Prouocat vrinam ⁊ mẽstrua: ⁊ eius fructus ⁊ flos qñ in potu dant̃ cũ vino soluunt: ⁊ ex radice eius cum fece vini fit emplim apati testiculoꝝ. Venena. Dant̃ de eo tres aur̃. ad morsum animium venenosoꝝ: ⁊ qñ dant̃ ad bibẽdũ fructus ⁊ flos eius in vino ꝯfert magnifice mordicatiõi scorpionis: ⁊ hñtis quadragintaq̃tuor pedes cum hoc ꝙ soluit. ¶ De aceto. Cap. lxxviij.

a Cetum. Nã. Est compositum ex calitate ⁊ fritate: ⁊ ambe sube sũt subtiles: ⁊ frã quidem est magis dñans ⁊ illud i quo est acredo est calius si vero nõ est: est frius ⁊ humidius ⁊ ꝺcoctio minuit de eius fritate aliqd. Operatiões ⁊ proprietates. Est fortis exiccationis ⁊ prohibet effusiones materieꝝ ad interiora: ⁊ subtiliant ⁊ incidit: ⁊ qñ bibit̃ aut effundit̃ supfluxũ sanguinis si ẽ exterius ꝓhibet ipm ⁊ ꝓhibet apa vbi est preparatio vt accidat: ⁊ adiuuat ad digestionẽ: ⁊ diuersat̃ flãt: ⁊ ipm est ꝯferens colericis ⁊ nocens melicis. Decoratio. Linit̃ cũ melle sup vestigia sanguis ⁊ confert verum ipsius mulatudo citrinat. Apata ⁊ bothor. Prohibet aduentũ: ⁊ ambulationẽ cancrenarum ⁊ sanat herisipillam cõmestum ⁊ bibitum ⁊ linitũ. ⁊ ꝓhibet ambulationẽ apatis oĩs: ⁊ confert panaritio ⁊ formice ⁊ herisipille. quãdo ex eo liniunt̃ ⁊ prohibet vt nõ eueniat apa. Vulnera ⁊ vlcera. Qñ ponit̃ sup vulnera lana infusa in aceto ꝓhibet ea apari ⁊ confert vlceribus ambulatiuis. ⁊ scabiei ⁊ impetigini ⁊ confert adustioni ignis velocius omni re. Instra iuncturarum. Est nociuũ neruis ⁊ qñ embrocat̃ super podagra cum sulfure cõfert. Mẽbra capitis. Qñ miscet̃ cum vncto olei aut oleo rosaceo: ⁊ conquassat̃ ⁊ effundit̃ l̃ cum lana nõ abluta ⁊ ponit̃ sup caput confert sode calide ⁊ fortitudini eius: ⁊ silr embrocatio ex eo ⁊ oris collutio ⁊ ꝓpter cũ alumine cõfert motui dentium. ⁊ vaporatio aceti cali confert difficultati auditus ⁊ acuit ipm. ⁊ aperit opilationẽ colatorij fortiter: ⁊ resoluit sonitũ. Mẽbra oculi. Linit̃ cum melle sup occultationes sanguinis q̃ est sub oculo: sed eius assiduatio debilitat visuz. Mẽbra anhelitus ⁊ pectoris. Minorat vuam ⁊ abscindit gargarismus ex eo fluxum humoris ad guttur: ⁊ sanat vuam que cecidit ⁊ sorbet̃ ad sanguisugas ⁊ ad tussiz antiquã: aut difficultatẽ dilatationis calefactũ. Mẽbra nutrimẽti. Et ꝯueniens stõ calido ⁊ humido disrumpens appetitũ: ⁊ adiuuãs ad digerendũ: ⁊ totũ illud est: q: preparat stõm ⁊ vaporatio aceti resoluit hydropisim. sed eius assiduatio qñq; adducit ad hydropisim. Mẽbra expulsionis. Infrãt matricem ⁊ fit clystere ex eo calefacto ⁊ sale ad vlcera intestinorum ambulatiua post clystere leniuiũ. Venena. Effundit̃ super morsus venenosoꝝ ⁊ cõfert ei qui in potu sumpsit opium ⁊ iusquiamũ: ⁊ acetum assumptum de vua agresti cum sale confert morsui canis rabiosi ⁊ reiigo: ⁊ qñq; bibitur calefactũ post medicinas mortales ⁊ confert.

¶ De auro. Cap. lxxix.

a Vruz. Nã. Est equale subtile. Operatiões ⁊ ꝓprietates. Limatura eius ingredit̃ in medicis meliẽ ⁊ melius cauteriũ: ⁊ velocius sanabile est ꝙ fit cũ cauterio auri. Decoratio. Retentio ipsius in ore remouet̃ fetorẽ oris ⁊ ingredit̃ limatura eius in medicis alopitie ⁊ serpiginis linimẽdis ⁊ in eis q̃ bibunt̃. Mẽbra oculi. Confortat oculũ in alcocol positum. Mẽbra anhelitus ⁊ pectoris. Cõfert doloribus cordis ⁊ tremori ⁊ ipsius ⁊ malitie aie ⁊ ei q solus loquit̃. ¶ De aromatico. C. lxxx.

a Romaticũ qd est. Dicimus i caplo calami aromatici. Mẽbra nutrimenti. Dr̃ ꝙ nõ est res melior eo ad adustionẽ ignis cũ oleo ro. ⁊ aceto ⁊ ꝯfert apatibus stõi ⁊ epatis ⁊ hydropisi.

¶ De agarico. Cap. lxxxi.

a Garicuz qd est. Ingt filius mesue est masculus ⁊ femina. ⁊ est agaricum qd est silẽ radici anuidez. sed exterior ps eius nõ est rara sicut exterior ps radicis anuidẽ. ⁊ dixerunt qdam ꝙ gñatur in arbore corrosa fm senitem putrefactionis ⁊ corruptionis. ⁊ in sapore eius sunt acredo ⁊ stipticitas ⁊ eius suba ẽ aerea terrea subtilis. Electio. Illud qd est melius ẽ albũ velociter frãgibile porosum valde plenas hñs extremitates in cuius amaritudie inuenit̃ dulcedo ⁊ fractũ hñs frusta supposita ⁊ est femia.

illud

Illud vero qd̄ est masculum non est bonum. ⁊ durū ⁊ nigrū ambo sunt mala valde. Nā. Calidū in primo siccū in scd̄o. Operationes ⁊ proprietates. Est resolutiuū incisiuū grossoꝝ hūorum apituū oium opilationū subtiliatiuū. Et dixerunt qdā in ipso est ꝟtus stiptica ⁊ in p̄n° gustus sui est q̄si dulcedo. deinde amaritudo. Apata ⁊ bothor. Confert apatibus oibus. Iūctura iuncturaꝝ. Daẜ in potu cū syrupo acetoso ad sciaticā: ⁊ est ex eis que mūdificant superfluitates nervoꝝ ꝓprietate que est in ipso: ⁊ cōfert egritudinibus lacertoꝝ ⁊ casui: ⁊ potio ex illo fit tres librates: ⁊ cū adest febris tunc datur cū mellicrato aut iuleb. Mēbra capitis. Cōfert patientibus epilepsiā ⁊ mūdificat superfluitates cerebri ꝓprietate que est in ipso. Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. Confert asmati ⁊ vlceri pulmonis qñ in potu daẜ cū rob ⁊ fit potio eius vsq₃ ad aur. i. ⁊ qñ ex eo in potu danẜ tres anulisat cū aqua ꝯfert sputo sanguinis ex pectore. Mēbra nutrimenti. Confert ictericie ⁊ datur ad bibendū cū oximelle ad apa splenis. ⁊ qñ solū masticaẜ ⁊ degluti ꝯfert dolori stōi: ⁊ eructuatiōi acetose: ⁊ daẜ in potu de eo ad dolorē ep̄is aureus. Mēbra expulsionis. Solōne educit hūores grossos diuersos melācolie. ⁊ flegmatis ⁊ colere ru. cū sumiẜ ex eo ab aur. i. vsq₃ ad. 2. ꝓpriē cū₃ melicrato. ⁊ qñ ꝯiunat medicinas solutiuas: ⁊ facit eas puenire vsq₃ ad extrēa corporis: ⁊ ꝓuocat vrinā ⁊ menstrua ⁊ sedat dolorē renū: ⁊ eius potio ad illud est aureus: ⁊ ꝯfert prefocationi matricis. Febres. Cōfert tremori ⁊ febrib⁹ antiq̄s grossis qñ bibiẜ ex eo aure⁹ cū vino: ⁊ vsq₃ ad dragmā. Venena. Qñ ex eo in potu daẜ cum vino vsq₃ ad aur. est magni iuuamenti ad illud: ⁊ fit ex eo empl'm ad puncturā vermiū venenī frigidi.

¶ Capitulum de litera. b.

¶ De blacte bizantie. Cap. lxxij.

b Lacte bizantie qd est. Sunt frusta filia vnguibus boni odoris aromatica que administrātur in suffumigatiōibus. Inqt Dia. est de gñe ostracoꝝ. Assumunẜ ex insula que est in mari indie in loco eius vbi est spica: ⁊ sunt ex eis q̄ sunt ex mari rubro. ⁊ alie sūt babylōice nigriores parue ⁊ ambe sunt boni odoris. ⁊ existimo q̄ ille que sunt de mari rubro sunt ille q̄ noiantẜ curascie. ⁊ dr̄ q̄ ipse sūt adherētes carni ⁊ cutis. ⁊ qñq₃ cadit aliqd de albedie: ⁊ plime eaꝝ sūt mechie et exhibētur ex gedde: et iste q̄ medicāẜ et purganẜ et sunt bone. Electio. Ex eis meliores sunt ille q̄ ad albedinē declināt inuente in mari rubro: et in aliemē. et duobus maribus. sed babylonice sunt nigre parue valde: vēditores vero medicinaꝝ dicūt q̄ bone ex eis sunt duorū mariū. deinde mechie. deinde algeddin. et fortasse aliqd cadit ex eis ad albedinē. Nā. Calide et sicca in scd̄o. et eaꝝ siccitas fortasse vicina est tertio. Operationes et ꝓprietates. Sunt subtiliatiue. Mēbra capitis. Eaꝝ suffumigatio ꝯfert epilepsie. Mēbra expulsionis. Ipsaꝝ suffumigatio excitat illā q̄ h₃ pfocationē matricis. et cū bibunẜ cū aceto mouent ventrem quodcūq₃ genus eaꝝ fuerit.

¶ De ben. Cap. lxxiij.

b Ben qd est. Est semen magnū maius cicere declināns ad albedinē q̄̄dā: et h₃ medullā lenē vnctuosam. Nā. Calim in tertio: siccū in scd̄o. Operationes ꝓprietates. Est mūdificatiuū et ꝓpriē ipsius medulla et incisiuū hūidtatū grossarū et aperit cū aceto et aq̄ oplōnes viscer. et in arbore ipsius est amaritudo plus et stipticitas: et propter illud est in ipso ꝟtus cauterizatiua: et eius cortex est stipticus plus: et oleū ipsius nō euātur a stipticitate. et in ipso toto est abstersio et incisio. Decoratio. Semen eius ꝯfert lēuginib⁹ magnis et paruis. et pāno et morphee. et vestigijs vlceꝝ et silr̄ eius oleū. Apata et bothor. Cōfert apatibus duris oibus cū poniẜ in emplastris et verrucis. Vulnera et vlcera. Confert cū aceto vlcerationi et scabiei vlcerate et excoriationi. et ꝯfert bothor lacteis et sahafati. Iūctura iuncturaꝝ. Calefacit nervos et lenificat spasmū et duritiē nervoꝝ et ꝓpriē oleū ei⁹. Mēbra capitis. Abscindit fluxū sanguinis stipticitate sua et ꝯuenit oleū eius dolori auris et sonitui q̄ est in ipsa ꝓpē cū adipe anatis et decoctio eius ꝯfert dolori dentiū cū os ex ea colluitur. Mēbra nutrimēti. Cōfert duritiei ep̄is et splenis qñ bibiẜ cū aceto mixti ex eo pōdus duaꝝ. ʒ. et qñ ꝯiungiẜ frumēto aut farina lolij. et aqua allzaratum aut farina herbi. aut lupini. et fit ex eo empl'm spleni. et ipsum qd̄ est malū stō faciens nauseam. et si bibiẜ ex eo aureus. j. cū melle facit vomere fortiter. et soluendo educit: et silr̄ eius fructus. Mēbra expulsionis. Aureus. j. eius soluendo educit flegma crudū cum bibiẜ cū melle: et silr̄ eius oleū et similiter cū supponiẜ licniū infusum in ipso. Permutatio. Loco eius poniẜ quantū ipsum est de rubea: et medietas sui de cortice cassie linguee et decima ponderis eius de mace.

¶ De bedeoard. Cap. lxxiiij.

b Bedeoard qd est. Est spina alba. et est similis alhaseb: eū. verūtñ est vehementius alba et h₃ longiores spinas: et similātur spine eius folijs amomi. verūtñ sunt subtiliores et vehementius albe et ei⁹ qd̄ stipes qñq₃ puenit ad duos cubitos. et ei⁹ flos est purpureus et semen ipsius est sicut semē cartami. verūtñ est vehementioris rotūditatis. Nā. In radice eius est ifrā:tio et exiccatio cū resolōne q̄dā. Semē ꝟo eius est calidū et subtile: et dixerunt qdā q̄ tota est calida valde.

Operationes et proprietates. In ipsa est virtus resolutiua et aperitiua: et proprie in semine eius et in ipsa est retentio fluxus sanguinis et eius retentio est equalis. Apostemata ⁊ bothor. Cōfert apostematibus flaccidis propter illud quod est in ipso de resolutione ⁊ cōtractione quare fiat ex ea emplastrum ⁊ ex radice eius proprie. Iusti fa iuncturarum. Cōfert spasmo propter illud quod est de cōmixtione equali cū resolutione: ⁊ semē eius confert infantibus qui bibūt ipsum propter corruptionē in motibus lacertorum. Mēbra capitis. Collutio oris facta ex succo eius sedat dolorē dentium. Mēbra pectoris. Cōfert sputo sanguinis ⁊ proprie eius radix. Mēbra nutrimenti. Cōfert debilitati stomachi ⁊ aperit opilationes. Mēbra expulsionis. Cōfert coloni antiquo ⁊ precipue stomatice. ⁊ proprie radix eius: ⁊ est prouocatiua. Febres. Valet febribus flegmaticis longis. ⁊ eius causa est debilitas stomachi ⁊ omnibus febribus antiquis. Venena. Cōfert si masticetur: ⁊ postea supponatur puncture scorpionis. Attrahit.n. venenum: ⁊ si bibitur semē eius cōfert morsure venenosorum reptilium. Permutatio. Loco eius in febribus ponitur fumus terre.

De balsamo. Cap.lxxxv.

b Balsamus quid est. Est arbor egypti nascens in loco qui dicitur oculus solis tantum: cuius folia ⁊ odor ruthe silantur sed tamen ipsa declinat ad albedinē ⁊ eius statura est statura arboris cuisci. ⁊ eius quod oleum est melius semine ipsius ⁊ semen fortius ligno ipsius in omnibus modis eius. Eius vero oleum sumitur ita vt incidatur cū ferro post ortum ascerahe. ⁊ aggregatur quod de eis resudat cū cotto. ⁊ neque pertransit in anno quod est iter quinquaginta vsque ad sexaginta lib. Electio. Experientia olei ipsius est cōgelatio lactis statim cū super ipsum distillatur: ⁊ permixtio eius cū aqua: ⁊ inspissatio ipsius ⁊ conseruatio sue soliditatis in aqua: ⁊ ablutio ipsius a cotto ⁊ subtilitas odoris eius. Adulteratur autem cū oleo de pino: ⁊ oleo de mastice: ⁊ cera dissolutis in oleo de alcāna. Et quod ex eo melius est: est recēs grossum dulce ⁊ vetus nō habet virtutē. Natura: Eius lignum est calidum ⁊ siccum in secundo ⁊ ipsius semen est calidius eo parum: ⁊ oleum eius est calidius vtrisque: ⁊ est in principio tertij calidum: ⁊ nō est in ipso de calefactione quod existimant. Operationes ⁊ proprietates: Aperit opilationes. ⁊ confert visceribus grossis. Vulnera ⁊ vlcera: Mundificat vlcera proprie cū ireos. ⁊ exsiccat fracturas ossium. Iusti fa iuncturarum: Confert sciatice bibitum ⁊ propter spasmum bibitur eius decoctio. Mēbra capitis: Cōfert vlceribus capitis ⁊ mundificat ipsum ⁊ confert epilepsie ⁊ vertigini. Mēbra oculi: Abstergit pannum eius ipsum ⁊ eius oleum. Mēbra anhelitus ⁊ pectoris: Lignum eius ⁊ ipsius semen conferūt dolori vtriusque lateris ⁊ confert asmati grosso ⁊ stricture anhelitus ⁊ dolori pulmonis: ⁊ confert semen eius peripleumonie frigide ⁊ tussi: ⁊ similiter ipsius oleum. ⁊ ad summum est iuuatiuum viscerum que sunt super myrach. Mēbra nutrimenti: Cōfert debilitati digōnis ⁊ ipsius decoctio dissoluit malitiā digōnis ⁊ mundificat stomachum ⁊ confortat epar. Mēbra expulsionis: Prouocat vrinā ⁊ confert dolori pungitiuo. ⁊ confert doloribus matricis. ⁊ exiccat humiditates eius vaporatum ⁊ bibitum: ⁊ confert frigori ipsius: ⁊ exsiccat embryonē ⁊ secūdinā ⁊ confert cū ex eo fit suffumigatio omnibus doloribus matricis: ⁊ ipsius decoctio aperit os matricis. ⁊ ceratum ex ipso cū oleo rosaceo ⁊ cera confert frigori matricis. ⁊ est iuuatiuum difficultati vrine. Febres: Eius oleum aufert rigores. Venena: Resistit venenis ⁊ confert morsure vipere: ⁊ eius oleum confert iusquiamo cū bibitur cū lacte: ⁊ venenosis ⁊ proprie scorpionibus.

De been. Cap.lxxxvi.

b Been quid est. Frusta aspera que sunt radices ex siccitate cōtracte ⁊ sunt duarum specierum quarum vna est alba. ⁊ altera est rubea. Natura: Calidū est ⁊ siccū in secundo. Decoratio: Est impinguatiuum. Mēbra anhelitus ⁊ pectoris: Cōfortat cor valde ⁊ confert tremori cordis. Mēbra expulsionis: Manifeste augmentat sperma. Permutatio: Loco eius ponitur quartum est ipsum eiusdem: ⁊ medietas ponderis eius lingue auis.

De berengesif. Cap.lxxxvii.

b Berēgesif est abrotanum: ⁊ est plāta similis absinthio cui inest humiditas viscosa: ⁊ eius quod est vna species: thyrsos habens breuiores ⁊ minora folia eius sunt et folia minuta parua subtilia alba citrina ⁊ apparet in estate. Inquit Gal. sunt due herbe vicini sapores noiate hoc noie. Natura: Calida ⁊ humida est in primo. Operationes ⁊ proprietates: Est subtiliatiua aperitiua valde: cuius emplastrum prohibet attractionē materiarum ad mēbra. Mēbra capitis: Cōfert soda frigide loco emplastri superposita ⁊ embroca. ⁊ in aqua cocta fit magis secura ⁊ confert opilationi narium ⁊ corize. Mēbra expulsionis: Frangit lapidē in renibus: ⁊ prouocat menstrua sedendo in eius decoctione: ⁊ confert vlceribus eius ⁊ eijcit secūdinam ⁊ fetum: ⁊ confert coadunationi oris matricis ⁊ aperit ipsum ⁊ duritiei eius bibita ⁊ more emplastri supposita ⁊ potatur ex ea vsque ad.ʒ.v.

De baurach. Cap.lxxxviii.

b Baurach quid est. Est fortius sale. ⁊ est ex genere virtutis eius: sed stipticitas nō inest ei. ⁊ quandoque aduritur in ostraco super carbōes inflāmatos donec assetur. Electio: Ex eo melius est armenum. leue laminosum frāgibile spōgiosum album: aut purpureum. aut roseum mordicatiuum. ⁊ cōparatio quod africanum ad reliquum baurach est cōparatio baurach ad salē: sed baurach non comeditur nisi propter magnā causam. ⁊ spuma baurach est subtilior quam baurach. ⁊ in eius virtute. ⁊ ex ea melior est spuma marmorea facile frāgibilis. Natura: Calidū ⁊ siccū in fine secundi. ⁊ eius siccitas fortasse declinat ad tertium. Operationes ⁊ proprietates:

Abstergit fortiter lauat et proprie affricanū et mū-
dificat et excoriat. et incidit hūores grossos: et i
baurach quod est stipticitas pauca cū abstersione
bōa propter suā salsedinē. nisi in affricāo. In eo .n. nō
est stipticitas. sed abstersio pura multa. et in sale ē
stipticitas. et nō est in ipso nisi resolo pura. Deco-
ratio: Attenuat capillos pulverizatum su-
per eos. et quando ex eo fit emplastrum attra-
hit sanguinem ad illud quod apparet de cor-
pore et facit vt color sit bonus et confert sed for-
tasse denigrat eius plurima comestio colorem.
Vulnera et vlcera.) Confert pruritui propterea
quod resolutiuū est et proprie affricanū cum aceto: et
confert et scabiei. Iunctura iuncturarum.) Fit ex eo ce-
ratū paralysi propter ne postreme: et precipue cū iam de-
clinat: et confert corrosioni neruorum. Mēbra capi-
tis.) Confert furfuribus et cū spuma eius cum
melle distillatur in aurē mundificat et aperit et cō-
fert surditati et cū vino aut cū sirupo de ysopo
confert sonitui. Mēbra nutrimēti.) Est malum
stō corrūpēs ipm: et affricanū cōmouet vōitū:
et si nō facit vōere ecōtra pōs ictuum hūorum stōi quam
reliquū baurach. Et ex eo quod cū ficub⁹ fit emplm
hydropsi et extenuat eā. Mēbra expulsiōis:
Soluit cū supponitur. et quā cōeditur cū ruta et cy-
mino: aut decoctōe ru the et anet sedat dolorē
vētris pūgitiuū. et cū h et silibus vincit salē: et
bibitur cū quibusdā medicis interficiētib⁹ vermes
et educit eos et silr cū linitur ex eo vēter et sumēt
et sedet q linit⁹ ē iuxta ignē interficiē eos. et p hec et
silia distiguntur inter ipz et salē. Venena.) Cōfert oē
baurach et precipue affricanū sfocatōi fungorū
valō siue sit adustū aut nō adustū: et silr ei⁹ spūa.
et pōit cū adipe asini aut suis sup morsū cāis: et
bibitur cū aqua frā propter potū cātaridarum. et quod ex eo
noiatur bauracbiū nitrū bibitur cū amidē propter no-
cumentum sanguinis tauri.

Cap. xxxix. De bulbo.

b Albus qd ē. Est cepe quod cōeditur pmū
sile cepe narcissi: et ei⁹ folia sunt silia
folijs porri: et ipsi⁹ rosa ē silis viole:
et ē quedā ei⁹ spēs q cōmouet vōitū.
Quidā vero dixerūt quod ipse ē cepe agr: et dixerūt
quidā alij nōrsz ē de gñe porri: et vr quod sit anaga
lis. permutem⁹ ergo intētiōes ab hoc vel ei⁹ ad hoc.
Nā.) Propiqu⁹ ē nāc cepe. et fortasse ē siccus i
p° cū hūiditate supflua. Opōnes pprietates.)
Est iflatiu⁹ et sedatiu⁹ et exaspat liguā. Deco
ratio.) Linitur sup pānū pprie i sole et confert: et silr
confert vestigijs vlcerum: et ē exaspāis palatū et liguā
et linitur cū vitello oui sup bucas: et cū oximelle
sup vlcera lenia. Vulnera et vlcera.) Qñ assatur
cū capite piscis et aloe: et pōitur sup vlc⁹ mētu era
dicat ipm. Iunctura iuncturarum.) Cū ex eo fit
emplm cum aceto est conueniens attritiōi me
dij lacertorum et fit ex eo emplastrum podagre
et doloribus puncturarum: et fit ex ipso solo
emplm tortiōi neruorum: et est emplm vnguis et
auris et silium: et fit ex eo emplm cū saniebus. Mē-
bra capitis.) Est medicamē furfuribus et vlce-
ribus capitis. et linitur sup plagas capitis q nō
sunt fracte: et pmiscetur cū vitello oui et linitur.
Mēbra oculi.) Solus administretur et cū vitel-
lo oui. et cū adiūgitur ei acetū est medicamē bo-
nū ad garab et apantibus lachrymalui. Mēbra
nutrimētu.) Qui ex eo ē dulcis et rubeus ē bo-
nus stō: et fit ex eo emplm cū melle doloribus
stōi: et amarus est melior et digerit cibū et mul
tiplicatur eius nutrim i ipso: sz nō fit nutrim suuz
laudabile et precipue eius qd ē crudū et qñ nō di
geritur pungit et inflat. Membra expulsio-
nis.) Excitat coitum.

Cap. xc. De bugenus.

Ugēis qd ē. magis qd ex ea admi-
stratur ē radix ei⁹. et ipa quod hz gūmā et
succū et ei⁹ gūma ē fortior succo ipsi⁹
et qñqz pmiscetur cū oleo et muri et pau
co vīo et coquitur donec grossuz fiat. et fz qntitatē
eqlitatis quā hz i grossitie ē eius bōitas. Nā.)
Est calā i 3° sicca in ipso. Opōnes et pprieta
tes: Est resolutiua. Vulnera et vlcera: Abra-
dit ossa corrupta propter vehementiā desiccatōis
et mūdificat vlcera. Iunctura iuncturarum: Cōueni
ens ē neruis. Mēbra anhelit⁹ et pectoris: Cō
fert supfluitatib⁹ grossis in pectore et cōuēit pul
moni et vlceribus eius bibita et suffumigata.
Mēbra nutrimēti: Confert duritiei splenis.

Cap. xci. De busuro.

b Busurī et baluā qd sūt. Nota sunt.
Nā: Frā sūt et sicca i scdo et albusu-
rū magis ē stiptic⁹ quam castab. Opō
nes et pprietates: Inflāt et pprie cuz
post ipa bibitur aq̄: et cū sint dulcia faciūt euēire
rugitū plm et faciūt euēire opilōnes i visceribus
et decoctio albusuri sedat iflatōz cū cōseruatiōe
caloris inati: et plimus vsus ambor gnat i cor-
pore hūores grossos. Mēbra capitis: Albusu-
rū facit soda et iebriat plm et ābo sūt bōa carnē
q ē inter dētes et gigiuas. Mēbra anhelit⁹ et
pectoris: Ambo sūt mala pectori et pulmōi.
Mēbra nutrimēti: Prepāt stōz et faciūt cōiun
gere opilōnes epis et ipsorum digō ē tarda: et frā
gibile ē mioris digōnis: et nutrim ipsorum ē puū
et algesaguerui ē mioris tarditatis. Mēbra
expulsiōis: Vnūqdqz eorum strigit vētrē prop ipe
cū misceatur cū vio pōtico: aut cū aceto et albala
facit abūdare lac: et qñ bibitur cū aceto pontico
prohibet fluxū m ficis. et phibet fluxū sanguis
emorroydarum. Febres: Vsus eorum plimus fa-
cit cadere in tremorem et horripilationem.

Cap. xcii. De buncho.

Unchū qd ē. Est res dlata d iamē.
Quidā aūt dixerūt quod ē ex radicib⁹
anigalē cū mouetur et cadit. Electio:
Melius ē citrinū et leue bōi odoris.
Albū vero et graue est malū. Nā: Est calidū et

siccū in p̄mo s̄z quosdā est frig̃ in p̄mo. Operationes ꝛ ꝓprietates: Cōfortat mēbra. Decoratio: Mūdificat cutē ꝛ exiccat hūiditates q̄ sunt sub ea: facit odorē corporis bonū ꝛ abscindit odorē psilotri. Mēbra nutrimēti: Est bonū stomaco.

℄ De batecha. Cap.xciij.

b Batecha qd est: notū est. Nā.) Frā ē in p̄n° scd'i: ꝛ hūida in fine eius ꝛ cū eius semē desiccat̄ nō ē hūectatiuū: imo desiccat i p̄°: ꝛ eius radix ē desiccatiua. Opōnes ꝛ ꝓprietates.) Que matura est: est subtilis: ꝛ imatura est spissa. Batecha p̄terea cinerina matura i nā erit cucumeris: ꝛ i ipsa est aptio quocūq3 mō sit. Melo aūt medio ris est hūidioris q̄̄ reliq̄: ꝛ eius caro est digestiua abstersiua ꝛ ꝓprie ei⁹ semē: matura ꝟo ꝛ imatura āmbe sunt abstersiue: ꝛ semē ei⁹ est fortioris abstersiōis: ꝛ ipsa q̄ɗ ꝯuertit̄ ad quēcūq3 hūorē quē in stō inuēit: ꝛ est ad s'ia vehemēti⁹ decliuis q̄̄ sit ad colerā: qualr̄ q̄ ad meliaz. melo ꝟo nō ꝯuertit̄ velocit̄. Decoratio.) Mūdificat cutē ꝛ ꝓprie semē eius ꝛ illud qđ est in lateri ori pte ipsius ēt ꝯfert pāno ꝛ morphee ꝛ furfuribus: ꝛ proprie qñ ꝯficit̄ qđ est eius iteri⁹ siē est cū oleo de frumēto ꝛ exiccat̄ in sole. Mēbra oculi.) Fiat vt cortex eius frōti adhereat: ꝛ ꝓhibet fluxū ad oculū fieri. Mēbra nutrimēti.) Est vomitiua ꝛ ꝓprie radix ei⁹. Nā due.ʒ. eius cū vino mouent vomitū sine labore cū bibitur ex eis obolus. Cūq3 batecha nō digerit̄ bñ gñat colicam passionem: melo aūt est tarde digōnis nisi qñ comedit̄ cū eo qđ est interius eius ꝛ ipsius qđ nutrimentū ē recens ꝛ ei⁹ humor est ꝯueniētior: oꝫ p̄terea vt cibū sequatur aliū: batecha.n. si nō sequit̄ aliqd aliud fac̄ nauseam ꝛ vomitū post aūt ip̄m calefactus bibat oxymel: ꝛ hūectatus olibanū aut zinziber nutrium ꝛ vinū. Mēbra expulsiōis.(Prouocat vrinā qđ ex eo maturū ē ꝛ crudū ipsius ꝛ cōfert lapidi i renibus ꝛ vesice cū est puus ꝛ p̄cipue lapidi renū. ꝛ melo q̄ɗ est minoris prouocationis ꝛ est magis abstersiuus ꝛ velocioris descēsiōis p̄cipue q̄ est mollis. Venena.) Cū corrumpit̄ in stō ꝯuertit̄ ad nāᷓm venenosam. opꝫ ergo vt cum grauat extrahatur velociter.

℄ De bule. Cap.xciiij.

b Bule qd est. Dixit alrazi q̄ ē cucumer indus. ꝛ ē silis cucumeri capparis ꝛ ē amarus ꝛ silis zinziberi.

Nā.) Calīd ē ꝛ siccū in scd'o. ꝛ apud quosdā in tertio. Opōnes ꝛ ꝓprietates.) Est stipticus ꝯfortans viscera. Instr̄a iūcturarū.) Cōfert duritiei neruoꝝ ꝛ hūiditati eoꝝ ꝛ egritudinibus ipsoꝝ frīis sicut palysi ꝛ torture. Mēbra nutrimenti.) Accendit ignē stōi ꝛ ꝯfert vomitui ꝛ intrat in algeguarser. Mēbra expulsionis.) Constrigit ventrē ꝛ siccat ventositatez.

℄ De bellilicis. Cap.xcv.

b Bellirici qd sunt. Sunt ꝓpinqui nāe emblicoꝝ. ꝛ eoꝝ medulla est dulcis propinqua alabuch. Natura.) Frigidi sunt in primo sicci in secundo. Operationes ꝛ propietates.) In ipsis ē virtus subtiliatiua. ꝛ ꝟtus ꝯtiua. Mēbra nutrimēti. Confortant stōm cum aptatione ꝛ aggregatione ꝛ ꝓhibēt mollificatiōꝫ eius ꝛ hūiditatē ipsius ꝛ nihil ē qđ ita p̄cipet stōm sicut ipsi. Mēbra expulsiōis.) Fortasse strīgūt ventrē ꝛ apud quosdā leniūt ventrē tñ: ꝛ est manifestū ꝛ ipsi qdem conferunt intestino recto ꝛ ano.

℄ De bederenzego. Cap.xcvi.

b Bederenzegum qd ē. Nā. Est calida ꝛ sicca in scd'o. Opōnes ꝛ ꝓprietates. Cōfert oībus egritudib⁹ flaticis ꝛ melicis. Decoratio efficit odorē oris bonū. Vulnera ꝛ vlcera. Cōfert scabiei melice. Mēbra capitis. Confert opilationibus cerebri ꝛ remouet fetorē oris. Mēbra anhelitus ꝛ pectoris. Letificatiua ē ꝛ ꝯfortatiua cordis aufert tremorē cordis. Mēbra nutrimenti. Iuuat digōnē ꝛ ꝯfert singultu. Permutatio. Loco eius ponit̄ i lenificādo pondus ipsi⁹ de seta ꝛ due tertie pōderis ipsi⁹ d' cortice citri.

℄ De baurach hebuli.c.xcvij.

b Baurach hebuli qd ē. Est semen sendi: aut indū: ꝛ hꝫ duas spēs quaꝝ vna ē pua absq3 rugis: ꝛ alia magna cū rugis ꝛ eaꝝ melior ē pua. Instr̄a iuncturaꝝ. Eradicat flegma ex iuncturis. Membra expulsionis. Soluit ex intestinis vermes ꝛ ascarides ꝛ est in hoc valde bona.

℄ De beherenugi. Cap.xcviij.

b Beherenugi qd ē. Est ex aromaticis. Opōnes ꝛ ꝓprietates: Resoluit inflationē i oī loco eius embrocatio. Mēbra capitis. Eius flos ē bon⁹ vētositatibus grossis in capite: ꝛ cū eius folia odorant̄ silr̄. Mēbra expulsiōis. Soluit vētrem.

℄ De buzeiden. Cap.xcix.

b Buzeiden qd est. Est medicina lignea inda in q̄ est ꝟtus silis ꝟtuti been. Electio. Illa q̄ ex ea bona ē: est alba grossa multaꝝ lineaꝝ aspa. lenis ꝟo ꝛ tenuis ligni: ꝛ pauce albedis est mala: ꝛ adulterant eam cum lauban barbarica. Nā. Calida est in secundo: sicca in primo. Opōnes ꝛ proprietates. Est subtiliatiua. Instr̄a iuncturaruꝫ: Confert dolori iuncturarum ꝛ podagre Mēbra expulsionis. Augmentat coitum. Venena. Confert venenis.

℄ De bulhida. Cap.c.

b Bulhida. Nā. Frā est. Opōnes ꝛ ꝓprietates. Est abstersiua ꝛ est in ipsa stipticitas ꝛ itecis ꝛ' i fructibus eius ē hūiditas. Decoratio. Abstergit faciē. Vulnera ꝛ vlcera. Ponit̄ trita

sup vlcera et scabie et conglutinat plagas pp stipticitate et abstersione sua et propter cortex arboris eius et aspergitur cu aq sua: et fit embroca cu decoctione radicis eius et folior cu ipsius sup ossa fracta. Membra expulsionis. Cortex eius grossus soluit fla qn bibitur ex aure cu aq fra et vino.

¶ De bithar. Cap.ci.

Ithar qd est. Est illa que vocatur leucez.i.oculus vacce.rosa eius curium colore: rubea in medio grossior rosa camomille. Na. Cal'a in scdo: sicca in primo. Mebra capitis. Eius odor cofert ventositatibus grossis in capite.

¶ De buhri. Cap.cij.

Uhri. Opones et pprietates. Resoluit pp re cuius flos est bn appens et abstergit cu eqlitate. Decoractio Siluestris hns flore bn appente rubificat capillos. Apata et bothor. Decoctio foliorum illius cofert apatib^9. Uulnera et vlcera. Cu melle more emplri ponitur sup vulnera et vlcera. Instra iuncturarum. Eius decoctio cofert attritio ni lacertorum. Mebra capitis. Soluitur os cum decoctione eius pp dolore detiu. Mebra oculi. Eius decoctio cofert obthalmie calide. Mebra anhelitus et pec. Decoctio ipsius cofert tussi antiq. Mebra expulsionis. Hns folia alba: et hns folia nigra conferunt solutioni veruste.

¶ De bahethe. Cap.ciij.

Ahethe qd est. Silis est trium lentium et est difficilioris digonis. Na. Est eqlis declinans ad siccitate. Opones et pprietates. Est stiptica sic lens. et gnat melias. Apa et bothor. Est bona vtrisq et fit ex ea emplin hernie et rupture infantium. Mebra expulsionis stringit ventrem.

¶ De besceguascen. Cap.ciiij.

Esceguascen qd est. Est coriandrum putei et pfice est besceguascen et syriace est capillus porcinus: et arabice e capillus algul. et est herba pua cuius ortus est in saltibus: et cursib^9 aqru et fluminu et intus in puteis et est silis coriadro hmido: sz eius thyrsi ad rubedine et nigredine declinant sine stipite existetes: neq hnt flore neq semen cuius virtus cito tollitur. Na. Sa. est eqlis. Ego at dico q fortasse declinat ad calitate valde parum et siccitate. Opones et pprietates. Est resolutiuus subtiliatiuus apriiuus: et in ipso est stipticitas, phibes cursum: et qn pmiscet cibo gallorum et coturnicu facit eos fortes et ad dimicadum et ad iterficiedu. Decoratio. Eius cinis cu aceto et oleo cofert alopitie et tyrie: et ipse cum oleo myrtio et vio plogat capillos: et phibet eor casus. Apata et bothor. Cofert aldubelle et delet scrofulas. Uulnera et vlcera. Cofert fistulis et vlceribus fraudulentis et hmidis. Mebra capitis. Eius cinis cofert furfuribus. Mebra oculi. Cofert algarab. Mebra anhelitus pec. Cofert pulmoni purgado ipsum valde. Mebra nutrimeti. Cofert cu vino fluxui supfluitatu ad ventre et stomi et cofert dolori splenis: et cofert ictericie. Mebra expulsionis. Prouocat vrina: frangit lapide, puocat mestrua. et extrahit scdina. et purgat muliere feta. et abscindit fluxu sanguis et apo.ples stringit vetre. et fz filiu. Meliuargue soluit venena. Ipse cu vino cofert morsibus serpetu et canis rabiosi et venenosis alijs. Permutatio. Loco eius in asinate ponitur podus ipsius de flore viole cu medietate poderis ipsius de succo ligritie.

¶ De bedarugi. Cap.cv.

Edarugi qd est. Est oxinu fluuiale et dicunt hoies qda q est bedarabina et est alneb et est notu. et oleu eius in potetia est oleu alcheiri: veruth e de billius eo: et in ipso qd sunt virtutes etc. Na. Calida est in primo declinans ad scdm siccum in pri^o. et in ipso est hmiditas supflua: cuius fortassis hmiditatis sima ad scdm declinat non in sba. Opones et pprietates. In ipso est stipticitas et soluio. Sbit.n.nisi ueniat supfluitate preparata. Si at inuenit hmore soluit: et in ipso sunt resolutio. et digo. et inflatio. et velocitas ad putrefactionem. et gnat hmore malu melacolicu et eius semen cofert cui in quo gnatur melia. Apata et bothor. Cofert qn cu aceto et oleo ros.linitur super apata calida. Mebra capitis. Eius succus distillatus cofert fluxui sanguis ex naribus precipue cu aceto vini et caphora facto licinio et inuncto in ipso et remouet stupore detiu. et est ex eis que sedant sternutationem in coplone vna et mouet ea in coplone alia. Mebra oculi. Cofert pulsationi oculi more empli suppositu: et facit puenire tenebrositatem visus comestu: ppea q commouet hmiditate eius. et turbat ea et eius succus cofortat visum facto collyrio ex ea. Mebra anhelitus et pec. Cofortat cor valde et desiccat pulmone et pect^9 et sacratan et aq eius cofert stricture anhelitus et eius aq est bona sputo sanguis et facit abudare lac. Mebra nutrimeti. Difficilis est digonis et putrefactionis velocis et est malu sto, ppe folia eius. Mebra expulsionis. Costringit. Qd si iuenerit hmore pparatu soluit et puocat et nocet ano et eius seme cofert difficultati vrine. Uenena. Ponitur sup puncturas vespe et scorpionu et draconis marini.

¶ De bertanich. Cap.cvi.

Ertanich qd est. Dicitur q est arbor et di q est foliu eius qd assimulatur folijs acetose siluestris veruth est vicinior nigredini et e grossior. Opones et pprietates. Eius folia sunt stiptica. Uulnera et vlcera. Cosolidat vulnera et vlcera. Mebra capitis. Eius succus est melior rebus vlceribus antiqs q sunt in ore et alcola. et opz vt fiat ex eo rob et cofert alcola.

¶ De bilomon. Cap.cvij.

Romon qd est. Est alfarfa gue siluestris. et est ex titimalis et eius semē est igneū sic sūt titimala. Mēbra expulsiōis. Soluit. ¶ De beblisi. Ca. cviij.

Eblisi qd est. Est illud qd dr papauer cordosuz et spumosuz et ipsuz efficit opationē titimali in solutiōe sua. Nā. Cal3 est multū. Mēbra expulsiōis. Soluit sicut titimalium.

¶ De benec guariden. Cap. cix.

Enec guariden. Mēbra expulsiōis. Cōfert dolorib' inficiē et renū postq̄ eius frangit resolutio cū oleo et cera et vitello oui q̄re nō induratur et puocat vrinā et mēstrua et facit abortū et cū cordumeni valz emorroydibus. Febres. Cōfert rigori. Venena. Cōfert venenis q̄ sunt ex venenosis morsibus. Permutatio. Loco eius ponitur costos. ¶ De barasican. Cap. cx.

Arasicā qd est. Est beldelresis ex cuius semine nigri armillas faciūt et est herba. Gal. dixit calida in pn° pmi: sicca in scdo. ¶ De bithar. Ca. cxi.

Ithar qd ē. Est h'ba pastoris. et nos qd narrabimus pprietates h'ge pastoris in caplo de hain.

¶ De beusberdendio. Cap. cxij.

Eusberdendiū qd est. Est collyriuz albū allatū d armenia. Apata et bothor. Administrat in apatibus calidis et bothor calidis. Iūctura iūcturar. Fit emplm ex eo sup podagram calidam.

¶ De balaustia. Cap. cxiij.

Alaustia qd est. Est flos granati siluestris phici aut egiptij. et ipa qd q̄nq3 est rubea et q̄nq3 ē alba et q̄nq3 rufea. et succi eius nā est sicut succi barbehyrci. Inqt paulus. Vtus eius est sicut vtus pulpe gnati. Nā. Frā est in fine pmi. sanscdo. Opatiōes et pprietates. Glutinatiua est et retinet fluxū oēm sanguis et gnāt melias. Decoratio. Bona est gingiue sanguinee. Vulnera et vlcera. Cōsolidat plagas et vlcera antiq̄ et alhocor et pcussionē pulverizata. Apata et botor. Fit ex ea emplz qd adheret rupture. Mēbra capitis. Fortes efficit dētes motos. Mēbra anhelitus et pectoris. Prohibet fluxū sanguis. Mēbra expulsionis. Stringit et pfert vlceribus intestinor et fluxui inficio: et fluxui sāguis ei'. Permutatio. Loco eius ponit cortex glādis et caput granati. ¶ De butyro. Cap. cxiiij.

Utirū. Nā. Cal3 est et hūidū i pmo et eius gradus in hūiditate est altior. Opationes et pprietates. Est maturatiuū resolutiuū molificatiuuz et eius resolo ē i corpib' medijs nō duris et i corporib' teneris ē cū facilitate: et ei' fumus exiccatiuus ē et strigit facile et ē sedatiu' dolor iterior: et materier effusar ad mēbra. Decoratio. Linit ex eo corpus et vēter et nutrit et ipinguat. Vulnera et vlcera. Cōfert vlceribus neruor et iplet vlcera, et purgat ea. Mēbra capitis. Bibūt cū eo me° q̄ sūt ad exituras. velaminuz cerebri et ad apata radicū auriū et nariū et oris et ad apata gingiue et ad cola: et linit ex eo caro gingiuar infātū et fit facilis ort' dētiū. Mēbra ābditus et pec. Cōfert tussi sicce et frē et, ppe cū amigd. et zuccaro: et silr in pleuresi et pipleumonia et sputū facit facile et maturat et silr cū oleo amigd. ē ei' maturatio plima. Solū at cū ē ei' mūdificatio ē minor maturatiōe eius: et cū zuccaro ē ecōuerso: et, phibet sputū sāguis: et pfert vomitui sanguis et saniei cū ex eo lābit q̄ritas ʒ .i. s. cū melle. Mēbra expulsiōis. Lēificatiuū ē et plimus vsus eius soluit: et fit ex eo clistere ad apata cala et dura i itestis: et inficie: et testiculis: et ponit in medicis vulner orificij vesice. Venena. Resistit venenis pcipue cū ex eo linit morsus vipe. ¶ De barba hyrcia. C. cxv.

Arba hyrcina qd est. In ipa est pax calitatis et fritatis: et ita q tepefacit calitatē eius: et q̄si non fit vehemētis fritatis imo fritas eius est in fine primi: et siccitas eius est vehemēs puenies ad termiū. Opōnes et pp'etates. Est stiptica vsq3 ad terminū: et radix eius est fortioris stipticitatis: et ponit in tyriaca ad pstringēda mēbra et succ° eius ē i stipticitate semis rosar. Vulnera et vlcera. Folia eius cū exiccant psolidāt et pferūt vlceribus antiqs: et eius flos in oibus illis est fortior. Mēbra capitis. Radix eius ē ex medinis abstergētibus sordinē auris et exiccatib' vlcera eius et pferētibus odoratui. Mēbra anhelit' et pec. Flos et folia et radix eius qocūq3 fuerit cū bibit cū aq̄ ordei vlcerib' pulmōis cōfert et succ' ei' sputo sanguis. Mēbra nutrimēti. Cōfortat stōm et phibet effusiones māteruz ad ipz et ppe succ' eius. Mēbra expulsionis. Est fortior medicia ad vlcera itestinor qū bibit aut flos ei' pp'e: aut succ' ei' cū vino et ad fluxū sanguis ex inficie i mōuz empli supposit' aut bibit'. ¶ De bdellio. Cap. cxvi.

Delliū iudaicū et bdelliū mechiū qd ē. Bdelliū iudaicū aliō ē siculū: et aliud rabicū qd ē aliō a bdellio palmar siluestriū et ābo sūt ex palmis siluestrib'. Mechiū āt est ex fructu arboris palmar siluestriū. Electio: Melior duar gēmar ē illa q̄ ē varia clara: et amari saporis: et ē mūda a lignis. et ē facilis resolōnis bōi odoris: c' fum' h3 odorē picis et cū āuq̄t bdelliū iudaicū egredit a lemficatōe ad exiccatōz. Nā: Mechiū ē friū et siccū: et aliud ē calm in fine pmi lenitiuū et ppie siculuz: et arabicum exiccat tempus. Opationes et proprietates: Resoluit ita q sanguinem congelatū: et est lenificatiuū maturatiuuz

dissipat ventositates. Et siculū est vehementis lenificationis. et arabicū est siccius eo nisi recēs. Apata et bothor.) Resoluit apata dura. et ppe dissolutū cū saliua ieiuni. et sil'r resoluit reliqua frā. et mechuū qd nō est ex fructu palmaꝝ silue striū et est bdelliū iudaicū aufert scrofulas et bibit decoctū ad apata intrinseca et dura. Vulnera et vlcera.) Linit cū aceto sup sahafat. Instra iuncturaꝝ.) Confert ꝯtusiōi lacertoꝝ: et spasmo et duritiei neruoꝝ ꝯgelatōi ipsoꝝ. Membra anhelitus et pectoris.) Cōfert doloribus cāne pulmōis. et apātibus eius: et ꝯfert tussi antiq̄ et doloribus lateris et arabicū ꝯfert apātib⁹ epiglotis et gutturi. Mēbra expulsiōis.) Cōfert emorroydibus bibitū et suppositū et suffumigatum et retinet sanguinē eaꝝ et ꝯfert lapidi renū et qn̄ ponit̄ in soluitiuis ꝓhibet abrasionē intestinoꝝ et ꝓuocat vrinā et mēstrua: et de mechio ēt existiat̄ qp ips ꝓuocet: sȝ nō dubitat̄ qn ips strigat et frāgat lapidē. Bdelliū vo arabicuȝ claꝝ rubeū qn̄ terit̄ ex eo q̄ntitas duoꝝ aur. et bibit̄ cū aq̄ mellis minuit̄ fla. et bdelliū vtrūqȝ resoluit ramicē aq̄. et apit os mīicis clausum et educit fetū. et mūdificat mīicē et resoluit apata ani et testiculoꝝ. Venēa.) Cōfert morsibus venenosoꝝ.

De butyro. Cap. cxviij.

De quo auruz adheret quid est. Hoc nomen ꝯvenit armoniaco. de quo iam nos locuti fuimus. & qñq; ꝯvenit cuidam rei que fit ex vrina infantium mota in mortario ereo cum aceto in sole donec coaguletur. Et quandoq; est ex minera. generatur enim materia ex vapore & resoluitur in aqua calida: deide coagulat. & hoc est illud de quo nunc loquimur. Electio. Clarū mundum & proprie terruum. & artificiale est fortius & subtilius: deinde minerale adustum. Natura. Calidum est valde. O perationes & proprietates. Est abstersivum constrictivum calefactivum putrefactivum subtiliativum mordicativum parum resolutivum cum fortitudine. & eius resolutio est vehementior mordicatione eius. & similiter eius desiccatio. Et ipm dissolvit absq; mordicatione plurima: & quod de eo est artificiale est vehementius exiccationis & minoris mordicationis propter subtilitatem suam additam. Cumq; minerale aduritur augmentatur eius subtilitas, & est pervenieus

ad sūmū in his capitulis. Uulnera z vlcera. Eliquat carnē: z est medicamen optimū vlceribus difficilis consolidationis. Mēbra nutrimenti. Est desiccatiuum constrictiuum.

De iunipero. Cap.cclxx.

i Iuniperus quid est. Est cupressus silvestris z eius quidem: alia est parua: alia magna. Et h arbor multiplicat in terris romanorū z in occidente z assumunt ex ea ligna ad fabricas magnas. Nā. Est declinans ad caliditatē z siccitatē: z semen eius est calīm in primo siccum in scdo. Opa. z pprie. Est calefactiua subtiliatiua carminatiua z in fructu eius cum hoc est stipticitas z non est in ipsa stipticitas in reliqs ptibus arboris eius. Iunctura iuncturarum. Est bona attritioni lacertor. Mēbra anhe. z pec. Est bona doloribus pectoris z tussi. Mēbra nutri. Mūdificat z apit opilatōes in eis: z est bona stō bibita z ad insfōne i ipso. Mēbra expul. Prouocat ambo z est bona sfocationi nificis z doloribus eius. Uenena. Expellit nocumentū puncture vermium venenosorum z suffumigatio ex qualibet earum z ex qualibet parte arboris eius facta effugat vermes venenosos.

De iuiubis. Cap.cclxxi.

i Iiube. Electio. Meliores sūt maiores earum. Nā. Frigide sunt in primo equales in siccitate z humiditate: z sunt declinantes parū ad humiditatē. Opa. z pprie. Confert acuitati sanguinis cali: z existimo q illud est ppterea q ingrossant sanguinē z viscosū faciunt ipm. z illorum existimatio qui putant q ipse clarificē sanguinē z lauent eū est existimatio corrupta ad quā ego non declino: z nutrimētū earū z digō sunt difficilia. z sermo qdē in eis bonus est ille quē dixit Gal. Non reperi iuiubas in pseruanda sanitate z remouenda egritudine aliqd operantes. sed reperi eas difficilis digōnis z pauci nutrimenti. Mē. anheli. z pec. Conferunt pectori z pulmoni. Mē. nutri. Sūt male stō difficilis digōnis. Mēbra expul. Existimāt quidam q conferunt dolori renum z vesice.

De interfectore adib. Cap.cclxxii.

i Interfector adib. Opa. z pprieta. Uirtus eius est virtus strangulatoris leopardi nisi quia eius proprietas in adib est.

De interfectore canis. Cap.cclxxiii.

i Interfector canis. Mēbra capitis. Facit accidere fluxum sanguinis narium. Mēbra anhe. z pecto. Facit accidere sputū sanguinis. Uenena. Interficit canes velociter: z facit euenire in hominibus fluxū san. narū z sputum sanguinis.

Capitulum de littera.K.

De karabe. Cap.cclxxiiii.

k Karabe quid est. Gūma sicut sandaraca tendens ad citrinitatē z albedinem z punctatez. z qnqz declinat ad rubedinē que attrahit paleas. z fracturas plantarū ad se. z pp hoc noiat karabe scz rapiens paleas psice. Et ipsa qdem cōposita est ex aqueitate tepida z terreitate iam subtiliata. z est gūma arboris q dr nux romana que est cposita ex terreitate subtili z aqueitate sicca. Nā. Est cala parū sicca in scdo. Opa. z p. Est restrictiua z pprie sanguinis cuiuscūqz loci fuerit: z eius virtus est silis virtuti floris sue arboris. s. floris nucis: sed est frigidior. Apata z borbor. Dixerunt qdaz q suspendit sup apata cala z confert eis. Mēbra capitis. Retinet fluxum sanguinis nariū z descendentis a capite ad pulmonē. Mēbra anhe. z pec. Karabe confert tremori cordis cū bibit ex eo medietas aur. cum aqua frā: z phibet sputum sanguinis valde. Mēbra nutri. Retinet vomitum z prohibet māo malas a stō: z cum masti ce cōfortat stōm. Membra expulsionis. Retinet fluxum sanguinis ex matrice z ano z fluxum ventris z confert tenasmoni.

De karmezulz. Cap.cclxxv.

k Karmezulz quid est. Est fructus tamarisci de quo iaz locuti fuimus in capitulo de tamarisco. Natura. Est frigidus in primo siccus in scdo.

De kasele. Cap.cclxxvi.

k Kasele quid est. Est lignum sicut rubea qd nigredo cooperit. Natura. Est calm z humidū in termino primi. Opa. z pprie. Est glutinatiuū z frangit virtutē medicinarum acutarum sicut gummi. Decoratio. Est impinguatiuum.

De kemelio. Cap.cclxxvii.

k Kemelium quid est. Est spēs mezerion nigra mortifera: z est etiam notum nomine bamelium. z nos quidē iam diximus ipm i caplo de ba.

De kebikengi. Cap.cclxxviii.

k Kebikengi quid est. Eius spēs sunt quattuor. dixit Dia. vna spēs eius ē cuius folia sunt silia folijs coriandri z sed sunt latiora folijs eius ad albedinem declināns. z flos eius est citrinus: z qnqz est purpureus cuius longitudo peruenit vsqz ad duos cubitos. z eius radix est non grossa. z ipsius radix est alba. z habet virgulta silia virgultis ellebori. z oritur in ipsis cursus aquar. z est species eius alia fortius cinerina qz illa. longiorē hñs radice folia hñs regulata q noiat lupinus siluestris. z ē alia parua valde aurei coloris z qrta est silis tertie. verūtū flos eius est albus lacteus. Natura. Est calida z sicca in tertio. Operationes z proprietates. Omnes sunt cale acute vlceratiue abstersiue excoriatiue mor

dicatiue cutis facientes pruritum. Decoratio. Folia ⁊ stipes eius anteq̄ deficcent eradicant albaras ⁊ albedinem vnguium. Apata ⁊ bothor. Eradicat scabiem ⁊ sanat verucas ⁊ que sunt vt claui ⁊ glandulas pēdentes quibus nocet frigus. Ulnera ⁊ vlcera. Decoquitur ⁊ embrocaƭ sasat cum aqua eius tepida ⁊ ꝯfert. Mēbra oculi. Eius radices sunt excitantes sternutationibus fortibus. ⁊ qȯ ex eis tritum est confert percussionibus dentium.

¶ De lelzengi. Cap. ccclxxix.

b Elzengi quid est. Uirtus eius est ꝓ xima virtuti vue lupine. ⁊ ꝓpter virtus fokorum eius. Natura. Est frigida ⁊ sicca ad scd̄m ꝑueniens. Ulnera ⁊ vlcera. Suo succo ꝯseruat vlcera ⁊ delet duritiem fistularū ⁊ vlcera auris antiqua. Mē. anh. ⁊ pec. Cōfert asmati ⁊ tisim ⁊ difficultati anhelit⁹. Mē. nu. Cōfert icterrine. Mēbra expul. Confert vlceribus viarum vrine.

¶ De lenlzegred. Cap. ccclxxx.

b Enlzegred quid est. Est gūma alcorsos. ⁊ iam dictuz est de eo q̄ est lzurlzer. Natura. Est calidum ⁊ siccuz in secundo.

¶ De lausberlzusti. Cap. ccclxxxi.

b Ausberlzusti quid est. Est filis folijs inuolutis adinuicem quorū numerus fm̄ plin̄ est. v. ⁊ inuoluunƭ super radicem vnaz. ⁊ eius color ad nigredinem declinans ⁊ citrinitatē: ⁊ non hꝫ plurimuz saporē: ⁊ dixerunt qdaz q̄ est albarselzar. Alij vero dixerunt q̄ virtus eius est sicut virtus albarselzar ⁊ hoc est sanius. Nā. Est calidus ⁊ siccus in scd̄o. Opa. ⁊ ꝓprie. Est subtilis.

¶ De lalldaru. Cap. ccclxxxij.

b Ildaru quid est. Est asaraxi: ⁊ nos qdem loquemur de ipso in sequentibus in capitulo de sin.

¶ De lzemescir. Cap. ccclxxxiij.

b Emescir quid est. Est in dispōnibus alieusir: sed ipsum est fortius plurimum. Natura. Est calidum ⁊ siccum in tertio virtuose. Opa. ⁊ ꝑ. Est liquefactiuum resolutiuum. Membra expulsionis. Prouocat vrinā ⁊ menstrua ⁊ eijcit fetum virtuose: ⁊ virtus eius in hoc comparē nō hꝫ: ⁊ neq̄ hꝫ ꝯparē in soluēdo aq̊sitatē.

¶ De lzormudenen. Cap. ccclxxxiiij.

b Ormudenen quid est. Est granum qȯ medici laudant. Membra expulsionis. Prouocat vrinam ⁊ menstrua: ⁊ calefacit vuluam valde: ⁊ soluit saniem ⁊ aquam.

¶ De lzeuzauguen. Cap. ccclxxxv.

b Euzauguen quid est. Est nomē herbe. ⁊ existimo q̄ lzeuzauguen est lingua bouis persice. Membra anhelitus ⁊ pectoris. Proprietas eius est lenificare ⁊ raucedinem remouere.

¶ De lzaron. Cap. ccclxxxvi.

b Aron quid est. Est lignuz indum cuius allatio ad terram nostram multiplicatur. nō ergo elongatur quin sit almugat indum. Instrumenta iunctararum. Est magni iuuamēti in negocio fracture ⁊ torsionis ⁊ dislocationis.

¶ De lzeisim. Cap. ccclxxxvij.

b Eisim. Natura. Semen ⁊ radix ei⁹ calefactiua sunt. Est semen ipsius est calefactiuū ⁊ exiccatiuū i scd̄o. Ope. ⁊ proprietates. Expellit ventositates ⁊ aperit. Membra nutrimenti. Est maturatiuum digestiuum: resolutiuum ventositatis precipue in stō ⁊ confortat ipsum. Membra expulsionis. Pondus. ʒ. i. ex eo solutione educit vermes ⁊ ascarides ⁊ ꝓuocat menstrua virtuose scilicet semen eius. Uenena. Cōfert puncture vermium venenosorum.

¶ De lzuylzenden. Cap. ccclxxxviij.

b Alzenden quid est. Est ros leuis sicut albusinati lusbca: ⁊ in ralzia nominatur stercus colūbaruz: ⁊ in baldach: ⁊ in egypto noiaƭ lzendē. Electio. Que ex ea melior est barbarica est: sed ralzia est debilis. Natura. Est calida ⁊ humida in primo ⁊ dr̄ q̄ infrigidat parūp: sed non est firmatum. Opa. ⁊ ꝓprie. Exiccat ⁊ ipsa est extinctio: ⁊ dixerunt quidam q̄ ipsa incidit sanguinē: ⁊ ex ꝓprietatibus qdem eius est q̄ assumuntur. x. li. mellis. ⁊. xx. li. aque. ⁊ i. li. eius ex ea ⁊ concutiunƭ bene ⁊ cooperiƭ os vasis ⁊ fit vinum satum. Decoratio. Impinguat. Membra expul. Augmentum efficit in coitu.

¶ De lzebenzlzesens. Cap. ccclxxxix.

b Ebenzlzesens quid est. Quidaz de genere tuberum solidum adunatuz in magnitudine testiculi. verūtū est verucatum habens verucas profundas qȯ nascitur in arena sicut nascuntur tubera ⁊ fungi: suaue valde: qȯ in nostra terra multiplicatur in locis que sunt vltra fluuium: ⁊ in corascem etiam: ⁊ nos quidem nō audiuimus ab aliquo vnq̄ q̄ tm̄ inferat nocumentuz quātum fungi ⁊ vbera. Cūq̄ ipsorum sapor tuberum sapori comparatur. est parūp declinans ad dulcedinem. Natura. Habet frigiditatē maiorem frigiditate reliquorum tuberū ⁊ fungorum: ⁊ neq̄ est vacuum ab humiditate extranea cum siccitate substantie. Operationes ⁊ proprietates. Est exanguens grossum.

¶ De lzerfe aromaticum. Cap. cccxc.

b Erfe aromaticum quid est. Est cortex grossus colorem habens purpureum quod habet saporez gariofili absq̄ dulcedine cinamomi: q̄uis si

¶ De longo pipere. Cap. cccc.

Longū pip qd ē. Res pue sūt digiti i figura floris salicis q cecidit: sed ips ē minus τ ē dur solidū: τ sapor ei⁹ i acuitate p'xim⁹ ē sapori pipis τ ē p'mus fructus pipis: q̄pp ē hūidus τ cōcedit: ut n̄ mordicat i p'mis gustu. Electio. Bonū ē illud qd nō ē fractū: τ nō dissoluit i aq̄ tepida ēt si i ipsa remaneat tota die. τ ē sile pipi in sapore suo. Nā. Cal ē in 3°: sicc i scdo. O pa. τ p. Est resolutiuum τ remouet egritudines frās. Mē. ocu. Cū aq̄ epatis capni assati confert pāno oculi. Mē. nutri. Digerit τ facit appetitum τ ɔfortat stōm. Mēbra expulsionis. In spmate facit augmētū τ vз vt zinziber.

¶ De licio. Cap. cccci.

Liciū qd ē. Magis vicēs fm existimanonē ē qd indū est: τ ē succus alpheluzaharagi: τ falsificat ita q lauet p bos medicos: τ illd fit cū succo alzerese: coqtur. n. i aq̄ donec coaguletur τ vi' ei' ē ppinq̄ sube ignee subtilis τ terree fride. Qd aūt d mecha ē. ē res artificialis. Electio. Indū ē fortius qz illud d mecha i re capillor τ ɔfortatiōe cor τ illd de mecha i apāribus ē fortius. Nā. Est tpatū i calitate τ friditate: τ siccū in scdo. O pa. τ ppie. In ido est resolo τ stipticitas pua. τ ɔfert oi fluxui sanguis. τ eius resolo ē plima stipticitate ipsius τ est in scdo. in resolutione. τ est stipticitas eius minor exiccatione ipsius: τ i ipso est virtus subtilis. Decoratio. Rubificat capillos τ cōfortat os τ pprie indum τ sanat pānum τ ɔfert omne liciū panaritio. Apata τ bo. Cōfert apātibus fluxis τ fornice. Vulnera τ vlcera. Cōfert vtrūq vlceribus fraudulentis. Iustra iuncturarū. Cōstringit hec membra. Mēbra ca. Indū ɔfert fluxui sanie ab aure τ vlceribus eius: τ cum eo tangit palatū pp'ter alcola τ sanatur τ vlcera gingue. τ egritudines eius curat. Membra ocu. Cōfert obthalmie τ abstergit cornea τ remouet pānū eius τ sanat scabiē oculi. Mēbra anhe. τ pec. Indū in potu dat ad sputum sanguis τ ad tussim. Mēbra nutri. Bibitur indū τ phibet ictericiā nigrā τ splenē: τ silr liciū τ ipsius arbor operat illud τ confert fluxui stomatico. Mēbra expul. Confert fissure τ bibitur aut supponitur soloni antique τ ei q̄ est ex debilitate stōi τ dissinterie. τ puocat mēstrua τ eius fructus recēs soluēdo educit flegma aquosum τ ɔfert vlceribus ani τ prohibet sciancā τ ɔfert emorroidib⁹. Venena. Eius fructus confert perniciosis. τ indum datur in potu ad morsuz canis rabiosi. Permutatio. Loco eius feluzaharagi equale pondus. τ aggregatis faufel τ sandalo equaliter equale pondus ipsius.

¶ De lacerto. Cap. ccccij.

Lacertus qd est. Est athab τ eius nā vicina est nature stellionis: sed ē melius stellione pp'ter illud quo nutritur. Membra oculi. Eius stercus albuginē τ pruritum confert τ acuit visum.

¶ De limacia. Cap. ccccij.

Limacia qd est. Est ex summa ostracor. O pationes τ pprietates. Extinguit sanguinem. Membra ocu. Eius stercus adustū ɔfert vlceribus oculi.

¶ De lapide iudaico. Cap. cccciij.

Lapis iudaicus qd est. Est lapis sicut nux parua ad longitudinē paucam declinans, p'ximus figure amigdale aut dactuli quē secāt linee i suis extremitatibus. τ linee alie latitudines ei equidistātes q̄re se secāt τ remanēt ex eis sic squāme pue lucide. Mē. nu. Debilitat stōm τ nō ɔuēit ei τ deijcit appetitū. Mē. ex. Cōfert lapidi renū τ ex bibit ipm τ pond eius fit decem anulusat cū aq̄ calida. Et dixerūt quidā q ipse confert lapidi vesice. sed non est ita. τ ipse ē ex eis que abscindunt sanguinem ani.

¶ De lapide vesice. Cap. ccccv.

Lapis vesice. Mēbra expulsio. Dicitur q ipse frangit lapidem renū τ vesice. G. vo dixit q nihil hor ē.

¶ De lapide spōgie. Cap. ccccvi.

Lapis spongie quid est. Est lapis inuentus in corpore spōgie. Mēbra. expul. Frangit lapidem renum.

¶ De lapide lacteo. Cap. ccccvij.

Lapis lacteus qd ē. Cū iste lapis fricat cū aq̄ egredit ex eo qdā qd est sic lac. h qdē lapis est cinericij coloris dulcis saporis. τ terit cū aq̄ τ seruat qd resoluet ex eo in pyride plūbi. Nā. Est tpatus. Apata τ bothor. Confert initio apatum calidorum. sed nō peruenit ad hoc vt tale iuuamētum conferat apud statum ipsorum: quo cōsequatur sanitas. Mēbra oculi. Ex fricatione eius cū aq̄ fit alcofol τ phibet cursum superfluitatū ad oculū: τ vlcera accidentia in ipso.

¶ De lapide molari. Cap. ccccviij.

Lapis molaris. Apata τ bothor. Vapor aceti ab eo prohibet fluxum sanguinis τ apostemata calida.

¶ De lapide i q̄ acuit. Cap. ccccix.

Lapis in quo acuitur. Decoratio. Fricatio eius super māmillam τ testiculum ponatur vt non magnificentur. Apostemata τ bothor. Fricatio eius bona est apātibus mānulle calidis.

¶ De lapide alagi. Cap. ccccx.

Lapis alagi. O patio. τ ppie. Exiccat τ abstergit τ retinet sanguinē. Vulnera τ vlce. Prohibet fluxum sanguis ex vulneribus τ vlceribus.

¶ De lapide allzali. Cap.cccccxi.

Lapis allzali qd est. Est lapis q hēt
l fricationē suḡ fine dulcedis. vez est
sic lapis lacte⁹ i oib⁹ suis opanōib⁹.
Nā. In ipso est caliditas quedam
z habet virtutem alscedenigi.

¶ De lapide lune. Cap.cccccxij.

Lapis lune qd ē. Ipse vr splēdoz lu
l ne z īuenit apud augmētū lune: z
īuenit i terra arabū lenis. O pa. z
p. Suspēdit fz q vr sup arborem
z fructificat. Membra capitis. Sanat epile
psiam z suspenditur super epilepticū qui fm
terminū assumitur ab ea.

¶ De lapide femeiro. Cap.cccccxiij.

Lapis femeitus quid est. Iste lapis
l in operationibus suis est sicut cma
thites: sed est minor.

¶ De lapide nigroz. Cap.cccccxiiij.

Lapis nigroz qd est. Lapis q ōfer
l tur ex nigris declināo ad citrinitatē
fricat z egredit ex eo fricatio mor
dicās linguā filis lacti. Mēbra ocu
li. Mundificat pannū oculi cum non est cuz
apostemate z obthalmia: cōfert vestigijs vlce
rum in eo z eradicat vngulam lenem.

¶ De lapide afrogion. cccccxv.
l Lapis afrogion. O pa. z proprieta.
Exiccat cum stipticitate z mordica
tione z resolutione.

¶ De lapide serpentis. Cap.cccccxvi.

Lapis spētis. Mē.ex. Df q ipse
l frāgit lapidē i vesica. sz Gal. negat il
lud. Venena. Df q ipse ɔfert sua
suppōne morsui serpentis. Inquit
Gal. Retulit illud quidā homo verax.

¶ De lapide q extiguit i olo. Cap.cccccxvij.

Lapis q extinguit in oleo. O pa. z
l z pprie. Lapis iste extinguit oleo
z inflāmatur aq̄. Venena. Ex lapi
de isto fugiūt Ȟmes venenosi.

¶ De lapide aneseb. Cap.cccccxviij.

Lapis aneseb. Mē. nutri. Est iuua
l tiuus stō valde. Et. G. qdē dixit q
qū fit ex eo suspēsoriū egdistās stō
z suspēditur ɔfert meri z stō.

¶ De lapide alesclirsa. Cap.cccccxix.

Lapis alesclirsa. Mēbra pectoris.
l Cōfert apostematibus z vlceribus
que sunt in vua valde.

¶ De lapide armeno. Cap.cccccxx.

Lapis armenus qd ē. In ipso ē ali
l quātulū azuli coloris. nō tñ ē in eo
loze azuli: z nō ē in eius soliditate.
sed ē in eo arenositas q̄dam z qūqs
vtunt eo tinctores z pictores loco azuli z ē le
uis tactus. Mēbra nutri. Est malus stō. z il
le qui est ablutus nō facit nauseā: z i dispōib⁹
est malus stō. Mem. expul. Soluēdo educit
meliam fortius q̄ lapis azuli. z iā ɔtēti sūt eo
z dimittūt ellebor nigrū pp illud qđ inueni
unt in eo ad egritudines melancolicas.

¶ De luto sigillato. Cap.cccccxxi.

Lutū sigillatū qd est. Hoc lutū affer
l tur de terio rubeo q noiat lacuna. z
nō noiat lacuna: nisi q: ipsa ē terra
plana, pfunda in q̄ nō est herba ois
neqz lapis. z iā retulit mihi qdā ppter ore q
vidit eam. hoc aūt lutū vr lutū diuinū. z illud
ideo. qm pmus qui ipm accepit fuit mulier dīna
in diebus. f. pteritis: z ipm qdē vr magra di
uina: qm ipm vere est magra. quā diuina que
noiabat bartamise accipiebat z ad ciuitatem
deferebat z ponebat in aq̄ z fiebat sicut puls z
dimittebat ipsam post motionē fortē qēscere
donec residebat: z effundebat ab ea illā aquā
z accipiebat rē grossā z pijciebat eā. z vtebat
qđ ex ea pingue erat z viscosum: z faciebat ex
eo lutū sic cera. ¶ Apud Dia. vo ē lutū spe
ciee illius loci ɔfectū cum sanguine hircoz. z
ipz qdē qūqs adulterat: ita vt penitus non co
gnoscat. Electio. Melius ē illud qđ nō hēt
odorē nisi odorē aluminis z retinet sanguinē
cū currit ex ore z annectit lingue. z pēdet ex
ea. O pa. z p. Inqt Paulus. Nō ē medicia
magis abscindēs sanguinē q̄ ipm. z ē fortius
q̄ lutū lcemus ita q mēbra non tolerāt fort
tudinē eius cū hūt apa calm ppter tenera. imo
sentiūt ex eo aspitatē quādā z ē ifridatiuū glu
tinosum. Apata z bo. Cōfert in pncipio apa
tū calidoz. Vulnera z vlcera. Cōsolidat vul
nera recētia z vlcera difficilia z phibet vlcera
tiones adustionis z sanat vlcerationem eius.
Instr a iunctu. Cōseruat mēbra apud casum
z restaurat z prohibet effusionē materiez ad
manus z pedes z phibet corrosionē. Mem.
capitis. Prohibet catarrum z phibet cur
sum oris z gingiue. Mēbra anhe. z pec. Con
seruat viscera apud casum z ɔfert extenuatiōi.
z etiā sputo sanguinis. propterea q exiccat vl
cus pulmonis. Membra expulsionis. Con
fert rasure intestinorum maligne bibitū z cly
sterizatū z proprie post clysterizationem cum
hydromelle declini ad puritatez. deinde aqua
salis. Venena. Resistit veneno z morsib⁹ bi
bitum cum vino. z linitum cum aceto. Et qđ
ex eo purum est cum bibitur: non cessat face
re nauseam z facit venenum vomitu exire. z
proprie cum ante ipsum bibit. ¶ Inqt Gal.
medicamen gargarismatis factus ex eo exper
tus sum in lepore marino z cātaridib⁹. z inueni
ipsum vomitu educens ea statum. z iam qdeq
expertus fui ipm in morsu canis rabiosi cum
vino: z liniui ipsum super morsum vipere cū
aceto: z posui super ipsum post linimentus fo
lia scordeon aut centauram.

¶ De luto absolute. Cap.cccc.xxij.

Lutū absolute. Nā. Lutū oē ifrigidatiuū ē. Opōnes ꝛ p. Est desiccatiuū abstersiuū. ꝛ lutuz qdē calim terre solaris ē desiccatiuū corporis laxoꝝ absqꝫ mordicatione pp suā glutinositatē: ꝛ cū ei non admiscet nisi adustū qḋ est sicut testa ꝛ pictes adusti in sole: tūc in ipso est virtus resolutiua. q si vice alia lauet: fit desiccatiuum cū eqlitate i calitate ꝛ friditate subtile. Decoratio. Cōstringit carnē laxā. Apa. ꝛ bo. In cerato ponit sup scrofulas ꝛ duricies. Membra nutrimenti. Ex luto terre solaris liniuntur hydropisi ꝛ splenetici ꝛ iuuantur manifeste ꝛ sanat carnem multotiens.

¶ De luto armeno. Cap.cccc.xxiij.

Lutū armenū qd est. Est lutū rubeū ꝺclinās ad cineritiū notū ꝛ alenū est ei ꝓpinquū in opatione. Nā. Frigidū ē in pͦ siccum in scḋo. Opa. ꝛ pro. Retinet sanguinē: qm̄ eius exiccatio est i vltio. Apata. ꝛ bo. Cōfert apatibus pestilētialibus bibitū ꝛ linitū ꝛ ꝓhibet ambulationē putredinis mēbroꝝ. Vul. ꝛ vl. Mirabile est in re vulnerū. Mē. ca. Prohibet catarrū ꝛ confert colla. Mēbra anhe. ꝛ pe. Est bonū sputo sanguis ꝛ ptisim ꝓhibet ꝓpterea qꝛ exiccat vlcus pulmōis: ꝛ est cura stricture anhelitus et catarrus. Mēbra expul. Est bonū vlcerib' intestinoꝝ ꝛ solōni. ꝛ fluxui sanguinis mēstruo. Febres. Cōfert febribus ethicis ꝛ pestilētialibus ꝓpe. ꝛ plēs qdē iā sanati sunt ex pestilētia magna pp ꝯsuetudinē bibēdi ipm in vino subtili. ꝛ si bibitur in febre pestilentie necessarium est vt vinum perducat ipsum ad cor: ꝛ misceatur vinum illud cum aqua rosacea.

¶ De luto samio. Cap.cccc.xxiiij.

Lutū samiuz qd est. Inqt Gal. nos vtimur eo ex hoc ꝙ noiat stella samia. Ego aūt dico ꝙ hoib' vr ꝙ illud sit tall:: veꝝ de tallaiaz dixerunt verdici ꝙ ipz inenit i terra grecoꝝ in isula cypri. Opa. ꝛ p. Lutū samiū. dixit. G. eē sicut sigillatū i retētione sanguīs ꝛ reb' alijs ꝛ est plus ris acritatis ꝙ̄ sigillatū. Quapropter ē leui'. imo est vehemētis leuitatis. ꝛ ē tenacius ꝛ viscosius ꝙ̄ sigillatū: ſꝫ sigillatū ē forti' eo. Nā. Hoc est viscosum tenax glutinatiuū nō idigēs ablutione ꝛ infrāᵗio est pua. ꝛ sedatio plurima. Apata ꝛ bo. Prohibet apata cala in iceptiōe: ꝛ bothor vehemētius ꝙ̄ reliqua luta: ꝛ cōfert apātibus mamillaꝝ: ꝛ si infundat nō sentit in eo aspiras calefaciens sicut sentit ex sigillato. Vulne. ꝛ vlce. Et pp vehemētiaz sue tenacitatis nō ꝯfert vlcerib' adustionis ignis sicut sigillatū. Inst̄ra iunctu. Cōfert in pncipio podagre linitū. Membra capitis. Confert apostematib' que sunt post aures. Membra expulsi.

Confert eruptiōi sanguinis a matrice. ꝛ egressioni sanguinis cum egestione.

¶ De luto qḋ comeditur. Cap.cccc.xxv.

Lutū qḋ comedit. Opa. ꝛ pro. Est opilatiuū corruptiuū cōplōnis. veꝝ ipm ꝯfortat os stōi: ꝛ delet eleuationē cibi: ꝛ cū hoc ego nō diligo vt administret. ꝛ hꝫ ꝓprietatē in ꝓhibēdo vomitū. Qḋ aūt in ipso dr̄ de bonitate anhelit' est fm cōparationē desiderātiū ipsum ꝛ delectātium in ipso propter illud quod accidit de gaudio per acquisitionem eius quod desiderat.

¶ De luto terre masticis. Cap.cccc.xxvi.

Lutum terre masticis. Opa. ꝛ p. Est abstersiuum lauatiuum generatiuuz carnis.

¶ De luto cretico. Cap.cccc.xxvij.

Lutū creticū. Opa. ꝛ p. Est plime acritatis. ꝛ ē sicut religs lutis ꝑdictis veꝝ ē debili' religs ꝛ abstergit absqꝫ mordicatione ꝛ debilitate sensus. Mēbra oculi. Confert vlceribus eorum ꝛ inflationi eoꝝ. Membra expul. Alleuiat parturitionez fm ꝙ dr̄. ꝛ ꝯseruat pregnantes suspensuz super eas.

¶ De luto lamolea. Cap.cccc.xxviij.

Lutū lamolea. Opa. ꝛ p. Qḋ de eo puꝝ ē plimi cristit iuuamēti. ꝛ in ipso est infrigidatio ꝛ resolō. ſꝫ cuꝫ lauat destruit eius resolō. Apata. ꝛ bo. Cū aceto ponit sup apata que sub stomaco sunt. Vulnera ꝛ vlcera. Prohibet uitiuz adustionis ab vlceratione.

¶ De luto vitis. Cap.cccc.xxix.

Lutum vitis. Operatiōes ꝛ proprie. Exiccat nō lōge a mordicatione ꝛ i ipso est aliquantulū resolutionis.

¶ De luto magra. Cap.cccc.xxx.

Lutū magra. Electio. Meli' ē baldagdū purū nō pmixtū: brunū ꝺclinās ad rubedinem: ꝛ illud est qḋ dr̄ psice culsara. Opa. ꝛ ꝓprie. Existimauit paulus ꝙ ipm est in operationib' stipticitatis ꝛ exiccationis melius ꝙ̄ sigillatuz. Vulnera ꝛ vlcera. Cōsolidat vlcera. Mēbra expulsi. Interficit vermes ꝛ sorbetur super oua sorbilia. ꝛ retinet nām ꝛ cōfert valde.

¶ De lacticinio. Cap.cccc.xxxi.

Lacticiniū qd est. Est ois plāta que lac acutū solutiuū icisiuū adustiuuz habet. ex eoꝝ ᵗ famosa sunt septem alhasir: ꝛ alscebrā ꝛ alcibe ꝛ hartanite almemethena ꝛ alinezerion ꝛ pentaphilō qḋ est būs folia qnqꝫ: oia vo sunt mortifera. Plima vo intētio in eis est in lacte ipsoꝝ.

¶ Et inueniunt quidez lacticinioꝝ spēs que sunt ꝑter hec famosa sicut quedā spēs auricule muris. ꝛ quedā species volubilis ꝛ portulaca agrestis ꝛ reliqua: lac aūt lacticinij absolute ē

quia ipsum est subtile et profundatur resolutiuum et mundificat corruptionem corrodentem carnem et attractiuum attrahit enim materiam bonam ad pilos. verum ipsum non valet conferre caluicieri cum incipit et casui pilorum cum apparet cutis et fluxui capillorum et non peruenit ad hoc ut sanet alopitiam: quia materia alopitie non resoluitur nisi uirtute que est supra uirtutem resolutionis eius et uirtute subtili ore magis vacua stipticitate eius. Vulnera et vlcera. In cathagenis laudanum consolidat vlcera dure consolidationis. Membra capitis. Distillatur cum oleo ro. in aurem dolorosam et ingreditur in medicinis soda et pulsationis. Membra anhe. et pec. Confert tussi. Membra expul. Resoluit apata matricis suppositum in pessario. et extrahit fetum mortuum et secundinam suffumigatione facta ex eo in trasectorio: et cum bibitur cum vino antiquo constringit ventrem et prouocat vrinam.

De lubue. Cap. ccccxxxiij.

Lubue quid est. Est arbor figie. Arbor lubue est magna cuius folia et lignum sunt silia arbori cydoniorum et habet fructum albm silem galle. et in ipso est granum pingue: et illud quod est in ipsa est melius ex quo exprimitur oleum et cortex huius arboris est storax sicca: et eius aqua accipitur cum inciditur ita ut exeat et est mel lubue: et illud quod egreditur ex granis eius dicitur faeces storacis sicce. et gumma eius est storax heremitarum. et est gumma alba. Quid est lubue est storax: et dicitur illa que liquida est mel al lubule et storax: et est lachryma arboris que est sicut cydoniorum. Et nos quidem iam diximus in capitulo storacis illud quod diximus. et nos reiteramus sermonem illum: quamuis in eo sit iteratio. et iam dicitur quod est oleum arboris alterius romane. Electio. Melior species storacis est illa liquida per seipsam currens mellina gummosa boni odoris perueniens ad citrinitatem et non est nigra fur furea. Et quandoque inuenitur de ea liquida silis sanici. et quandoque adulteratur cum oliuis et melle: proijcitur enim in eis in sole. Deinde exprimitur. Na. Calida est in primo sicca in secundo. Operationes et proprietates. Inest ei virtus maturatiua lenitiua valde calefactiua resolutiua: et eius fumus est similis fumo olibani. et in ipso est stupefactio nature: et eius oleum quod ex ea fit viscera lenificat fortiter: et eius fumus est sicut fumus olibani. Apata et bothor. Confert duritijs in carne et linitur super bothor humidum et sic cum cum oleis. Vulnera et vlcera. Linitur super scabiem siccam et humidam et est epithima bonum super ea. Instrumenta iuncturarum. Confortat membra et prohibet spasmum et contractionem iuncturarum bibita et linita et ponitur in oleis laxitudinis. Membra capitis. Retinet quod ex ea humidum est et quod ex ea siccum est catarrum suffumigatum et ad coryzam est vltima et in ipsa est virtus faciens subeti et precipue in oleo eius. Membra anhelitus et pectoris. Confert tussi antique et flegmati et dolori gutturis et clarificat vocem arteriaci cum lenitate vehementi. Membra nutrimenti. Digerit. Membra expulsionis. Lenit subtiliter et prouocat vrinam: et prouocat menstrua conuenienter bibita et supposita et lenit duritiem matricis: et quod ex ea siccum est stringit ventrem: et cum ex storace liquida bibitur aure. cum equali pondere de gumma amigdalarum soluit flegma viscosum absque impedimento. Permutatio. Loco eius ponitur equali pondere castorei et duplum eius de oleo sisamino.

De lacca. Cap. ccccxxxiiij.

Lacca quid est. Dixerunt quidam de quibus est Paulus est gumma herbe silis myrthe boni odoris: et opus quidem vt administretur cum cautela. Alij vero errauerunt et dixerunt hoc est karabe. Et dixerunt quidam quod non est lacca verum lacca in plerisque proprietatibus est in virtute karabe. Decoratio. Est extenuatiua virtute vehementi. Membra anhelitus et pectoris. Confert tremori cordis. Membra nutrimenti. Confert epati et confortat ipsum. et confert icterinie et hydropisi et doloribus epatis.

De lehibach. Cap. ccccxxxv.

Lehibach quid est. Est arbor rara habens rosas boni odoris parum quam apes pascunt: et dicitur quod sit arbor que nominatur farrara quamuis illud non vere scio. Et eius quidem virtus est propomonalis passio. verumtamen est debilior ipso et est lacticinium. Natura. Est calida in secundo. Et dicitur quod est calida et sicca vsque ad quartum. Operationes et proprietates. Cum proijcitur ex lacte eius in gurgite piscium aliquid super aquam eleuat eos. Membra nutri. Facit virtuose vomere. Membra expulsionis. Soluendo educit aquam.

De lubabat barbarica. Cap. ccccxxxvi.

Iubabat barbarica quid est. Dicit quidam quod est sicut est hermodactuli et affertur de partibus aphrice et adulterantur cum eo hermodactili. Natura calidum est et siccum in secundo. Membra expulsionis mouet coitum.

De lingua auis. Cap. ccccxxxvij.

Lingua auis. Natura. Est calida in tertio humida in primo. Operationes et proprietates. Est in folijs eius constrictio et mundificatio et vis consolidandi. Vulnera et vlcera. Folia eius consolidant et vlcera humida carne replent. Instrumenta iuncturarum. Cortices eius cum aceto super constrictionem lacertorum positi. Conferunt. Membra pectoris. Confert tremori cordis. Membra expulsionis. Addit in coitu. Permutatio. Loco

eius in mouendo coitum ponit̄ eq̄le pōdus de
nuce excorticata ꝛ pōdus eius d tuberi rubeo

¶ De lingua bouis. Cap.cccxxxviij.

Lingua bouis qd ē. Herba lata hn̄s
l folia sicut almau ꝛ cāna eius est ple-
na ꝛ cāne rami eius sunt sicut pedes
locustaꝝ ꝛ color eius est ex viridi ꝛ ci
trino. Electio. Op3 vt admistret̄ illa est co-
rasceni grossa hn̄s folia sup quoꝝ faciem sunt
puncta que sunt radices spinaꝝ ꝛ piloꝝ exeū-
tiu3 ab ea. Que aūt in hac terra repent̄ ꝛ qua
vtuntur medici plimū eius est genus almaru.
ꝛ non est lingua bouis: ꝛ neq3 confert vt iuua
mentum illius est. Nā. Proxima est equa-
litati in calore ad caliditatem enim declinat par
uam ꝛ est in fine primi in humiditate ꝛ ǭsicca
est: est minoris humiditatis. Et dixerunt aliq
q est frā ꝛ humida in fine scdi. Sed illud est
longinquū. Opationes ꝛ ppꝛietates. Uirtus
eius que adusta est remouet alcula que sunt in
infantibus ꝛ sedat inflationem oris. ꝛ silr ipsa
met: sed ipsa est debilior. Mēbra anhelitus ꝛ
pectoris. Est lenitiua ꝯfortatiua cordis: bona
melie ex sollicitudine: ꝛ tremori cordis in vio
dispōnibus melicis. ꝛ qdam in potu eam tri-
buunt ad tremore3 cordis calm cū lini armeni
pōdere. ij. ʒ. ꝛ ꝯfert tussi ꝛ aspitati cāne ꝛ ppꝛie
cum coquit̄ cum hydromelle ꝛ zuccaro.

¶ De lingua arietis. Cap.cccxxxix.

Lingua arietis qd est. Est duoꝝ ge-
l nerum. sciꝫ parua ꝛ magna. Inquit
Dia. ipsa noiatur plium costarum ꝛ
h3. 7. costas. Et folia qdem magne
maiora sunt folijs parue. ꝛ eius suba est cōpo-
sita ex aqueitate ꝛ terreitate. ꝛ aqueitate qdem
infrāt. terreitate ꝯstringit. Electio. Eaꝝ ma-
gis iuuatiua est maior ꝛ fructus qde3 ꝛ radix
sunt ppinqui natura folijs. Uerum sunt magis
sicci ꝛ minus fri. Natura. Est radix eius sic-
cior ꝛ minus humida. ꝛ frigus eius est minus
stupefactiōe ipsius ꝛ siccitas eius est infra ip-
sius mordicationē: propter illud est vtilis ad
vlcera ꝛ est subtilis. ꝛ ppꝛie cū siccatur. Inqt
Gal. Est frā ꝛ sicca in tertio. Opōnes ꝛ pro
prietates. Folia ipsius sunt cōstrictiua reper-
cussiua cum aqueitate frā. ꝛ propter illud sunt
vincentia cursum sanguinis ꝛ siccitas eius nō
est mordicatiua ppter illud est iuuatiua ad cō
solidanda vlcera antiqua ꝛ recentia: ꝛ neq3 est
aliquid melius ea: ꝛ in ea est apertio ppter ab-
stersionem que est in ea. Sed ꝛ radix eius sus
penditur super collū habētis scrofulas. Apa
ta ꝛ bothor. Est bona apanbus calidis ꝛ adu
stiōi igni ꝑ formice ꝛ scef ꝛ herisipille ꝛ apa
tibus radicum auris ꝛ scrofulis. Uulnera ꝛ
vlcera. Est bona vlceribus fraudulētis ꝛ igni
persico ambulatiuo ꝛ vlceribus antiqs ꝛ vul-
neribus ꝓfundis ꝛ est sublimis vlr in his ca-
pitulis: ꝛ confert cū lāmolea ꝛ cerusa qñ poni
tur super herisipillam. Instrumenta iuncatu-
rarum. Fit ex ea emplim ad elephantiā ꝛ pro
hibet augmentū eius ꝛ ipsam detumescere fa-
cit. Mēbra capitis. Confert dolori auris ex
caliditate. ꝛ decoctio radicis ore ea colluto cō
fert dolori dentis: ꝛ pulmentū lentium in quo
ponitur ipsa loco sicle confert epilepsie: ꝛ qñ
distillatur succus folioꝝ eius in aurē illius qui
dolorem patitur auris sedat dolorem. ꝛ quan
do masticat̄ radix eius aut colluit̄ os ex succo
ipsius sedat dolorē dentiū: ꝛ similiter aqua fo
liorum eius sanat alcula. Mēbra oculi. Cō
fert obthalmie ꝛ dissoluunt̄ colliria obthalmie
cū succo eius ꝛ conferunt. Mēbra anhelitus
ꝛ pectoris. Semen eius confert sputo sangui
neo ꝛ pulmentū lentium in quo ponit̄ ipsa lo
co sicle confert asmati. Mēbra nu. Radix ꝛ
semen ꝛ folia ipsius sunt bona in cura opilatio
num epatis ꝛ renum: ꝛ ex ea quidem decoq-
tur pulmentū lentiu3 ꝛ ponit̄ in ipsa loco sicle
ꝛ ꝯfert hydropisi. Mēbra ex. Confert vlceri
bus intestinoꝝ ꝛ solōni aq̄se potus seminis eius
ꝛ dysterizatis cū succo ipsius fluxum sanguis
emorroydarum retinet ꝛ bibunt̄ folia eius cū
vino ad dolorem vesice ꝛ renū. Febres. Di
citur q confert febri triangule. s. tertiane. ꝛ q
op3 vt ad tertiam bibant̄ tres radices eius in
ʒ. iiij. ꝛ ß. vini cōmixti: ꝛ ad quartanam qua-
tuor radices eius similiter. Uenena. Ponit̄
cum sale super morsum canis rabiosi.

¶ De lingua. Cap.cccxl.

Lingua quid est. Substantia compo
l sita ex carne laxa in qua penetrant
vene ꝛ nerui ꝛ lacerti ꝛ humor eius
est humidus.

¶ De lucharidis. Cap.cccxli.

Lucharidis quid est. Est lapis egypti
l us quo fullones vtunt̄ in dealbatio
ne pānorum laxus: qui in aqua ve-
lociter soluit̄. Opōnes ꝛ pro. Est
glutinatiuus exiccatiuꝰ absq3 mordicatiōe sti
pticus ꝓhibens fluxum materierū ad mēbra.
Uulnera ꝛ vlcera. Est iuuatiuum vulnerum
ꝛ vlceru3 ꝛ ppꝛie in mēbris lenibus. Mēbra
oculi. Confert fistulis ꝛ ingredit̄ in medicis
vlcerū oculi. Mēbra anhe. ꝛ pec. Est bonus
sputo sanguinis. Membra expulsionis. Cō
fert solutioni antique ꝛ dolori vesice: ꝛ suppo-
nitur ad abscindendum fluxum sanguinis.

¶ De luf. Cap.cccxlij.

Luf quid est. Alia est plana: ꝛ alia est
l crispa sed crispa ē calidior ea que di
citur luf serpentis ꝛ plana. Et i pla-
na quidem est terreitas pluria. qua
propter minorat̄ eius abstersio ab abstersione
crispe ꝛ si ambe sint abstergentes. ¶ Inquit
Dia. Folia eius sunt similia folijs dragunteę
ꝛ minora

τ minora τ ꝑꝑ diuersitatē vestigiorum in eis τ radix eius est vnius palmi τ eius radix est: sicut radix medicine predicte. silis pistello mortarij τ fructus eius est citrinus. Crispa aūt est sicut oliua. Natura. Plana est calida in fine primi τ sicca. τ cripsa in fine scōi in calefactione: τ fortius qḋ est in ipsa est semen eius τ minus tiue qḋ est in ipsa est radix eius. Opa. τ proprie. Est aperitiua opilationū incisiua humorum grossorū viscorū cum equalitate τ in ipsa est abstersio. τ crispa qdez in oībus istis est fortior ꝗ̄ alie τ ꝓprie plana terrea. Decoratio. Radix crispe abstergit pānuz τ morpheam τ lentigines paruas τ magnas τ ꝓprie cū melle τ linitur cum vino sup fissuras frigoris. Apata τ bothor. Confert apatibus indigentibus abstersione. Vulnera τ vlcera. Permiscet radix eius τ ꝓprie radix crispe cum vite alba τ ponit in emplis fraudulētis. Et illa in qua est humiditas est ꝯuenientior vulneribus ꝗ̄ sicca que acutior est ꝗ̄ illud quo indiget in vulneribus. ℭ Et qn̄qz cum cusa sumit loco licini emplastrat ad oīa vlcera in fistulas ꝯuersa: et fiunt ex radice eius glādes ad fistulas. Et folia eius sunt bona vulneribus malis. Instra iūc. Radix aluf cum stercore vaccino valet super podagrā et ꝯtusionē lacertorū. Mēbra ca. Succus vue eius que est domestica ꝯfert dolori auris. ℭ Et qn̄qz ponit in aures cuz oleo rosaceo et ꝓhibet corrosiones et cancrum factum in eis. Et cum accipit succus vue luf serpentis que est sup ei⁹ extremitatē: et qn̄ miscet succus eius cum oleo et distillat in aurez sedat dolorē: et radix qdē eius est ex medicinis abstergētibus sordes auris et exiccantibus vlcus eius et conferentibus audituí. et semen luf sanat emorroydas que sunt in naribus. ita qꝫ cauterositatem earum imo cancrum ipsum: et cōsilium est vt ponat in naribus cum lana. Mēbra oculi. Confert radix eius vlceribus oculi. Membra anhelitus et pectoris. Facit spuere et conuenit asmati et dilatationi anhelitus et coquitur in aqua aliquotiens donec remoueatur medicinalis vis eius. deinde comeditur in dilatione anhelitus et in asmate antiquo. et radix eius facit illud. sed in crispa fortius. Mēbra nutrimenti. Ex eius comestiōe generatur humor grossus. Membra expulsionis. Crispa mouet coitum in vino et mundificat renes et confert emorroydibus: et dicitur qꝫ cum ex fructus crispe sumuntur triginta numero cum aceto mixto aut vino ejicit fetum: et quandoqz supponitur glans ex ea facta et facit abortum. Et quandoqz facit aborsum odoramentū huius plante apud arefactionē floris eius. et quādoqz prouocat vrinam. Venena. Quando fricatur radix eius super corpus non mordet ipsum vipera.

ℭ De limunio. Cap. cccclxiij.

I Imunium quid est. Fructus eius est stipticus. Membra expul. Cōfert solutioni ventris τ sanguinis τ datur ad hoc in vino. τ similiter fluxui sanguinis: τ potio eius est τ iunci.

ℭ De lacte. Cap. cccclxiiij.

l Ac quid est. Lac ex tribus compositum est substantijs aqueitate τ caseitate τ butyrositate. τ in vaccino quidez multiplicat butyrositas. Lac vero camelarū partim vicinarū minus hꝫ butyrositatis τ caseitatis τ est subtile valde: τ lac asinarum ē minus eis butyrosum est subtile. Caprarum vero lac est temperatū τ lac ouium est grossum valde. τ lac vaccinum est pinguius τ grossius. Equarum vero lac est sicut lac camelarū partim vicinarū subtile aquosum. Electio. Lac qḋ melius est oībus est lac muliebre: τ lac melius est qḋ ex vbere sugendo bibit. aut sicut mulget: τ melius ipsius est qḋ est vehementis albedinis equalis cōntie qḋ sup vnguē distillatum figit. τ nō currit: τ est pastus aīalis ipsius planta bona. τ non est in ipso sapor extraneus declinans ad acetositatē aut amaritudinē: aut acredinē: aut odor extraneus horribilis. Et oꝫ vt administret statim vt mulget anteꝗ̄ ꝯuertatur. Et lac qdem oīs aīalis cuius pregnatio est ꝓlixior pregnatione mulierū est malū: quapropter ꝓpororionale est illud qḋ est ꝓximiꝰ sicut vaccinū. Natura aqueitas est calida: τ butyrositas ad equalitatē tendit. lꝫ ad caliditatē declinet. τ lac acetosum est frigidū τ siccū. Operationes τ ꝓprietates. Aqueitas eius est subtiliatiua lauatiua solutiua. Et in ipsā nō ē mordicatio: τ lac qdem est nutrimentū τ equat chimos τ ꝯfortat corpus τ abluit: τ qn̄ bibit cuz melle mundat vlcera interiora ab humoribus grossis τ maturat ea τ lauat. τ est boni chimi. τ facit exuberare sanguinē: augmentū faciens in cerebro τ ꝓprie lac muliebre: τ lac qdez est ꝓpinque digōnis. τ qūo non cum sit generatū ex sanguine qḋ est in fiimo digōnis: cui superuenit digō quedā alia ꝗ̄uis fit ex membro quod ad frigus declinat. non. n. nutritur ab eo donec fiat in dispōne cibi qui indiget dispōne plurima τ clarificatione post clarificationē: imo qn̄ dominat ei caliditas bona reducit ipsuz ad naturam sanguinis equalem velociter. O ꝗ̄ bonum est qḋ ruffus dixit de eo. τ si non ei cōtradicatur in alio τ non ei ꝯtradicit: τ ꝑꝑ declinationem suam ad frigus aliqḋ nocet flegmaticus. qn̄ caliditas eorum non conuertit ipsum ad sanguinem sicut oꝫ τ corpus vtitur ipso ante cōuersionem eius ꝓpterea qꝫ est ei ꝓpinquū τ ꝓpter hec confert hoībus cōplōnē calidam τ siccam cum in ipsorum stomacis non est colera. ℭ Amplius lac cū corporib⁹ ꝓportōalitatē

habet quarum cause non comprehenduntur.
Illum autē qui bibit lac post ipsum quiescere
oꝫ: vt non corrūpatur ⁊ non acescat. verum oꝫ vt
non super ipsum dormiat neqꝫ suscipiat super
ipsum cibum alium donec descendat. ⁊ est ma
gis ꝯueniens ꝯsistētibus ꝙ adolescentibus ca
lidam hn̄tibus cōplonē. Nam ꝯuertitur in ipsis
ad coleram. ¶ Et ꝯfert senibus ēt ꝓpterea ꝙ
humectat ⁊ remouet pruritum qui eis est ꝓpꝰ ꝫ
sed oꝫ vt iuuetur ad ipsum digerendū cū melle.
¶ Et multotiens qdem incipit lac soluere ⁊
extrahere supfluitates que sunt in ptibus inte/
stinorum: deinde incipit nutrire ⁊ expanditur in
corpus ⁊ retinet nām. ⁊ est inflatiuuꝫ quousqꝫ
feruere incipiat: ⁊ est cōpositū ex soluēte qđ est
eius aquositas ⁊ ꝯstringēte qđ est caseitas ipsiꝰ.
¶ Et colostra ē tarde digōnis ⁊ grossi humo
ris ⁊ tarde descensionis. Mel vero ipsam re/
ctificat ⁊ acquirit ex ea corpus nutrimentū plu
rimum ⁊ acetosum est crudi humoris: ⁊ qđ de
coctum est ⁊ ꝓprie qđ est grossius est magis cō
strictiuuꝫ: ⁊ omne qdem lac facit possidere opi
lationes ⁊ ꝓprie in epate nisi lac camelarū feta
rum ⁊ similium pp paucitatē caseitatis eius ⁊ ab
stersionē aquositatis ipsius: ⁊ ꝯfert in mūdis
que effunduntur ad mēbra interiora ⁊ ledunt ea
sua acuitate ⁊ mordicatiōe. debilitat. n. eas qm̄
lauat ipsas vltra ablutionē aque. pp absterso/
nem que est in aquositate sua. ⁊ nō est in aqua: ⁊
equat qualitatē carū ita vt ꝯuertantur ⁊ fiāt silēs
mēbro: deinde glutinat eas sup ipsum. s. inter
mēbrū ⁊ inter humorē malū non ergo obuiet
ei humor nudo. ¶ Et ipm nocet hn̄tibus flu/
xum sanguinis. ¶ Lac pterea non est bonuꝫ
visceribus: ⁊ lac caprarū est minus nocēs visce
ribus ꝙ aliud. Nam plm̄ eius quo pascitur est
ꝯstrictiuū. Ouinū vero lac acetosum est econ
trario: ⁊ nō est laudabile: ⁊ in ipso est inflatio.
⁊ lac qdem in sua subā est velocis ꝯuersionis
⁊ ꝓprie ad caliditatē. ⁊ neqꝫ est aliqd nocibilius
corpori ꝙ lac malū. ⁊ lac qdē asinarū est aquo
sum ⁊ lac scrofinū aquosum est non maturum.
¶ Et lac vernale est aquosum comparatuꝫ ad
estiuū. ⁊ silr lac aialis cuius pastus est ripa aut
terra limosa: qm̄ plante veris sunt aquose com
parate ad plantas estatis. ⁊ quāto magis igre/
ditur vel accedit estas ad autūnuꝫ tanto lac fit
magis grossiuꝫ: ⁊ qđ melius est: est illud qđ est
in medio estatis: verūtn̄ timetur in ipso ꝙ calor
ipm ꝯuertat postqꝫ potatū fuerit. Illud vero nō
timetur in vere. ¶ Vaccinū pterea est plurimi bu
tyri. ⁊ ouium plurime est caseitatis ⁊ butyrosi/
tatis: sed caseitas i lacte camellino ē pauca po
stea in lacte equino: deinde asinino: ⁊ pp hoc ra
ro caseatur in stō ⁊ superioribus ventris plusqꝫ
aliud. ¶ Et in lacte qdem camellino est salse/
do: ꝓpterea qꝛ diligunt acetosum: ⁊ hoc est me
lius lac: ⁊ cum hoc dr̄ ꝙ est vehementius tardi
tatis in stō ⁊ superioribus ventris. ¶ Et scias
ꝙ lac diuersificatur fm spēs aialium ⁊ fm etateꝫ
si est puum: aut magnū aut mediocre: ⁊ fm for
mam si est lenis carnis aut dure pingue aut ex
tenuatum album aut alium hn̄s colorem: ⁊ de
bilius qdem lac fm ꝙ dr̄ est lac albi coloris ⁊
est velocioris descensionis. Decoratio. Plu
rimus vsus lactis generat pediculos fm ꝙ q-
dam estimauerunt ⁊ non elongatur. verū ipm
abstergit cicatrices fedas in cute limitū: ⁊ colo/
rem efficit valde bonū bibitū. veruꝫ ipm facit
multotiens accidere sordes nisi lac camelaruꝫ
recenter fetarū. ex ipso. n. rarotimentur sordities:
⁊ qn̄ bibitur cum zuccaro colorē efficit valde bo/
num ⁊ ꝓprie mulierū: ⁊ ipinguat ēt ita ꝙ aq
casei impinguat hn̄tes cōplōnes calidas ⁊ sic/
cas cum soluuntur in alio cum impinguet potu
eius pp suam cām: ⁊ non impinguat eos nisi ꝓ
pterea ꝙ humectat ⁊ extrahit humorē maluꝫ
quare rectificat nutrimentū: ⁊ lac qdem alraib
cum scoria impinguat illos velociter. Aqua ve
ro casei delet pannū ⁊ cicatrices limitū: ⁊ qn̄qꝫ
confert eis bibitū. Apata ⁊ bothor. Multo
tiens sanātur illi quibus accīt apata mala ⁊ car
bunculi ⁊ almescere ⁊ scabies ⁊ pruritus bibi/
tione lactis cum in cōplōnibus eoruꝫ non fuit
qđ corrūpat ipsum ⁊ conuertat ad coleram. ⁊
lac quidem nociuum est hn̄tibus apata intrin/
seca. Vulnera ⁊ vlcera. Lac rectificat vlcera
intrinseca per hoc ꝙ lauat ⁊ ꝙ glutinat ⁊ ꝙ mū
dificat: ⁊ cuꝫ non est in cōplone qđ corrumpat
ipsum ⁊ ad coleram conuertat cōfert hn̄tibus
vlcera. ⁊ aqua quidem casei cum mirabolanis
scabiei est conueniens. Instra iuncturarum.
Lac malum est neruis ⁊ hn̄tibus egritudines
neruorū ꝓprie frās ⁊ flegmaticas. Membra
capitis. Lac caprinū cōfert catarris ⁊ retinet
eos ⁊ ipsorū acredinē meliorat. ⁊ ꝯfert vlceri/
bus palati ⁊ lac est cura obliuionis sicce ⁊ tri/
stitie ⁊ alienatiōis: et lac qdem nocet dentibus
et corrodit eos et ꝯcauat et ꝯsumit eos: et ꝓprie
cum dens est frigide cōplōnis et laxam efficit
gingiuā: imo oportet vt post ipm colluatur os
cum melle et vino et oxymelle. ¶ Lac asininū
fm ꝙ dicitur cuꝫ colluitur ex eo os confirmat
dentes et gingiuam et non est conueniens ha/
bentibus soda et vertiginem et tinnitum et ꝓ/
prie dormire super ipsum et vniuersaliter no/
cet debilia habentia epata et capita. Membra
oculi. Lac facit euenire tenebrositateꝫ visus ⁊
caliginem. verūtn̄ cum mulgetur in oculo con
fert obthalmie et nocumento materierū calida
rum effusarū ad oculū et asperitati: et silr qn̄ p-
miscetur cum albumine oui et oleo ro. crudo
et ponitur super oculum et cōfert emulsio eius
in ipso tarfacti. Membra anhelitus et pecto/
ris. Lac asininum et caprinum bona sunt
tussi et extenuationi et sputo sangui. secundum

signat locus eius: τ lac ouinū iuuatiuū est sputo sanguis. τ iterū lac est ex medicinis vlce rū pulmonis τ extenuatōis: τ cōfert ore col luto ex ipso τ gargarizato ꝓfocationi et sqnātie τ apertibus vue τ amigdalarū. veruntamē ē no cituū hūtibus, tremorē cordis humidū quo cūqꝫ mō sit ex sanguie aut flegmate. τ lac qui dē camelarū nouiter fetarū cōfert asmati τ fre quētiue spūs. τ lac est ꝯueniētius pectori ꝙ ca piti τ stō. Mēbra nutri. Lac facit possidere opilationes in meseraicis τ aq̄ casei cōfert icte ricie: τ lac caprinū τ lac camelarū recēter feta rū ambulantiū τ lac asinarū cōfert hydropisi τ cōferunt oīa illa duritiei splenis. ¶ Lac ca melarū nouiter fetarū cū oleo de alcāna est cō ueniēs duritiebus intrinsecis τ facit euenire in flationē in stō τ dolorē τ ꝓprie colostra: τ am bo cōmouēt singultū τ eructuationē fumosaꝫ τ ꝓprie lac: τ nocet splenetico τ epatico τ idi gētibus regimine subtiliatiuo nisi lac camela rū fetarū. ipm eni cōfert egritudinibus pluri mis splenis τ epatis τ renouat i alio remouet epar. τ lac qdē camelarū nouiter fetarū cōfert hydropisi valde τ ꝓprie qñ bibit cū vrina ca melarū nouiter fetarū arabicarū τ excitat de siderū cibi τ facit tussim. Et lac quidē aceto sum est tarde digōnis valde τ est crudi humo ris verū stomacus calidus nālr: aut accidēta liter digerit ipꝫ τ iuuat cū ipso: τ nō eructuet fumose ꝓpter ablationē butyri ab ipso. Mē bra expul. Aqua casei soluēdo educit coleraꝫ adustā. τ cū epithymo soluit melācoliā adustā. τ lac facit euenire lapidē: τ lac qdē decoctum donec cōsumat eius aquetas cōstringit ven trē τ retinet fluxū sanguinis per inferiora. Et lac quidē camelarū nouiter fetarū ꝓuocat mē strua. Et illud de quo extractū est butyrum est bonū solutioni colerice. τ fit clystere ex lacte nouiter mulcto ad vlcera intestinoꝝ τ infīcio. ¶ Lac caprinū valet vlcerib' vesice τ lac suc currit nocumento coitus τ vigorē fert ad coi tum τ facit ꝓuenire inflationē in visceribus. ¶ Omne ꝓterea lac grossum excitat coleraꝫ τ generat lapidē τ colostra ꝓpter. τ lac qui dem excitat coitum: ita ꝙ etiam lac acetosuꝫ τ mesir in corporibus calide cōplexionis hoc facit. ꝓpterea ꝙ humectat τ ꝙ inflat τ sepe le uat ventrem: τ ꝓpter lac equinū camellinū τ asininum. deinde lac vaccinum. postea lac ca prinū. τ quāto plus minuit aquetas: τ qñqꝫ soluit ventrē multitudo ipsius: quoniā nō di gerit. Et sal quidē iuuat ad solutionē ipsius τ ad solutionē aque lactis. Decoctum vo τ in quo extincti sunt carbones τ calefactum cū la pidibus ignitis τ laminis ferri ꝓculdubio vē trem cōstringit: τ lac quidē cōfert rasure inte stinorum τ lac acetosum cōstringit fluxū cole ricū τ sanguineū τ lac quidē camelarū recen ter fetarum confert emorroydibus: τ quādo lac ponit super apostemata ani τ vlcera eius τ apostemata femoris τ vlcera ipsius cōfert τ sedat dolorem accidentem in his membris. Febres. Lac caprinum τ lac asininum sunt bona ethice fm ꝙ determinatur in loco suo. τ lac acetosuꝫ multotiens expellit febres ethi cas quādo aufertur eius butyrum τ fuerit ita ꝙ bene digeratur. Lac vo recenter mulctum grossum multotiens facit incurrere febres τ non oportet approximare ei patientē febrem penitus. Venena. Lac confert potui medi cinarum mortalium τ ei qui sumpsit in potu leporem marinum: τ gūmaꝫ ruthe agrestis τ iusquiamū: τ beneꝫ τ ꝓpter qui in potu sum psit cantarides τ leporem marinum τ gūmā ruthe agrestis τ elleborum τ strangulatorem adib τ leopardi τ omnes medicinas putrefa ctiuas. τ est cura ei' qui in potu sumpsit beneꝫ reducit enim ipsum ad rationem suam.

¶ De lampade alcutrub. Cap. ccccxlvi.

Lampas alcutrub quid est. Est plan ta prima ysopo. Electio. Quod de ea administratur est semē ipsius. Natura. Est calida in primo: sicca in secundo: τ est in fine secundi. Operationes τ ꝓprietates. Est aperitiua τ magis domi nās in ea est stipticitas τ abscindit fluxū quo cunqꝫ modo sit. Vulnera τ vlcera. Consoli dat. Membra capitis. Fit ex ea emplastrū τ abscindit fluxum sanguinis. Membra anhe litus τ pectoris. Prohibet fluxum sanguis. Membra expulsionis. Confert vlceribus in testinorum clysteri facto ex ea.

¶ De lilio. Cap. ccccxlvii.

q̄d est verum: dixit Gal. q̄ñ ipse nō est cū incisione forti: ego aūt dico forsitan si illud verificatur cum experimēto nō cōparat̄ ad virtutem apparentē: imo ad ꝓprietatem que est in ipso. Membra oculi. Sanguis guaril ⁊ lacerti confortat visum: sanguis alharbe ꝓhibet oriri pilos in palpebris: ⁊ similiter sanguis ranarū viridium s̄m q̄ d̄r: sed experimentū nō verificauit illud: sanguis columbe ⁊ alguarascen ⁊ turturꝫ ⁊ proprie sanguis venarū ale distillatur sup tarsati: ⁊ similiter sanguis alfabalcir: ⁊ silr si distillentur radices pennarū sanguinee harū auiuꝫ super eam: ⁊ dixit Gal. sine illo ex excusatio. Mēbra an. ⁊ pecto. Sanguis bubonis valde confert asmati: ⁊ silr ius eius ⁊ caro ipsius: ⁊ dixerūt quidā q̄ sanguis vespertilionis ꝯseruat māmillā: ita vt remaneat stans ⁊ non est ei radix. Ex sanguine aūt hedi recente anteq̄ꝫ congelet̄ si accipiat̄. ℨ.i. ⁊ cōmisceatur cum aceto ⁊ bibatur in tribus diebus calefactū quidam testificati sunt q̄ cōfert etiā ad hoc. Mēbra expulsionis. Sanguis mēstruus supposit⁹ ꝓhibet impregnationē s̄m q̄ quidam existimauerunt. sanguis hirci ⁊ capre ⁊ camelli exiccatus ⁊ frixus retinet fluxuꝫ sanguinis: ⁊ sanguis capre q̄ñ bibitur cum melle confert dissinterie: ⁊ sāguis hirci exiccatus frangit lapidē renū. Venena. Sanguis hirci ⁊ camelli ⁊ leporis frix⁹ confert nocumento sagitte armenie quando bibitur cum vino: ⁊ silr sanguis canis: ⁊ etiā sanguis canis rabiosi s̄m q̄ dicit̄ vulgariter ꝯfert morsui canis rabiosi ⁊ ꝓprie diascorides.

¶ De sparago. Cap. dcxi.

Sparagus qd est. Na. Est equalis apud. G. Dixit. n. q̄ in ipso non est calefactio neq̄ȝ ifrigidatio apparēs nisi in petroso. Ego aūt dico nō elongat̄ a caliditate: ⁊ q̄ñto plus incipit idurari roborat̄ caliditas ⁊ apparet sup ipsum vestigium acumalorꝫ mordicans valde. Opa. ⁊ proprie. Virtus eius abstersiua aperit opilatiōes oīuꝫ viscerum ꝓprie epatis ⁊ renū ⁊ in ipso est resolutio ꝓprie in petroso. Iuuā. a iun. Bibit̄ eius decoctio ꝓpter dolorem dorsi ⁊ sciatice. Mēbra capitis. Decoctio eius ⁊ ꝓprie radicis ei⁹ q̄ñ coquitur cum aceto: ⁊ silr ipsa radix ⁊ semē eius bona sunt oīa dolori dentiū. Mēbra nutri. Aperit opilōnes epatis ⁊ ꝯfert ictericie ⁊ in ipso est virtus faciēdi nauseā. Mē. expulsio. Existimauit ruffus q̄ ipse stringit ⁊ forsitan illud est ꝓpter eius ꝓuocationem. Alij vero dixerunt q̄ eius lenit. plures vero dixerunt q̄ ipse ꝯfert colice flegmatice ⁊ ventose ⁊ decoctio radicis eius ꝓuocat vrinam ⁊ cōfert difficultati vrine ⁊ augmētat in spermate ⁊ coitu ⁊ cōfert difficultati ipregnatiōis: silr semē eius q̄ñ supponit̄ ꝓuocat mēstrua ⁊ apit opilōnes splenis. Venena. Q̄ñ coquit̄ cū vino ꝯfert puncture

rutele. ⁊ eius decoctio s̄m q̄ d̄r interficit canes.

¶ De sordine. Cap. dcxij.

Sordities. Na. Sordities aluearij calefactiua ē in fine scōi ⁊ melior ex ea est viridis: ⁊ sordities balnei que est in parietibus eius est calefactiua cū eq̄litate ⁊ sordities luctātiū ēt ꝓxia est sorditiei balnei. Luctātiū vero sordities duas hꝫ species: vna eaꝝ est q̄ aggregat̄ in corporib⁹ eorꝫ q̄ñq̄ȝ. n. iungat̄ oleo ⁊ ꝯmiscet̄ pulueri. ⁊ scđa ē illa q̄ ꝯgregat̄ sup parietes ex vaporib⁹ ⁊ sudoribus eoꝝ ⁊ q̄ ꝯgregat̄ sup terrā ludi. Opa. ⁊ ꝓprie. Ambe sunt resolutiue maturatiue cum eq̄litate. Sordities vero aluearia abstergit cum eq̄litate ⁊ attrahit valde. ⁊ oēs extrahūt surculos ⁊ spinas. Deco. Sordities auris ꝯfert panaricio ⁊ linit̄ sup fluxū labij. Apa. ⁊ bo. Resoluit exituras. sordities luctātiū ē bōa apatibus māmille ⁊ sordities balnei vesice. Vul. ⁊ vl. Sordities parietū luctātiū ē vtilis vlceribus senum ⁊ rasuris. Sordities aluearis abstergit ipetiginē valde. Iuuā. a iun. Sordities corporū luctātiū vtilis est sciatice cuꝫ ponit̄ sup eam spissa sicut emplm̄ ⁊ ꝯfert duritiebus musculis.

¶ De spuma maris. Cap. dcxiij.

Spuma maris quid est. Spēs eius sunt quinq̄ȝ. Spōgiosa in figura sua rācida in odore suo similis odori piscium salitorꝫ grauis ⁊ ē spissa: limorosa maris ⁊ spongiosa lenis: longa lenis ⁊ coloris odoris: ⁊ rosea ⁊ purpurea similis lane sordide lenis: ⁊ quinta habet formā fungi exterius plana iterius aspera que nō hꝫ odorem. Na. Calida est ⁊ sicca in tertio. Opa. ⁊ proprieta. Mundificatiua est sordities abstersiua adustiua ⁊ tertia est subtilior alijs. Deco. Adusta ⁊ proprie tertia facit alopitie. ⁊ fungalis administratur in abrasione pilorꝫ ⁊ cōfert morphee. ⁊ due quidem spongiose ingrediuntur in ablutionibus: ⁊ in medicinis bothor lactei ⁊ pānī ⁊ vestigiorum in facie: ⁊ reliqua in abrasione pilorum. Mēbra ca. Et plana est magis conueniens abstersioni dentiū: ⁊ est vlr vehementis abstersionis dentium. Apata ⁊ bo. Plana est cōueniens apatibus que sunt vt claui superposita ⁊ rosea scrofulis. Vulne. ⁊ vl. Cōferūt scabiei vlcerose ⁊ ipetigini ⁊ proprie spongiosa. Iuuā. a iūcti. Rosea valet podagre cū cera ⁊ oleo ros. Membra nutrimenti. Rosea confert difficultati vrine ⁊ ad purgandum arenam que est in vesica ⁊ dolori renum.

¶ De stercore. Cap. dcxiiij.

Stercus. Stercora diuersificant̄ s̄m diuersitates specierum animalium. imo q̄ñq̄ȝ diuersificant̄ s̄m diuersitatē indiuiduorꝫ spēi vnius ⁊ ꝓprie bouiꝫ. Stercus anatis nō administrat̄ ꝓp superfluitatem caliditatis sue. ¶ Et stercus accipitris ⁊ cristatarum

⁊ basilicō ⁊ reliquarū īpactū raro administratur: q: superflua sunt valde. Nā. Nullū ex stercoribꝰ est infrigidatiuū neqꝫ humectatiuū. ⁊ stercus colūbarū est calidissimū stercoꝝ que administrant̄: ⁊ coꝝ que in domibus nutriunt̄ minorat̄ a stercore earum que pascunt̄. Opa. ⁊ proprie. Stercus caprarū ⁊ ꝓprie mōtanarū administratur in cursu sanguinis: stercus asini adustū ⁊ nō adustū in oī cursu sanguis. Stercus colūbaꝝ est ex rubificantibus ⁊ cū farina ordei est resolutiuum: stercus capraꝝ adustū fit subtilius ⁊ non fit calidius. Decora. Stercus ouium cū aceto est cōueniens verrucis formicalibus ⁊ que sunt vt claui ⁊ vt mora: ⁊ stercus locustarū confert pānis ⁊ morphee: ⁊ similiter stercus turdoꝝ comedentium risi: ⁊ similiter stercus lacerti ⁊ stellionis ⁊ facit colorem bonum. ¶ Stercus caprarū ⁊ ꝓprie mōtanarum adustum cōueniens est alopitie: ⁊ similiter stercus talpe est magni iuuamēti. Stercus colūbarum est ex medicinis bonū facientibus colorē stercus lacerti abstergit pānum ⁊ expertum est. Apata ⁊ bothor. Stercus vaccinū cū aceto super exituras calidas positū sedat eas: stercus capraꝝ ⁊ stercus ouium cū aceto super adustionem ignis cum cera ⁊ oleo ros. cōueniens est: stercus columbaꝝ cum melle ⁊ semine lini vile est escare ignis perfici ⁊ adustioni ignis: stercus caprarum valet excoriationi. stercus columbaꝝ ⁊ stercus auis turdi valet impetigini: ⁊ similiter turdoꝝ comedentiū risi. Ulc. ⁊ vl. Stercus canis ab ossibus cum melle cōfert vlceribus antiquis. Insti a iunctu. Et stercore vaccarū fit emplastrū super sciaticā: stercus caprarū ꝓprie montanarū cum adipe porci podagre superpositū conueniēs est ⁊ super sciaticam: stercus porci siccū cum aceto bibit̄ ad infirmitatē lacertoꝝ ⁊ cum cerato ponit̄ sup tortionem in neruis ⁊ super duricies oēs: stercus columbarū super dolores iuncturaꝝ conueniens est: stercus caprarū est ex eis que sunt experta duritiebus iuncturarū ⁊ apatibus earū ꝓprie cum aceto cōmixtū: ⁊ est ex experimentis. Gal. ⁊ similiter cū farina ordei: ⁊ est ei cuius caro est durior ⁊ spissior magis cōueniens. Mēbra capitis. Stercus asini odorat̄ ad fluxum sanguinis narium fortē aut exprimit̄ humiditas eius in narē ⁊ retinet̄: ⁊ stercus colūbarū cōfert sahafati. ¶ Inquit Gal. Cū administrat̄ stercus colūbarū nutritarum in domo cum semine eruce in soda que noiat̄ galea est vile. Stercus vaccinū apatibus que sunt post aures cōuenit. Mēbra oculi. Stercus stellionis ⁊ lacerti ⁊ crocodilli valet albugini oculi. stercus hirūdinū mirabile est in hac. iā expertus sum ipm. Mē. anhe. ⁊ pec. Stercus porcinū cū aq̄ ⁊ vino cōfert sputo sanguinis ⁊ dolori lateris: stercus canū ossa comedētiū cū digito in palato ponit̄ ad squinantiā: ⁊ ... stercus infantiū ita vt qūqꝫ excuset a flōmia: sed opꝫ vt infans cibet̄ pane cum lupinis: vt minoretur fetor: stercus vaccinū est ex eis que dant̄ pulmoni in ptisi ⁊ silibus. Mē. nu. Stercus capraꝝ ⁊ ꝓprie montanaꝝ ad ictericiā bibit̄ cum quibusdā spēbus: que sunt vt piper ⁊ cyminum: ⁊ silia: ⁊ est expertū ⁊ cōfert hydropisi more emplastri superpositum ⁊ bibitum: sed emplm ex eo ⁊ epithima fiāt in sole. Membra expulsio. Ex stercore tauri fit suffumigatio eminētie matricis. stercus caprarū ⁊ ꝓprie montanaꝝ bibitur cū aliquibus speciebus: que sunt vt piper ⁊ cinamomū ⁊ ꝓuocat mēstrua ⁊ facit abortū ⁊ resoluit duritiem splenis: ⁊ qđ siccum est teritur ⁊ supponit̄ fluxui sanguinis ex matrice ꝓprie cum thure ⁊ est expertū: stercus gallinarum valet colice. ⁊ stercus adib: cōuenit etiam colice que nō est ex apate bibitum in aqua aut decoctio aut in decoctione specieꝝ: que sunt vt piper ⁊ cinamomū: ⁊ reliqua que assumunt̄ ex spinis: aut ex plāta eleuata a terra. ¶ Albū in quo sunt ossa: ita vt suspēdat̄ in pelle adib salsata: aut in licinio de lana ouis euadentis athibs aut cute camelli: aut sicut fecit Gal. cum posuit ipsum in vase argēteo: ⁊ oportet quidē vt apud illum suspendatur ⁊ cōfert colice ⁊ cū bibitur ⁊ administratur in hora gestis eius ꝓhibet ipsam ſm q testificatus est Gal. oīno aūt gradatim ordinatus cū lenitate ꝓhibēdo. stercus arachaniar facit abortum suffumigando. stercus muris cum thure bibitū frangit lapidem ⁊ supponitur ⁊ soluit ventrem infantiū: ⁊ stercus colūbarū confert dolori colice cum administrat̄ in clysteri: ⁊ stercus canis comedentis ossa cōfert solutioni ⁊ vlceribus intestinorum clysterizatū aut bibitum in lacte decocto cum ferro: aut lapidibus suppositum: stercus elephantis ſm q dicitur prohibet impregnationem. Uenena. Stercus caprarum ⁊ ꝓprie montanaꝝ decoctum cum aceto ⁊ bibitum cōfert puncture vermiū venenosoꝝ: imo cōfert teste Gal. morsui vipere. Et stercus asini pascētis siccū cum vino puncture scorpionis est valde bonum. stercus gallinarū tyriaca est fungis strāgulantibus expertū est. ⁊ facit spuere humorē viscosum grossum: ⁊ in stercore caprarum est virtus attractiua: attrahit enim venenum vespe. stercus tauri proprie effugat vermes venenosos ⁊ cimices quando cum eo fit suffumigatio.

¶ De semperuiua. Cap. dccv

Semperuiua quid est. Est sucharitū ⁊ dicetur in capitulo de sin.

¶ De serpente. Cap. dccvi.

Serpēs qđ est. Qđ ex serpēte coctū est cū aq̄ ⁊ sale aneto administrat̄: ⁊ addit̄ ei qūqꝫ olei ⁊ administratur eius sal qui est in virtute carnis ⁊

administraẗ cutis eius. Nos ꝺo serpētū spēb in libro .iiij. dicemus. Electio. Eius caro melior est caro femine. ⁊ melior cutis eius ē cutis masculi. Nā. Exiccatio in carne eius est fortis: sed calefactio nō est vehemens. Et eius cutis est vehementius exiccatiōis eiā. Operatio. ⁊ proprie. Proprietas carnis eius est ꝙ ipsa facit penetrare superfluitates ad cutem ⁊ proprie cum homo nō est mundificatus: cuidā enī accidit ex comestione eius extura in collo eiꝰ magna quā aperuit ⁊ exiuit caro eius tota cōuersa in pediculos ⁊ caro quidē eius cū in vsu habetur prolongat vitā ⁊ ꝯfortat ꝟtutem ⁊ cōseruat sensus ⁊ iuuentam. Decoratio. Comestio eius facit pediculos ⁊ corrūpit ꝓpterea q2 expellit superfluitates ad cutem ⁊ cōfert lepre magnifice: ⁊ cū administratur in alopitia magnum affert iuuamētū. Apostemata ⁊ bothor. Caro ⁊ ius eius post proiectionem extremitatum suarum ꝓhibēt augmentationem scrofularum: ⁊ similiter eius cutis. Instrumēta iuncturarū. Eius ius postꝗ̄ ex capite ⁊ cauda ipsius ꝓpe mensuram quatuor digitorum abscissum fuerit ⁊ decoquitur ſm ꝙ diximus cū sorbetur: ⁊ similiter eius caro cum comediẗ conferunt doloribus iuncturarū neruorum: ⁊ similiter eius cutis. Membra capitis. Cum cutis eius coquiẗ in vino distillatur in aurem sedat dolorem eius ⁊ colluitur os ex aceto in quo cutis eius decoquitur ad dolorē dētis: cutis aūt eius melior est cutis masculi. ¶ Et Gal. quidem extimauit ꝙ quādo accipiuntur fila plurima ⁊ ꝓprie tincta ex sanguine muricis ⁊ strāgulatur eis vipera ⁊ inuoluitur vnū eorū in circuitu colli habentis apostemata vue ⁊ gutturis apparet ex eo iuuamentū maximum ⁊ mirabile. Membra oculi. Ius serpentis ⁊ caro eius predicta cōfortāt visum. Et cōuenerunt quidā ꝙ adeps vipere ꝓhibet descensum aque in oculum: sed homo non audet facere illud. Vulnera ⁊ vlcera. Finditur ⁊ ponitur sup morsum vel pereipsius ⁊ sedat dolorem.

¶ De spodio. Cap. dcxvij.

Spodiū quid est. Radices cānarū aduste. Dr̄ enim ꝙ ipse aduruntur ꝑ fricationē suarū extremitatū cum ventus eas ꝯflat. Nā. Frigidū est in secūdo ⁊ siccū in tertio. Opa. ⁊ ꝓprie. In ipso ē stipticitas pauca ⁊ prepano ⁊ paruā resolōnis: ⁊ eius ifrigidatio est plurima ⁊ eius resolutio ē ꝓpter amaritudinē paucā in ipso. Ex resolōne igitur eius ⁊ stipticitate fit exiccatio fortis ⁊ est cōpositū ꝟtutum sicut rosa. Mē. ca. Confert alcolla ⁊ melācolie puenienti ex solitudine. Mē. oculi. Spodiū ꝯfert apātibus oculi calidis. Mē. an. ⁊ pec. Confortat cor ⁊ ꝯfert tremori eius calido ⁊ syncopi facte ex effusione colere ad stōm bibitū ⁊ linitū ⁊ ꝯfert melācolie ex solitudine. ⁊ terrori de secretis ⁊ timori de futuris. Mēbra nu. Cōfert tussi ⁊ inflāmationi stōi ⁊ debilitati eius: ⁊ prohibet effusionem colere ad ipsum ⁊ ꝯfert cōturbationi. Membra expulsionis. Prohibet solutionem colericā. Febres. Confert febribus acutis.

¶ De splene. Cap. dcxviij.

Splen. Elec. Melior splenū est splē porci cū hoc tñ ē mali chimi. Ope. ⁊ p. In ipso est stipticitas q̄dā ⁊ generat sanguinē melācolicū. Mē. nu. Est tarde digōnis ꝓpter suam stipticitatem.

¶ De sambuco. Cap. dcxix.

Sambucus. Nā. Alba est calidior citrina ⁊ citrina purpurea: ⁊ est vir calida ⁊ sicca in tertio. Ope. ⁊ pro. Est subtiliatiua humiditatū ⁊ cōfert senibus eius oleū. Deco. Delet pānum ꝙ ex ea humidū est ⁊ qȯ siccū ⁊ facit possidere rubedinē. multitudo odoramētī eius. Instru. iun. Eius oleū ꝯfert egritudinibꝰ friis in neruis ⁊ senibus. Mē. ca. Eius odor facit soda. verūtñ cū hoc resoluit sodā factā a flegmate cū odoratur: ⁊ purū oleū eius facit fluere sanguinem ex naribus calefacti cum ipsum odorat.

¶ De sulfure. Cap. dcxx.

Sulfur qd est. Notum est. Natura. Calidū est ⁊ siccum ad quartum perueniens. Operatiōes ⁊ proprie. Est subtiliatiuū ⁊ attractiuū. Deco. Est ex medicinis albaras ꝓprie dum nō tāgit ipsū ignis ⁊ cū misceẗ cū gūma albotin eradicat vestigia que sunt in vnguibus. Et cum aceto poniẗ super morpheam. Apostemata ⁊ bothor. Poniẗ super adustionē ⁊ vlcerationem ⁊ abstergit ipetiginem ⁊ ꝓprie cū visco alimbat: ⁊ ꝓprie cūā cum aceto ⁊ cum nitro: ꝓpter pruritum lauatur ex eo corpus. Instrumēta iūctu. Ipsum est cum nitro ⁊ aqua super podagram linimentum conueniēs. Mēbra capitis. Restringit corizam suffumigatum ⁊ administraẗ cum aceto ⁊ melle super contritionem auris.

¶ De saliua. Cap. dcxxi.

Saliua qd est. Diuersificaẗ ſm spēs ⁊ ſm cōplōnes singularium: ⁊ virtus eius oīno est maturatiua resolutiua. Deco. Abstergit pannum ⁊ lentigines ⁊ sanguinem mortuum. Vulnera ⁊ vlcera. Fricatur impetigo cum saliua hominis ieiuni ⁊ cāphora. Membra capitis. Saliua ieiuni cum distillatur in aurem lesam a vermibus interficit eos ⁊ educit eos statim. Venena. Saliua resistit venenis. Et cum ieiunus ꝯspuit sup scorpionem multotiens moritur.

¶ De staphisagria. Cap. dcxxij.

Staphisagria quid est. Est vua passa montana ⁊ est granū capitis. ⁊ in mōte libano inuenitur de ea plurimum

⁊ est granum nigrum sicut cicer nigrum. Na tura. Est calida ⁊ sicca in tertio. Operationes ⁊ proprietates. Est adustiua corrosiua acuta ⁊ acris. Deco. Interficit pediculos ⁊ ꝓprie cū arsenico ⁊ confert alopitie antique linita. Uulnera ⁊ vlcera. Staphisagria cum arsenico aut sola ponitur super scabiem ⁊ excoriationem. Membra capitis. Masticatur ad extrahēdū flegma ⁊ humiditatem ex cerebro: ⁊ coquitur in aceto ⁊ colluitur ex ea os ad dolorem dentiū ⁊ humiditatem gingiue ⁊ sanat cum melle alcula mali. Mēbra nutri. Bibunt de ea .xi. grana cū mellicrato ⁊ facit vomere chimū viscosum. Mēbra expul. In bibitione ipsius est timor. ipsa enim vlcerat vesicam sed quādo fuerit cum rectificantibus ⁊ cum quantitate temperata mundificat eam.

De storace. Cap. dcxxiij.

Storax quid est. Dixerunt storax humida: alia est que extrahit per seipsaȝ gūmia: ⁊ alia est que extrahit cum decoctione: per se autē extracta est curima ⁊ qñ antiquat declinat ad aureū colorem ⁊ est abundans: sed que extrahitur ex cortice est nigra: ⁊ illud ideo qm̄ extrahitur cuȝ decoctiōe corticis illius arboris ⁊ qđ extrahit est storax humida: ⁊ qđ remanet sicut fex ⁊ vinacia est sicca. Ope. ⁊ ꝓprie. Jam diximus de virtute humide ⁊ sicce ꝙ in eis est stipticitas ⁊ exiccatio ⁊ dixerunt quidaȝ ꝙ est calida ⁊ sicca ⁊ remouet humiditatem ex cerebro ⁊ mundificat ipm̄ sed hoc est cōtrarium ei quod creditur in ipsa qm̄ ipsa facit soda. Membra nutrimēti. Sicca cōfert humorositatib⁹ stomaci. Membra expul. Storax sicca retinet ventrem.

De sale. Cap. dcxxiiij.

Sal quid est. In sale sunt amaritudo ⁊ stipticitas: ⁊ sal quidē est ꝓximus baurach. alius est rarus frangibilis: ⁊ alius est cauatus. ⁊ alius est salgēma qui est sicut chrystallus: ⁊ alius est napticus niger: cuius nigredo est ex parte napticitatis que ē in ipso qui cū tādiu suffumigat donec ab eo napticitas remoueat remāet sicut salgēma: ⁊ alius est idus qui est niger non nigredine napticitatis que sit in ipso: sed ꝓpter substāciā ipsius: ⁊ marinus qdē cum aque obuiat: ilico liquefit ⁊ nō est ita terrenus. Nā. Est calidus ⁊ siccus in scđo. ⁊ quāto plus est amarior tāto plus ē calidior. Opa. ⁊ ꝓ. Est abstersiu⁹ resolutiu⁹ ꝯstrictiu⁹ exiccatiu⁹: cuius fortitudo opationū est pp resolōnē ⁊ stipticitatē suam: ⁊ est disruptiuus vētositatū: ⁊ ille qui est adustus vehementioris est desiccatiōis ⁊ resolōnis: ⁊ ipse cōfert putrefactioni ⁊ confert humoꝝ grossiciei: ipsi⁹ autē flos eo est subtilior: ⁊ ille qui est adustus: ⁊ puluis eius est ipsi ꝓpinquus ⁊ ambo resoluūt plusq̄ sal ⁊ sunt constringentes minus. ⁊ cauatus est minoris resolutionis ⁊ est minus subtilis nisi sit pauci saporis sicut aluminosus. ipse enim est stipticus resolutiuus: ⁊ cauat⁹ quādo lauat multotiens exiccat sine mordicatione. ⁊ frangibilis est magis abstersiuus ⁊ qñ admiscetur cibis frigidis dissoluit eos. Salgēma vero effugat vētositates: ⁊ niger ē fortioris resolutionis ⁊ oēs isti liquefaciūt humores ꝯgelatos ⁊ amarius est vehementioris resolōnis ⁊ calefactionis. Deco. Sal adustus mundificat dentes a lapidibus: ⁊ remouet nigredineȝ sanguis vbicūq; est linitus ⁊ eius vsus cum melle bonū efficit odorem. Apata ⁊ bothor. Ex ipso cum melle ⁊ passis fit emplastrū conueniens carbūculis ⁊ cuȝ mentastro ⁊ melle apatibus flegmaticis ⁊ prohibet formicam a dilatatiōe. Uul. ⁊ vlce. Corrodit carnem additam ⁊ humorosaȝ ꝯfert scabiei vlcerose ⁊ impetigini: ⁊ ex ipso cuȝ aceto ⁊ oleo fit delinitio iuxta ignem vt sudare faciat ⁊ sedat pruritum ⁊ proprie flegmaticum ⁊ cum oleo super adustioneȝ ignis ⁊ prohibet vesicationem ⁊ proprie ille qui est baurachius ⁊ aphricanus. Baurachij vero non cōsequunt aliquem salem in adunādo ⁊ exiccando: sal enī vehementius resoluit ⁊ exiccat illud quod est ex humiditate: deinde fortius adunat ⁊ fortius constringit illud quod remanet in partib⁹ mēbri. Instrumenta iunctu. Cum farina ⁊ melle ponitur super torsioneȝ neruoꝝ ⁊ fit emplastrū ex eo podagre: ⁊ miscetur cuȝ oleo ⁊ fit ex ipso inunctio comprimēdo ad lassitudineȝ. Mēbra capitis. Linitur ex eo cum pulpa colloquintide bothor capitis: ⁊ salgēma quidem acuit sensum ⁊ sal constringit gingiuam mollificatam ⁊ proprie salgēma. ⁊ cuȝ aceto confert dolori auris more emplastri superposit⁹. Mēbra oculi. Corrodit carnem additā in palpebris ⁊ vngula ⁊ flos eius proprie cōfert panno ⁊ albugini oculi: ⁊ ex sale quidem cum oleo ⁊ melle fit emplastrum sup oculum ⁊ resoluit offuscationem sanguinis cōgelati in ipso. Mēbra anhe. ⁊ pe. Ex eo qui est napticus linit palatū cuȝ melle ⁊ aceto ⁊ confert squināntie ⁊ apatibus vue ⁊ gargaroni. ⁊ salgēma quidē ⁊ napticus ⁊ relique species salis incidunt flegma vitreū ⁊ viscosuȝ in pectore. Mēbra nutri. Sal iuuat ad vomituȝ ⁊ ꝓprie napticus: ⁊ salgēma eius proprie ⁊ confert dolorib⁹ stomaci frigidis. Mēbra expul. Sal oīs facileȝ efficit superfluitatis egressionē ⁊ descensionē cibi: ⁊ napticus expellit flegma putridū ⁊ aquaȝ ⁊ colerā ⁊ melācoliam ⁊ ponitur in enematib⁹. ⁊ niger qui est vehemētis nigredinis qui non est ꝓprie napticus solutione educit flegma ⁊ melancoliā. ⁊ sal amarus etiaȝ solutione educit melancoliā fortiter. Et salgemma educit flegma crudum fortiter ⁊ soluit melancoliam. ⁊ sal quidem ipse vltimus est ad dissinterā ⁊ adiuuat medicinas solutiuas ad era-

dicandum melancoliam et humiditates visco-
sas de pectoribus mébris: et cum mentastro monta-
no et butiro et fermento confert apostematibus testi-
culorum flegmaticis. et similiter cum mentastro et
melle confert vlceribus virge. Venena. Fit ex
eo emplastrum cum semine lini ad puncturam scorpionis
et cum mentastro montano et ysopo et melle ad
morsum comune. et aceto et melle ad morsum
habentis .xiiij. et vespe. et cum oxymelle nocu-
mento opij et fungorum mortiferorum.

¶ De serratura. Cap. dcxxv.

Erratura. Natura eius est sicut al-
boris ipsius. Opa. et ppŕie. Serra
tura corrosionis est mundificatiua.
Et inest ei resolutio et exiccatio si fue
rit in arbore ipsius. Vulne. et vlce. Serratura
ligni corrosi ꝯsolidat et ppŕie que est accepta ex
arboribus stipticis sicut quedã genera spinarum
et deinde aggregatur cum tanto aniso quantum
ipsa est cum vino et aduritur: deinde teritur. nã cũ
spargitur sup vlcera formicalia confert eis.

¶ De sale ammoniaco. Cap. dcxxvi.

Al ammoniacus. Electio. Ille est
melior qui est vt borax darus cristal
linus. Natura. Calidus é et siccus
in fine tertij. Opa. et p. Est subtilia
tiuus liquefactiuus. Mé. ocu. Confert albu-
gini oculi. Membra capitis. Cõstringit vuã
que casum patitur et confert squinantie.

¶ De sandaraca. Cap. dcxxvij.

Andaraca. Natura. Calida é et sic
ca in scđo. Opa. et ppŕie. In ipsa
est stipticitas et proprietas retinendi
sanguinem et luctatores ipsa vtuntur
vt leues et fortes fiant et non incurrant difficul
tatem anhelitus. Peco. In ipsa est virtus ma
credinem faciendi valde qñ bibunt de ea quaqz
die tres quarte ʒ i. in aqua et oxymelle. Vulne.
et vlce. Desiccat fistulas qñ cũ ea suffumigatur.
Mé. ca. Eius fumus ꝓhibet catarros et ipsi⁹
iuuamentũ in sedando dolorẽ dentiũ vehemẽs
est et magnũ valde neqz aliqd. inuenitur cõpar ei
in hoc et rectificat gingiuã. Mé. anhe. et pec.
Prohibet tremorẽ cordis sicut karabe et ꝓhi-
bet fluxũ sanguis et ꝓhibet asma humidũ sua
exiccatiõe. et silr vtuntur ea luctatores vt difficul
tatem anhelitus non incurrant. Membra nu
trimenti. Datur de ea in potu spleneticis et con
fert. Membra expulsionis. Est bona solutio
ni antique et fumus eius ꝯfert emorroydib⁹.

¶ De sarace. Cap. dcxxviij.

Arac quid est. Est illud qđ psice noia
tur childaru et frusta radicis eius
sunt cõposita ex partibus sup quas sũt
cortices que velociter ab eis tolluntur
et eius qdem aliud est masculus et aliud femia
sed masculus est fortior. Nã. Calidus é et sic
cus in scđo. Opa. et ppŕie. Exiccat sine mor-
dicatione et in ipso est amaritudo et stipticitas.
Vul. et vlce. Consolidat vulnera. Mé. expul.
Interficit vermes et ascarides et ppŕie cũ siru-
po mellis. sitqz potio ipsius pon. auř. iiij. et pro
prie cum scamonea aut elleboro: et oportet qui
dem vt comedantur ante ipsius potionẽ allea
et similiter interficit fetum.

¶ De silem. Cap. dcxxix.

Ilem quid est. Est meⁿ romana.
Natura. Cal'a est et sicca apud quar
tum. Opa. et ppŕie. Adurit cutẽ.
Membra capitis. Confert torture
cum fit caputpurgium ex vno grano ipsius cũ
aqua sicle. Membra oculi. Rarificat aposte
mata palpebrarum et inflat ea et apostemata
accidentia sub oculo.

¶ De scordeon. Cap. dcxxx.

Cordeon quid est. Alleuz agreste mi
nus plus qz hortulanum. et hz folia et
crus longũ et super qđ é flos albus.
et ipsius qdé rememoratio iam an-
tecessit in canum. Nã. Calidũ est et siccum ad
quartum perueniens. Operationes et ppŕie
tates. Est subtile aperitiuum abstersiuũ. Vul
nera et vlcera. Consolidat vulnera magna et
fraudulenta. Instrumenta iuncturarum. Est
bona attritioni neruorum.

¶ De sadar. Cap. dcxxxi.

Adar quid est. Diximus dispositio
nes eius vbi diximus nabach.

¶ De spolio serpentis. Cap. dcxxxij.

Polium serpentis. dictum est de eo
in capitulo de serpente.

¶ De sedaguard Cap. dcxxxiij.

Edaguard. Nã. Frm̃ est in scđo sic
cum in tertio. Opa. et ppŕie. Re
tinet sanguinẽ. Deco. Prohibet casum ca-
pillorum. Permutatio. Loco eius ponitur
pondus eius de feluzahard et tertia ponderis
ipsius de radice canne.

¶ De siseleos. Cap. dcxxxiiij.

Iseleos quid est. Est alanudẽ roma
num et est simile alantudem: verum-
tamen est longius eo parumper et
vehementius album. Natura. Ca
lidum est et siccum in secundo. Operationes
et proprietates. Est subtiliatiuum resolutiuũ
mundificatiuum carminatiuum. et similiter ra
dix eius et semen ipsius sunt sedatiua dolorum
interiorum et liquefacit flegma congelatum et
de ipso quidem datur in potu animalibus et
multiplicat partus ipsorum et bibitur in vino
et prohibet frigus et nocumentum ipsius in iti
nere: et proprie cum pipere. Instrumenta
iuncturarum. Confert doloribus dorsi. Mé
bra capitis. Confert valde soda. Mem-
bra anhe. et pec. Confert asmati et difficulta-
ti anhelitus et anhelitum dilatatiõis et tussi anti-

que propter radix ipsius et semen eius simul
et qn̄ cōficitur radix eius cum melle et degluti
mundat pectus ab humiditatibus viscosis.
Mē.nutri. Resoluit inflationē et sedat dolo-
res viscer̄ et digerit radix eius ꝓpter cibū et est
bonū stō. Mē.expul. Resoluit dolorē pun-
gitiuum ventosum et facilē efficit ptum in oīb'
aīalibus et remouet difficultatem vrine. et resol
uit dolores mīcis et pfocationē eius: et cōfert
doloribus viscerum: et succus cruris huius plā
te et semen ipsius cum sunt recentia et bibuntur
ex eis tres anulus sat cum arob. x. diebus sanant
dolorē renū et est iuuatiuum penitus renum.

¶ De firengi. Cap.dcxxxv.

Firengi quid est. Et proximus virtuti
alsedenigi: imo est fortior. Natura.
Frigidus est et siccus. Opa. et pro.
Est stipticus et in ipso est ex cerusa
frigus: verum subtilior plurimū extrā ꝓhibet
fluxus. Vulnera et vlcera. Ponit in cerato
super adustionem ignis. Membra expulsio-
nis. Prohibet fluxum sanguinis.

¶ De scamonea. Cap.dcxxxvi.

Scamonea quid est. Succus volubi-
lis cuiusdā cuius virtus vsq; ad. xxx.
perdurat annos. Electio. Melio-
ris ꝓprietatis est illa que ē varia ad
albedinē declinans et est quasi sit fragmentum
ostraci: et est puluerizabilis: velociter solubilis
varia: que cum resoluit in aqua facit ipsa3 sicut
lac: et melior quidem qua est vtendum est que
assatur in pomo et cu3 qua admiscet aqua apij:
qm̄ remouet eius malitia: et alia mala3 quidē
est mala: qn̄q; vero rectificat scamonea cū assa
tur in pomo pparato in massa et pmiscet cū ani
so et dauco et soluitur cum oleo amigdalino.
Natura. Calida est et sicca in tertio. et eius ca-
liditas maior est siccitate ipsius. Opa. et p.
In ipsa sunt resolutio et absterso et est inimica
stō et epati. Decoratio. Mūdificat morphe
et albaras et pannum. Vulnera et vlcera. Qū
decoquit cum melle et passus et fit ex ea empla
strum super vulnera et resoluit ea. Apata et bo
thor. Ponit cum aceto super scabiem vlcera
tam. Instrā iunc. Cum aceto et famich ponit
super dolores iuncturarū et anche mox empla
stri. Mē.capi. Radix eius et succus radicis
ipsius ponit super sodam antiqua3 cum aceto
et oleo ro. et qn̄ ipsa scamonea admiscet eis am
bobus et ponit sup caput eius qui h3 soda an-
tiq3 sanat eū. Mē.anhe. et pec. Est ex eis que
nocent cordi. Mem.nutri. Nocet stō et epati
valde: sed eius malitia frangit cum assatione et
semine apij. et ipsa quidem est ꝯturbatiua et fa-
cit nauseas et destruit appetitū cibi et facit sitim.
Mē.expul. Solōe educit colerā fortiter: ipsa
vero in regionibus diuersificat adeo ꝙ ego vi
dim qbusdam libris medicoꝝ dosim eius plu
rimi ponderis. ¶ Et ēt ipsa nocet intestinis et
supponit ad abortu3. et cum ex radice arboris
eius bibit pondus aurei soluit colerā citrinam
et flegma. ¶ Et dixerunt quidam qn̄ ex scamo
nea bibitur plurima quātitas et superflua et est
medietas. ʒ. retinet primū: deinde ꝯturbat et fa
cit nauseas et ꝓuocat sudorē frīm: deinde qn̄q;
aduenit eius solō cum supfluitate et est interfe-
ctiuus: et dixerunt qdam ꝙ qn̄ ex antiqua sumi
tur quātitas parua ꝓuocat et non soluit et po-
tus ipsius cum aloe est minor ad ista: et sit cu3
lupinis salitis et seminibus redolentibus: et qn̄
supponit in lana interficit fetum. ¶ Et cū eius
timemus malitiā rectificamus eam: qm̄ confi-
cimus ipsam cum aqua cydonioꝝ acetosorum
et pomoꝝ aut aqua ro. et qn̄q; ponit in ipsa su
mach fm quātitatē qua possit confici et fiunt in
de trocisci subtiles et exiccant in vmbra et ad-
ministrant fm quātitatē necessariā. Venena.
Confert puncture scorpionū et bibita et linita.

¶ De serapino. Cap.dcxxxvij.

Serapinum quid est. Serapinum est
gūmi arboris in qua non est iuua-
mentu3 sed in gūmi eius: et dr̄ ꝙ est
quedam spēs galbani que resoluit et
fit serapinū. Electio. Melior duarū specieꝝ
eius est illa que est spissior et clara cuius pars
interior ad rubedinē declinat et exterior ad al-
bedinem: et resoluit velociter in aqua non sicut
adulteratu3 cum galbano cuius galbano albo
fit simile et qd̄ melius ē de eo est illud de sapha
no. Natura. Calidum est in tertio siccum in
scdo. Opa. et ꝓprie. Est resolutiuum subtilia
tiuum carminatiuū calefactiuū abstersiuum.
Instrā iunc. Confert paralysi et rupture lacer
torum et chordarū eoꝝ: et soluit mās que sunt
in verisq; anchis clysterizatū et bibitum: et simi
liter doloribus iuncturarū malis. Mē.capi.
Resoluit soda frīm et ventosam et confert epi
lepsie. Mē.ocu. Cōfert obscuritati oculi in al
cosol: et grossitudini palpebrarū et vestigijs in
oculo: et est de melioribus medicinis que sunt
ad aquā descendentē in oculū. et si terat cū ace
to et ponat super ordeolum delet ipsu3. Mē.
anhe. et pec. Confert dolori pectoris et lateris
et tussi antique et bibunt cu3 aqua rute expresse
tres quarte. ʒ. i. ad malinā anhelitus et ipm mū
dificat pectus fortiter et extrahit humores cru
dos. Mē.nutri. Cōfert hydropisi et extrahit
aquā citrinā. Mē.expul. Confert colice bibi
tum et clysterizatū: et dolori ventris pungitiuo
et extrahit lapidem et ambobus: et augmentū
efficit in coitu et confert doloribus matricum:
et qn̄ bibitur cum oxymelle ꝓuocat menstrua et
interficit fetum. et ipsum qdem lenit ventrē cu3
facilitate et extrahit humorē viscosum et aqua3
citrinam. Febres. Confert febribus periodicis.
Venena. In vino datur ad bibendū ad pun-

cturam vermium venenosorum et ad omnia venena mortifera. et eius opo est fortior opo/ ne galbani. et qñqz confert delinitum in oibus locis. Permutatio. Loco eius ponit gum ma cedri et dixerunt gũma pini masculi et di/ xerũt pondus ipsius et mediũ de opoponaco.

¶ De scolopendria. Cap. dcxxxviij.

Colopendria quid est. Df qꝫ est plã ta petrosa que nascit in loco plurimo rum fontium: et dixerunt qdam qꝫ est spẽs silique et df aliud. Nã. Ca lida est in primo sicca in scdo. Opa. et pprie. Est subtilis resolutiua et in ipsa non est pluri/ ma caliditas. Mẽ. nu. Confert spleni magnĩ fice: qñ. n. sumit cum oxymelle facto ex aceto in quo decocta sunt folia eius. xl. diebus delet sple nem. et cõfert singultui et ictericie. Mẽ. expul. Frangit lapidem in renibus et vesica et dicitur qꝫ suspensa ad collum ꝓhibet impregnationẽ.

¶ De suhal. Cap. dcxxxix.

Uhal quid est. Est ex suba calã acri. Nã. Est calida et acris cum equali/ tate. Apata et bo. Folia eius rũpũt aldubeliet et resoluunt ea in dispõne principij eorũ. et que recens est maturat apata in obedientia maturationi. Uul. et vlce. Que recens est eradicat scabiez vlcerarũ. Mẽ. ocu. Ponit in medicinis acuẽtibus visum. Mẽ. anhelitus et pectoris. Dicitur qꝫ est optima medicina tussi et anhelitui dilatationis adeo qꝫ ex ea fit suffumigatio et confert.

¶ De seisaron. Cap. dcxl.

Eisaron quid est. Est lignum visus et est in ipso amaritudo et stipticitas. Nã. Calidũ est et siccũ i scdo. Opa. et pprie. In ipso est resolutio et sti/ pticitas pauca. Mem. nu. Decoctio radicis eius confert dolori stomaci. Membra expul. Decoctio radicis eius prouocat.

¶ De sumio. Cap. dcxli.

Umium quid est. Est curaci albani exñs in aquis stãtibus: et in ipso est bonus odor. et dicetur in ca. de caf. Membra expulsionis. Medulla eius decocta et non decocta confert lapidi et ꝓ uocat et confert dissinterie.

¶ De sucuto. Cap. dcxlij.

Ucutum quid est. Df qꝫ est sempui ua. et df qꝫ est spẽs seminis mandra gore: et df aliud: et est duarum spẽz quarũ vna est petrosa. et alia non est petrosa. Nã. Qd in ea magis dñaf ẽ frigus et siccitas: et in ipsa est humiditas calida rpata et subtilitas et icisio: et viscositas: et neqz hꝫ odo rum: et hꝫ dulcedinẽ quãdã et aqua eius attra/ hit sputum: et aggregando partes carnis in va se facit rem vnam. Opa. et pprie. Est equalis et subtilis et incidit et viscositatẽ cepariũ resoluit

et aliquid est in ipso per qꝺ aggregat et constrin git. Iunctura iunc. Decoctio eius confert attri tioni neruorum et lacertorũ in medio eorum et in extremitatibus ipsorũ et recens consolidat. Mẽ. anhe. et pec. Sanat asperitatẽ pectoris et gutturis et ꝓhibet sputum sanguinis et cum aqua mellis mundificat pulmonem. Mẽ. ex/ pul. Confert vlceribus intestinorũ et abrasio/ ni et rupture inguis aquosse et doloribus renũ et retinet fluxum sanguinis menstrui. Per/ mutatio. Loco eius ponitur succus foliorum lactuce aut aqua solatri.

¶ De sumach. Cap. dcxliij.

Umach quid est. Aliud est coriasce/ ni. et aliud est semi minus coriasceno rubeum: lentis similitudinez hñs: et est conueniens ei cui cõueniunt aca/ tia et rosa: et cũ decoquit cuz aqua: deinde eius decoctio inspissaf. sicut mel conuenit ei cui con uenit licium. Nã. Est frĩm in scdo siccum in tertio. Opa. et pprie. Est stipticum ꝯstrictiuũ confortatiuum et acetum eius est subtilius eo et ꝓhibet fluxum: ita qꝫ quidam dñt qꝫ appensus retinet illud: et ꝓhibet attractionẽ colere ad vi/ scera. Deco. Decoctio sumach qua tinctores vtuntur et coterũ preparatores denigrat capil los. Apa. et bo. Fit ex eo emplm̃ sup percussio/ nem et ꝓhibet apata et viriditatẽ et confert pa/ naritio et ꝓhibet additionẽ apatum. Uulne/ ra et vlcera. Prohibet ambulationẽ fraudulẽ tiarum. Iunctura iunc. Embrocaf ex decoctio ne eius torsio et non apatur. Mẽ. ca. Prohi bet sanies auris. et gũma eius qñ ponitur in cor rosionem dentium sedat dolorem eorũ. Mẽ. bra nutri. Preparat stõm confortãs ipsum et sedat sitim et facit appetitum acetositate sua et se dat nauseam colericam. Mẽ. expul. Cõstrin git et retinet menstrua et fluxum: et prohibet ra suram clysterizatur ad dissinteriam et cursum matricis et emorroydas.

¶ De sicla. Cap. dcxliiij.

Icla quid est. Est duarũ spẽz. vna ẽ nigra ꝓp vehementiã viriditatis. alte ra est illa que est nota. Nã. Apud quosdam est calida et sicca in primo. et sm veritatẽ est cõpositarũ virtutum: et apud quosdam est frigida et non est dubium quin in eius radice sit humiditas. Opa. et pprie. In sicla est virtus baurach subtiliatiua. et in ipsa est resolutio et apertio fortior resolõne attriplicis et lenificatio: et in ea que est nigra est stipticitas et pprie cum lentibus: et bauracitas que est in ipsa est solutiua et terreitas est ꝫctiua: et totum elixatum est mali chimi et totum eius est parui nutrimenti sicut reliqua olera. Deco. Prohi bet succus eius et decoctio foliorũ eius fixuras frigoris: et confert alopitie et confert panno cuz ex folijs eius administratur emplastrum post

ablutionem loci cum nitro: et quandoque abscin dit verrucas succus eius et interficit pediculos. Apa. et bo. Ex ea elixata fit emplastrum apatibus et resoluit et maturat ea. et confert modo emplastro facto ex ea resolutione sua. Vulne. et vlcera. Folia eius bona sunt decoctis adustioni ignis et conferunt impetigini linita cum melle. Me. ca. Ex aqua eius cum felle gruis fit caputpurgium et delet torturam et valet ad vlcera narium: et eius aqua tepida distillatur in aurem et sedat dolorem et lauatur caput cum aqua eius et aufert furfures. Me. nutri. Radix eius est mala stomacho faciens nauseam: et plurimum illius est propter bauracitatem eius mordicatiuam: et est mali chimi: et lauat bauracitate sua adeo vt mordicet stomachum fortis sensus: et eius nutrimentum est paucum et aptio eius est parua et ad opilationes epatis fortior est apertione malue, proprie cum sinapi: et aceto: et similiter etiam spleni: et oportet vt comedatur cum muri: et cum speciebus que sunt ad condienda cibaria. Me. expul. Dicitur quod illa que est nigra stringit et proprie cum lentibus: sed non est dubium quin elixata, proiecta eius aqua cum in patella in furno ponitur constringat: et fit cum ea clystere ad extrahendum fecem: et totum eius generat inflationem et rugitum et dolorem ventris pungitiuum. et est bona colice cum assumitur cum speciebus condientibus et muri.

¶ De stinco. Cap. dcxlv.

Stincus quid est. Est guaral de nilo qui capitur in egypto: et existimauerunt quidam quod fit de partu crocodili in campos. Electio. Melius quod est in ipso est illud quod est in parte renum. Membra expul. Quandoque auget coitum adeo vt non sedetur nisi sorbitione iuris lactucarum et lentium.

¶ De seuesten. Cap. dcxlvi.

Seuesten et nominatur mukeita. Natura. Sunt quasi temperate. Opa. et proprie. Sunt lenitiue. Me. an. et pec. Leniunt pectus et guttur. Me. nutri. Sedant sitim et proprie semen eius cum sagzenea. Mem. expul. Leniunt ventrem.

¶ De semabras. Cap. dcxlvii.

Semabras. Decora. Fit ex eo emplastrum super spinas: et ea que carni sunt infixa et super verrucas contritto: et extrahit eas: et super ea que sunt vt claui: et euellit: et dicitur quod illud quod de eo siccum est cum conuiscetur cum oleo facit nasci capillos super tineam. Me. ca. Dicitur quod epar ipsius sedat dolorem molaris dentis. Me. expul. Vrina eius et sanguis ipsius mirabilis iuuamenti sunt in ruptura infantium cum sedent in decoctione eius et quandoque ponitur in vrina eius et in sanguine ipsius aliquid de muscho et ponitur in virga infantis et fit vltimi iuuamenti in ruptura. Venena. Finditur et ponitur super puncturam scorpionis.

¶ De spica. Cap. dcxlviii.

Spica quid est. Spica due sunt species quarum vna est spica aromatica: et est spica auium. et altera est nereiden: et est spica romana. et alirbitia: debilior est inda et syria: et in omnibus proprietatibus suis nisi in prouocatione: et alirbitia est in virtute proxima syrie: et eius quidem arbor parua est et euellitur cum luto suo: et egreditur: que quandoque adulteratur cum planta que est sibi similis. Inter eas vero discernitur: quoniam planta illa est horribilis odoris: et nereiden preterea quedam est montana cuius folia sunt sicut folia croci hortulani: et similiter stipites eius sed sunt citrini plani non in modum renis inuoluti plures habet radices. s. duas aut plures: et non habet eius neque fructum neque florem. Electio. Inquit Dia. Melior est cuius pili sunt plures et declinant ad ruffedinem: et est boni odoris sicut ciperi: et parua spica mordicans linguam. et hec est siria. inda vero est debilior et longior: et plus omnis spica inuoluta. horribilis odoris: et rumpitur velociter cum sumitur a suorum villorum et cadit ex ea puluis niger magnus: et adulteratur: quia decoquitur post infusionem cum aqua calida deinde fit grauis cum antimonio postea venditur. ipsum vero signant eius albedo et color antimonij et debilitas virtutis eius et debilitas saporis ipsius et odoris: nigra vero inda melior est rubea: et nereiden quidem melior est illa que est recens boni odoris plures habens radices grossas que non frangitur. illa vero que habet eius declinans ad albedinem et proprie in medio sui non est aliquid proprie que est horribilis odoris. Natura. Calida est in primo sicca in secundo. Operationes et proprietates. Est apertiua resolutiua. et in inda quidem est stipticitas plurima et caliditas eius minor est sed est leuis. et in primis quando gustatur est rancida: deinde procedunt ex ea caliditas et acuitas. et ex spica aromatica fit puluis prohibens sudores plurimum et lutum quidem spice est abluens corpus et est bonum ad bonum odorem faciendum. Apostemata et bothor. Resoluit apostemata et bothor. Membra capitis. Prohibet reumatismos et confortat cerebrum. Membra oculi. Facit nasci pilos in palpebris quando ponitur in alcofol: et trahitur radius inuolutus in puluere super palpebras: et nereiden est fortior in hoc secundum quod existimo. Membra anhelitus et pectoris. Confert tota tremori cordis et mundificat pectus et pulmonem et prohibet effusionem materierum ad ea et fluxus. Membra nutrimenti. Aperit opilationes epatis et stomaci et confortat ea: et conferunt omnes icteritie: et prohibent effusiones materierum ad stomacum: et sedant mordicationem eius: et quando bibitur quecunque species ipsius fuerit cum vino confert spleni. Membra expulsionis. Omnes prouocant et alirbitia

est fortior quoniam est calidior et minoris sti/pticitatis: et phibet apostemata matricis omnia sedendo in ea: et confert doloribus renum et phibet cursuz materiez ad intestina: et habet pprietatē in retinendo fluxū supfluū a mrice.

¶ De sauich. Cap. dcxlix.

Auich quid est. Jam dictū est in capitulo tritici et ordei. Mē.an.et pec. Confert pectori et pulmoni.

¶ De sisamo. Cap. dcl.

Sisamum quid est. Est semen pluris vnctuositatis q̄ reliqua semina. et propter hoc rancidum fit facile. quidam autem dixerunt q̄ eius oleum non confert nisi melācolicis vt eos impinguet et humectet. et asimum quidē est genus quoddam sisami abhominabilis saporis. Electio. Corpus eius est fortior oleo ipsius. Natura. Calidum est in medio pmi humidum in fine eius. Operationes et proprietates. Est glutinatiuum lenificatiuum equalis calefactiōis: et similiter oleū eius et decoctio ipsius. et est mollificatiuuz et in oleo eius est grossitudo et quod torrefactum est minoris est nocumenti. Decoratio. Resoluit viriditatem percussionis et sanguinem congelatum et confert fissure et asperitati melancolicorum bibituz et linitum: et est impinguatiuum et proprie excorticatum et prolongat capillos: et proprie succus arboris eius et foliorum ipsius: et lenit eos et remouet furfures et oleuz eius quo decoquitur mirtus cōseruat capillos et fac eos fortes et duros. Apostemata et bothor. Resoluit apostemata calida. Vulnera et vlce. Ponitur super adustionem ignis et oleum eius bibitum aufert pruritum flegmaticum et sanguinez proprie cum infusione aloes et aqua vue passe. Instrumenta iuncturarum. Ex eo fit emplastrum ad grossitudinem neruorum. Membra capitis. Cōfert oleum eius cum virtute rose soda adustiue et succus arboris ei9 sanat furfures. Mē.oculi. Confert suppositum pulsationi oculi et apostemati eius. Membra anhelitus et pectoris. Est bonum constrictioni anhelitus et asmati. Membra nutrimenti. Est malum stomaco faciens nauseam prosternens desideriuz sanans velociter: sed quando comeditur cuz melle remouetur eius malitia et tardatur eius digestio et mollificat viscera: et quod torrefactuz est: est minoris nocumenti. et eius nutrimentū est vnctuosuz valde et in ipso est virtus faciēdi sitim et fit velox eius descensio cum cortice suo. cum autem excorticatur tardat eius descēsio. Membra expulsionis. Confert intestino colon: et infusio quidem sisami est vehemens in prouocatione menstruoruz adeo q̄ ipsa eijcit fetum: et quando frangatur et comeditur cuz semine papaueris et semine lini cum equalitate augmentat sperma et coitum. Venena. Confert morsui canis rabiosi et serpentis lenticularis.

¶ De sacondulion. Cap. dcli.

Acōdulion. Apostemata et bothor. Ponitur cum rutha super formicā et ad fistulas. Mē.ca. Suffumigat cum eo patiens subeth et cōpatiendo inungit ex ipso cum acetosa hñs litarabitū et letargiam et distillatur succus humidi in aurem saniosam: et confert valde soda. Mē.an.et pe. Cōfert difficultati anhelit9 et asmati. Mē.nutri. Confert radix eius doloribus epatis et confert icteritie. Mē.expul. Solutione educit flegma: et confert prefocationi matricis.

¶ De safid. Cap. dclij.

Afid. Na. Calidū est et siccuz in 3°. Opa. et p. Est mordicatiuum acre. Venena. Confert venenis oībus.

¶ De semurion. Cap. dcliij.

Emurion quid est. Est apium siluestre: et dictum est de eo.

¶ De squilla. Cap. dcliiij.

Quilla quid est. Est cepe marina et ci9 folia sunt sicut folia lilij: et hz oleū ad nigredinem declinans. Natura. Est calidū et siccum in secundo. Opa. et pro. Est incisiuum et in ipso est viscositas adustiua. Decora. Ponit confectum cum melle super alopitiā et serpigines. Mē.an.et pe. Eius acetum exasperat guttur et indurat carnē ipsius: et est bonū asmati et orthomi et tussi antique.

¶ De solatro. Cap. dclv.

Olatruz. Electio. Melius quod de ipso administratur est habens folia viridia et citrinū semen: et est gnq3 specieruz. Natura. Frigidū est in pmo siccum in scdo: et stupefactiuū est frigidum et siccū in tertio. Opa. et pprie. Hortulanū est infrātiuum pstrictiuū et est quoddam genus ipsius stupefactiuū faciēs somnū silr opio in pprietatibus suis: nisi q2 est debilius eo et est quoddaz genus eius qđ est mortale. Apata et bo. Est emplim bonum apatibus calis oibus intrinsecis et extrinsecis et bibit aqua eius ad apata cala intrinseca: et ponit aq̄ eius cū cerusa, et oleo ros. sup herisipillā et formicam more empli: et cortex radicis eius ē vehemētis exiccatiōis. Mē.ca. Si bibat ex eo qđ ē stupefactiuū vltra.xij.grana facit euenire maniā: et qñ ex aqua eius fit gargarisma pfert apatibus lingue: et si bibatur ex cortice radicis pondus aurei. cum vino attrahit somnum: et cū solatrum optime terit et fit ex eo emplm capiti sanat soda et resoluit apostemata radicis auris: et apostemata velaminis cerebri: et confert distillati dolori auris. Membra oculi. Sanat fistulas oculi lachrimalis et fruct9 et succus specieꝝ ei9 vsq3 ad illā q̄ facit somnum: cum fit ex ea alco/

sol confortat visum. Membra expul. Semen stupefactivi est, provocativum urine mundificativum renum et vesice: et oēs spēs cuz superponuntur abscindunt fluxum menstruorum et est ex eis que infrigidant et prohibent pollutionē et est species solatri preter alchichēgi et preter hortulanū et pter stupefactivū pdictum qn̄ comedunt ex eo .iiij. aur. interficiunt: et aqua foliorum eius facit possidere maniam: et non est in eo iuvamētū solatri nisi ad emplastrum faciendū.

¶ De scorpionibus. Cap. dclvi.

Scorpiones. Mēbra capitis. Oleū scorpionum confert doloribus auris valde.

¶ De sudore. Cap. dclvij.

Sudor quid est. Est aquietas sanguinis cui pus colericum est admixtū. et oportet ut administretur dum nō dum est exiccatus: imo dum in eo est humiditas. et ipse quidem magis est digestus q̄ urina. est enim superfluitas unctuositatis et humiditatis post digestionem ultimam et est urina secū de digestionis superfluitas. Opera. et pprie. Est magis digestus q̄ urina et diversificat fm qualitates et in ipso est resolutio non pauca. Apostemata et bothor. Sudor athletarum confert apostematib⁹ inguinis: imo resolvit ea. Mēbra anhelitus et pectoris. Sudor siccus luctantium cum oleo de alcāna ponitur super apostemata mām̄ille et resolvit ea et cum oleo ro. ad congelationem lactis in mām̄illa. alteratio vero magne et alteratio parve fiunt cuz centaurea maiore et minore.

¶ De sandalo. Cap. dclviij.

Sandalus. Elecsio. Dixerunt. G. et filius mesaugue rube⁹ est fortior. et dixerunt alij albus est fortior.

Natura. Est frigidus in fine secundi. usq̄ ad tertium perveniens siccus in secundo. Operationes et proprietates. Prohibet attractionem et proprie rubeus. Apostemata et bothor. Resolvit apostemata acuta et proprie rubeus et liniitur ex eo herisipilla. Membra capitis. Confert soda. Membra anhe. et pecto. Confert tremori cordis accidenti in febre linitus et bibitus. Membra nutri. Cōfert debilitati stomaci calidi bibitus et linitus. Febres. Cōfert febrib⁹ calis et pprie albus.

¶ De sapone. Cap. dclix.

Sapo. Opa. et pro. Est ulcerativ⁹ et putrefactivus. Mē. ex. Resolvit colicā et solvit humorem crudum.

¶ De sabane. Cap. dclx.

Sabane. Operationes et pprie. Est abstersivum exiccativum mali humoris. Vulnera et ulce. Facit possidere scabiem et pruritū. Instrumēta iuncturarum. Confert dolori anche flegmatico. Membra capitis. Removet fetorem oris factum ex stomaco et corruptionem eius et abstergit humiditatem stomaci et exiccat eam.

¶ De safuruhum. Cap. dclxi.

Safuruhū qd est. Est avis cuius nomē est hoc nomen in francia.

¶ De sarsar. Cap. dclxij.

Sarsar qd est. Est ferrū calidū. Membra capitis. Quando coquitur cuz oleo aut īfundit in ipso: deinde coquitur et distillatur in aurem removet dolorem eius et pulsationem ipsius.

¶ De sasaf. Cap. dclxiij.

Sasaf quid est. Est salix.

¶ De salxailr. Cap. dclxiiij.

Salxailr qd est. Rosaf salxailr. anchamen: et est rosa rubea vehementer. Nā. Est calā in scdo hūida in ipso. Opa. et pprie. Est abstersiua resolutiua. Inqt Gal. est abstersiua lavativa attractiva apitiva resolutiva. Decora. Denigrat capillos mixta cū corticibus nucis. et qn̄ administrant folia eius et stipites ipsius sicut sunt aut decocta cū sorbitione ordei et decoquunt pvocant lac. Apata et bo. Liniitur ex decoctione eius sup apata q̄ non sunt dura et fit eūo per eam sup carbūculos et bothor calas. Vul. et ulce. Illud qd de ea siccū est ɔfert ulceribus sordidis icarnat ex ea excoriatione et in ipsa mundificat ulcera cōferens excoriatiōibus et scabiei ulcerose. Mēbra ca. De eius succo fit caputpurgiū ad purgādum caput et cerebrū. et eius radix masticat ad exhēdas humiditates a capite. Mē. oculi. Succus eius ɔfert tenebrositati oculi et visus et albugini eius et vestigijs ulcerū. et qn̄ decoquntur cum vino: et fit inde emplm̄ sanat apata dura in apatibus oculi. Mēbra anhe. et pec. Si coquantur folia eius cum suis stipitibus et cuz succis ordei sorbilibus et comedat facit abundare lac. Mēbra expul. Provocat mēstrua.

¶ De sehedenigi. Cap. dclxv.

Vermis quid est. Est vermis grane & est vermis tinctorum cuius virtus est sicut virtus ceruse. veruntamē est subtilior & magis vadens in profundum. quidam autem dixerunt q̄ colligitur hic vermiculus ex rebus pluribus: ita q̄ colligit̄ ex arboribus glandes ferentibus. Natura. Vermiculus grane recens infrigidatiuus est: & in ipso siccitas est quantitatē habens. Operationes & proprietates. Vermiculus grane qui est vermis tinctorum est purpureus & exiccat sine mordicatione. & Gal. quidem dicit q̄ ipso est stipticitas tēperata &. Vul. vl. Vermiculus grane confert vulneribus neruorum tritus cum vino aut aceto cum melle. Dicitur autem q̄ vermis plurium pedum qui mo

ratur sub lagenis fm quod dicitur cum bibitur ex eo ant. remouet spasmum ⁊ alcuzez nocentes. Membra capitis. Vermis plurium pedum qui est sub amphoris quando teritur cum cortice granati: ⁊ cum oleo ros. ⁊ distillatur in aurem sedat dolorem. Membra anhelitus ⁊ pectoris. Vermis rubens qui est sub vrceis aque qui habet pedes plurimos: ⁊ cum tangitur rotundatur: quando cum eo tangitur palatum cum melle valet prefocationibus: ⁊ similiter cum comeditur confert asmati ⁊ dilatationi anhelitus fm quod dicitur. Membra nutrimenti. Predictus habens plures pedes confert ictericie bibitus cum vino. Membra expulsionis. Vermis plurium pedum qui est sub cisternis ⁊ vrceis bibitus cum vino est bonus difficultati vrine. Venena. Vermis oculorum contritus liniitur super puncturam vermium venenosorum ⁊ confert ei.

¶ De vzifur. Cap. dcccxx.

Vzifur quid est. Dixerunt quidam quod eius virtus est virtus cerusse. ⁊ dixerunt alij virtus eius est virtus alscedenegi. Natura. Verius est vt sit calidum ⁊ siccum: ⁊ vt quasi sunt ambo in fine secundi: quod autem dicitur preter hoc: est dictum per ignorantiam. Operationes ⁊ proprietates. Apud quosdam eius stipticitas est fortior quam ipsius acuitas ⁊ apud alios eius acuitas est fortior stipticitate ipsius. Vulnera ⁊ vlcera. Consolidat vulnera generat carnem in vlceribus ⁊ prohibet adustionem ignis ⁊ ostracositatem. Membra capitis. Prohibet corrosionem dentium.

¶ De vitro. Cap. dcccxxi.

Vitrum quid est. Vitrum inter lapides est sicut stultus inter homines: declinat enim ad omnem tincturam ⁊ tingitur ea ⁊ frangitur ⁊ abscinditur cum eo. Natura. Calidum est in primo siccum in secundo. Decoratio. Abstergit dentes ⁊ facit oriri pilos quando cum oleo sambucino inungitur. Operationes ⁊ proprietates. In ipso est stipticitas ⁊ subtilitas. Membra capitis. Mundat furfures quando cum eo fit ablutio. ⁊ abstergit dentes. Membra oculi. Abstergit oculum ⁊ delet eius albuginem ⁊ adustum est fortius. Membra expulsionis. Quod ex eo tritum est ⁊ adustum confert valde lapidi vesice ⁊ renum quando bibitur cum vino.

¶ De vua passa. Cap. dcccxxii.

Vua passa dicetur in capitulo de vua.

¶ De ventre. Cap. dcccxxiii.

Venter. Operationes ⁊ proprietates. Parui est nutrimenti mali chimi: ⁊ similiter quod similatur ei ex visceribus quamuis eius bona fiat digestio: veruntamen pluris est nutrimenti quam pulmo: ventres autem auium quando digeruntur sunt melioris nutrimenti ⁊ plurimi ⁊ precipue gallinarum ⁊ anserum. Membra nutrimenti. Est tarde digestionis.

¶ De vite. Cap. dcccxxiiii.

Vitis quid est. Inquit Dia. vitis siluestris ⁊ montana habet ramos longos similes illis quos facit vitis. ⁊ earum folia sunt sicut folia vue lupine domestice: sed sunt latiora ⁊ flos eius pilosus est: ⁊ fructus eius est sicut vua qui fit rubeus apud maturationem: ⁊ granum eius est rotundum ⁊ comeduntur folia eius statim cum nascuntur. Opera. ⁊ proprie. Cinis ramorum eius ponitur in medicinis cauterizantibus ⁊ oleum vitis est sicut oleum ro. veruntamen non est in eo illius subtilitas: et oleum quidem musti est sedatiuum et calefactiuum et flos siluestris est vehementis stipticitatis. Decora. Lachryma eius valet super verrucas formicales. et vitis quidem siluestris abstergit pannum et lentigines: sed domestica est debilis: et lachryma siluestris forsitan eradicat pilos cum oleo: et precipue que assumitur ex ramis eius recentibus cum inflammantur: et oleum eius est fortius omnibus oleis. Vulne. et vlcera. Lachryma vitis est bona scabiei et impetigini. et fructus vitis siluestris prohibet a pari vulnera. Iuncture. Cinis vinacie eius quod remanet cum aceto confert torsioni neruorum: et cinis ramorum eius cum oleo ponitur super contusionem lacertorum et mollificationem iuncturarum: et quandoque bibitur cinis eius propter casum et oleum musti est bonum doloribus lacertorum et neruorum lassitudini. Mem. ca. Folia eius ponuntur in emplastro ad soda calidam. et radix vitis nigre et albe et siluestris est ex summa medicinarum abstergentium sordes auris: et est ex medicinis conferentibus surditati: et cortex eius que siluestris est cum melle sanat gingiuam sanguineam. Mem. oculi. Folia vitis cum sauich ordei more empli supposita oculo prohibent fluxus ad ipsum. Mem. anhe. et pec. Succus foliorum domestice confert sputo sanguinis: et similiter fructus siluestris bibitus. Mem. nu. Emplastrum factum ex foliis et filis eius cum sauich ordei valet super apostema stomachi et inflationem eius: et succus foliorum eius confert dolori stomachi et calitati: et quando bibitur radix siluestris cum aqua vel aut vino confert hydropisi. et solutione educit aquam: et fructus vitis siluestris est bonus stomaco et nausee et conturbationi et acetositati cibi. Membra expulsionis. Succus foliorum eius est conueniens dissinterie. et dolori ani ex caliditate: et eius lachryma que est sicut gumma bibitur cum vino et frangit lapidem: et cinis eius quod remanet post expressionem cum aceto ponitur super emorroydas. et mora: et fructus eius bonus est ano prouocat enim et constringit. Venena. Cinis eius quod remanet est tyriaca morsui vipere.

¶ De volubili. Cap. dcccxxxv.

Volubilis. Natura. Est equalis ad caliditatem quandam declinans ⁊ siccitatem plurimam. ⁊ est lenificatiua ⁊ apud alcanzi est frigida. Operationes ⁊ proprietates. Est resolutiua apertiua: ⁊ nota que nominatur funis pauperum: constat ex terreitate constrictiua ⁊ aqueitate lenitiua ⁊ acredine ignea: sed exiccatio destruit aqueitatem eius ⁊ in ipsa est mundificatio. Decoratio. Lac volubilis magne abradit pilos ⁊ interficit pediculos. Vulnera ⁊ vlcera. Folia funis pauperum recentia conuenientia sunt vlceribus magnis ⁊ consolidant ea decocta in vino: ⁊ ex eis emplastrum factum superpositum adustioni ignis proprie cum cerato: ⁊ ad hoc non est ei par. Membra capitis. Distillatur succus eius in aurem dolorosam cum cotto proprie cum oleo ros. ⁊ proprie cum est apostemata calidum et confert soda antique: et succus eius confert materiei attracte ad aurem si est antiqua ⁊ vlceribus antiquis in ea. Membra anhelitus et pectoris. Est bona pectori et pulmoni et mundificat asma. Membra nutrimenti. Aperit opilationes epatis. et folia eius cum aceto sunt bona spleni. Membra expulsionis. Aqua eius soluendo educit coleram adustam et quando non decoquitur est fortior et est quedam species volubilis mala solutione educens sanguinem.

¶ De virga pastoris. Cap. dcccxxxvi.

Virga pastoris quid est. Est albathar et est masculus et femina: sed masculus est fortior. Operationes et proprietates. In ipsa est stipticitas. sed pars aquea in ipsa est plurima: et propter multitudinem repulsionis materierum effusarum existimant quod est exiccatiua: et similiter prohibet fluxum apostemata ⁊ bothor. Fuit ex ea emplastrum flegmoni ⁊ herisipille ⁊ formice: ⁊ est valde conferens apostematibus vlceratis. Vulnera ⁊ vlcera. Consolidat vulnera recentia. Membra capitis. Succus eius interficit vermes auris ⁊ exiccat vulnera eius. Membra anhelitus ⁊ pectoris. Aqua eius confert sputo sanguinis. Membra nutrimenti. Fit ex ea emplastrum ad inflammationem stomaci infrigidata. Membra expulsionis. Prohibet fluxum sanguinis ex matrice ⁊ sanat vlcera intestinorum. ⁊ Dia. quidem existimauit quod ipsa prouocat vrinam ⁊ sanat illum qui retinet eam ⁊ non potest mingere.

¶ De vua. Cap. dcccxxxvij.

Vua. Electio. Alba laudabilior est quam nigra cum equantur in reliquis proprietatibus suis. s. spissitudinis subtilitatis ⁊ dulcedinis ⁊ reliquorum: ⁊ dimissa post collectionem duobus diebus aut tribus melior est collecta in eadem hora. Natura. Cortex vue frigidus est ⁊ siccus. Operationes ⁊ proprietates. Collecta in eadem hora est inflatiua ⁊ suspensa donec detumescat cortex est boni nutrimenti: ⁊ est confortans corpus ⁊ eius nutrimentum est simile nutrimento ficuum in paucitate malitie: ⁊ est plurimi nutrimenti: quamuis sit minus nutrimento ficuum. ⁊ matura minoris est nocumenti quam non matura: ⁊ quando non digeritur vua eius nutrimentum est crudum: ⁊ nutrimentum quidem vue cum sua dispositione plus est nutrimento succi eius. sed succus eius est velocioris penetrationis ⁊ descensionis: ⁊ vuam stipticam separatur quam resoluat appensio. Acetosa vero non est ita. Membra nutrimenti. Vua passa est amica epati ⁊ stomaco Membra expulsionis. Vua ⁊ vua passa cum suis interioribus bone sunt doloribus intestinorum: ⁊ vua passa confert renibus ⁊ vesice: ⁊ vua quidem in eadem hora collecta mouet ventrem ⁊ inflat: ⁊ omnis vua nocet vesice.

¶ De venis tinctorum. Cap. dcccxxxviij.

Vene tinctorum. Natura. Sunt calide ⁊ sicce declinantes ad secundum. Operationes ⁊ proprietates. In ipsis est abstersio fortis. Membra capitis. Confert earum masticatio dolori dentium. Membra oculi. Succus earum est bonus in acuendo visum ⁊ abstergendo quod est coram pupilla de aqua ⁊ albugine. Membra nutrimenti. Confert icteritie facte ex opilationibus ⁊ proprie cum aniso ⁊ vino albo.

¶ De ventribus. Cap. dcccxxxix.

Ventres. Operationes ⁊ proprietates. Ventres auium pluris sunt nutrimenti ⁊ ⁊ illi qui sunt gallinarum non digeruntur velociter. Membra nutrimenti. Existimauerunt quod tunica interior ventrium exiccata confert stomaci ⁊ dolori eius. Filius mesangue: ⁊ proprie ventris galli.

¶ De vulpibus. Cap. dcccxl.

Vulpes. Operationes ⁊ proprietates. In ipsa est resolutio ⁊ eius pellis est calidior pellium: ⁊ eius quidem pelle iuuantur humectati propter ipsius resolutionem. Instrumenta iuncturarum. Quando vulpes coquuntur in aqua ⁊ embrocantur iuncture dolorose ex ea confert vehementer. ⁊ similiter oleum quando viua decoquitur in ipso: immo hoc est valde fortius: ⁊ oportet quidem vt prolongetur eius sessio in ipso: et melius est vt sit post euacuationem ⁊ purgationem vt non attrahat cum fortitudine sue acuitatis ⁊ resolutionis humores ad iuncturas: ⁊ quando euacuatur corpus post illud non attrahitur ad iuncturas aliquid: quod si resideat erit leue. et similiter adeps vulpis quandoque attrahit aliquid plus eo quod resoluit. et quando quidem decoquitur in

ipso

ipso decolata. & quecunque amborum administretur resoluit illud quod est in iuncturis. Membra capitis. Eius adeps sedat dolorem auris quando in ea distillatur. Membra anhelitus & pectoris. Eius pulmo siccus confert asmaticis valde. eius potio est pondus. ʒ.

¶ De vespertilione. Cap. dccxli.

V Espertilio quid est. Dicitur quod scetirazirac est lac eius: & dicitur quod est vrina ipsius. Natura. In scetirazirac est abstersio & vehemens calefactio. Operationes et proprietates. Unguentum vespertilionis prohibet mamillas puellarum a magnificatione: & prohibet ortum pilorum secundum quod dicitur: sed non est verum. Membra oculi. Cerebrum eius cum melle confert principio aque descendentis in oculum: & eius cinis acuit visum & scetirazirac confert vngule.

¶ De vbere. Cap. dccxlij.

V Ber. Natura. Est frigidum et siccum propter neruos plures qui sunt in ipso. Electio. Nutrimentum vberis pleni lacte quando digeritur propinquum est nutrimento carnis: & illud est melius in quo est lac & quod est alafeguearii: quoniam ipse velociter faciunt descendere ipsum & est aiali bone carnis boni humoris grossi fortis.

¶ De vngula. Cap. dccxliij.

V Ngula quid est. Decoratio. Cum ex cinere vngule capræ cum aceto linitur alopitia confert valde.

¶ De litera. X.

¶ De xyloaloe. Cap. dccxliiij.

X Iloaloes. Electio. Melior species xyloaloes est almundilium. & asportatur de medio regionis indie secundum quosdam. deinde est illud quod dicitur indum et est montanum & superfluit super almundilium: quoniam non generat pediculos et est magis dans odorem pannis: quidam tamen homines sunt qui non discernunt inter mundilium et indum bonum et de meliori xiloaloe est alsemendri quod est de abstersione indi. deinde alcumari quod est de abstersione indi: postea alsenafium. & est species tersi. & post illud est athetilium alsebrium & alhadium & alsinium & nominatur alcasumurum: & est bonum dulce. & inferius illo est algelin & almentali & alguasi: & alratac: sed almundilium totum est bonum. deinde melius de alsemenduri est varium ponderosum & durum plurime aque grossum in quo non est albedo & remanens super ignem: quidam vero extollunt nigrum super varium. & melius alcumari est nigrum mundum ab albo ponderosum. remanens super ignem: grossum plurime aque. & vniuersaliter melius xiloaloes est illud quod magis submergitur in aqua. natans vero est priuatum vita & spiritu & malum. Et xiloaloes quidem est vene arboris que eradicantur & sepeliuntur in terra donec earum lignum & cortex putrefiant & remanent xiloaloes purum. Natura. Calidum est & siccum in secundo sicut existimo. Operationes & proprietates. Est subtile aperitiuum opilationum frangitiuum ventositatum remouens superfluitates humiditatum & confortat viscera & prohibet iram. Decoratio. Masticatio eius facit oris odorem bonum. Instrumenta iuncturarum. Confortat neruos & acquirit eis virtuositatem & viscositatem subtilem. Membra capitis. Xiloaloes confert cerebro valde & confortat sensus. Membra anhelitus & pectoris. Confortat cor & letificat ipsum. Membra nutrimenti. Si bibatur de xiloaloe pondus. ʒ. i. ß. remouet humiditatem putrefactam stomaci & confortat ipsum & epar. Membra expulsionis. In ipso est virtus constringens naturam. & confert dissinterie. melancolice.

¶ De littera. ʒ.

¶ De zedoaria. Cap. dccxlv.

Z Edoaria quid est. Portiones similes aristolo. minores: tamen ea & est in sua virtute: & melior quidem est illa que cum napello crescit: & eius vicinitas debilitat plantam napelli. ¶ Filius mesaugue dixit: quod ipsa in operatione sua est sicut durugi. verumtamen est debilior ea. dico autem quod si ipse voluit per hoc quod zedoaria est debilior ea, tunc iam errauit secundum quod existimauit. & si voluit per hoc quod durugi est durior tunc non elongatur illud. ¶ Apud me vero constat quod filius mesaugue cum huiusmodi discretionem expertus est habuit in hac consideratione electionem pertinentem pectori firmo propter sermonem eius. ¶ Etiam sciuerunt quod zedoaria resistit napello: quomodo ergo est debilior durugi. Uenena. Est tyriaca venenosorum omnium vipere napelli & aliorum. Permutatio. Triplum ponderis zuribet pro vno tyriace.

¶ De zinziber. Cap. dccxlvi.

Z Inziber quid est. notum est. & simile est piperi in naturis suis: sed non inest ei in naturis suis ipsius subtilitas: & accidit ei vt corrodatur propter humiditatem suam superfluam: & propter illud quod calefactio eius durabilior est calefactione piperis & illud est propter spissitudinem suam etiam sicut in nasturtio & sinapi & gumma ruthe agrestis. Natura. Calidum est in fine tertij siccum in secundo: & in ipso est humiditas superflua: & nutritum calidum est & siccum & non est in ipso multitudo humiditatis superflue. Operationes & proprietates. Eius caliditas est fortis: sed non calefacit nisi post tempus propter illud quod in ipso est de humiditate superflua: sed eius calefactio est fortis est lenitiuum resolutiuum inflationis.

Asere quid est. Arbor cuius granum simile est alantiucie que dicitur albaze: et est filius ruthe et dicitur diaruglus. Natura. Calida est et sicca. Opa. et proprie. Resoluit inflationes. Mebra expul. Radix eius et semen in exiccatione spermatis sunt similis virtutis cum rutha. Venena. Confert puncture scorpionis bibita et linita.

¶ De zeriderarer. Cap. dcclij.

Erideraret. Instrumēta iuncturar. Confert sciatice. Membra expulsi. Aqua foliorum eius cum rob cōfert difficultati vrine et menstruorum: et extrahit sanguinem ꝯgelatū in vesica. Venena. Confert morsui venenosorum vermium.

¶ De zarur. Cap. dccliij.

Arur quid est. Alzarur alia est nota et noiatur mangulus latinorum. et zarur est species quam noiant greci tesselimon et senrabinum: et quandoque nominant eam malum silvestrē. Arbor enim eius similis est arbori malorum: ita quod etiā in folijs similis nisi quia minor et est saporis pontici. Operationes et ppꝛie. Est stiptica que est magis stiptica quam algobera vincens coleram et retinet cursum plus omni fructu. Membra capitis. Teselimon est faciens soda. Membra nutrimenti. Teselimon est mala stomaco. Mēbra expulsi. Stringit et retinet vrinam.

¶ De zeduar. Cap. dccliiij.

Eduar quid est. Inquit Diasco. est algeduar secundum quod existimo.

¶ De zabarar. Cap. dcclv.

Abarar quid est. Est planta cuius vna spēs folia habet vt lenticula et virgas erectas et levia folia parvas radices et nascitur in terrā salsa exposita soli et in ipsius sapore est salsedo: et altera est similis camepitheos: et ē melioris coloris et purpureitatis. Vulnera et vlcera. Est cōsolidativa eorum. Mēbra capitis. Subtiliat superfluitates: ita quod secunda cōfert epilepsie bibita cum oxymelle.

¶ De zinzania. Cap. dcclvi.

Inzania quid est. Dico quod zinzania ab omnibus dicitur secundum duas res. vna earum est granū simile frumento ex quo homines faciunt panem: et dicūt quod zinzania est plurima. ¶ Et quidam alij nominant eam quādam inebriantem malā que in granis provenit: sed loq. de hoc est preter illud in quo sumus. Electio. Melior est illa que ē levis pōderis non vetus neque frangibilis: sed est viscosa cum masticatur declinans ad rubedinem. et in ipsa est ponticitas parva.

¶ De zuccaro. Cap. dcclvij.

Uccarum quid est. Arundo in natura zuccari existit et est vehementioris lenificationis quam ipsum. Natura. Frigidius est tabarzed et est subtilius et vniversaliter est calidū in fine primi: et antiquum declinat ad siccitatem in primo et est humidum in ipso: et quanto magis antiquatur tanto plus exiccatur. Operationes et proprietates. Est lenificativum abstersivū lavativum et sulimenum est magis lenitivum et proprie alsenid: imo mel arundinis et zuccarum non sunt inferiora melle in abstergendo et mundificando et quantoplus antiquatur zuccarū tanto fit subtilius. Membra oculi. Assumptū sicut gummi ab arundine abstergit oculū. Mēbra anhelitus et pectoris. Lenit pectus et removet ipsius asperitatem. Membra nutrimenti. Est bonum stomaco in quo non generatur colera. ipsum enim ledit propterea quia ad colerā convertitur: et est aperitivū opilationum: et in ipso est virtus faciens sitim minorem tamen sit quā facit mel proprie antiquum: et etiam antiquum generat sanguinem feculentum et abstergit flegma stomaci. et in arundine quidem zuccari est iuvamentum ad vomitum. Membra expulsio. Solvit et proprie illud quod super arundinem invenitur sicut sal: et sulimenum quidē et rubeū vehementioris sunt lenificationis: et quandoque inflat: et quandoque sedat inflationem et ipsum quidem cum oleo amigdalino confert colice.

¶ De zuccaro albusar. Cap. dcclviij.

Uccarum albusar quid est. Manna cadens super albusar: et est sicut frusta salis: et in ipso quidem est cum abstersione et resolutione ponticitatis et amaritudo: et de ipso aliud est tamenum album et aliud est agazium ad nigredinem declinans. Operationes et proprietates. Est abstersivum cum ponticitate in ipso. Membra oculi. Zuccarum albusar acuit visum. Membra anhelitus et pectoris. Confert pulmoni. Membra nutrimenti. Confert hydropisi cū lacte camelorum: et non facit sitim sicut relique species zuccari quoniam eius dulcedo est parva et est bonum stomaco et epati. Membra expul. Confert renibus et vesice.

¶ Expletus est liber secundus canonis quem princeps Avicenna de medicinis simplicibus edidit.

FINIS.

¶ Dictio prima de vniuersis egritudinibus capitis tertij libri canonis in medicina.

¶ Tractatus primus de anathomia cerebri et dispositionibus eius.

¶ De vtilitate capitis et ptibus eius. Cap.j.

Nquit Galie.

Intentio in creando caput nō est cerebrū. neq3 audit°: neq3 odoratus. neq3 gustus: neq3 tactus. Hoc. n. mēbrū et sensus ī aialib° reperiunt capite carentibus. Sed intentio in ipso ē bonitas dispositionis oculi in ipsius ꝯuersione que ei creata est: vt oculus habeat eleuationē et subleuationē sup oia mēbra corporis in oibus ptibus. Cōparatio nāq3 oculi ad corpus est ꝓpinqua cōparationi speculatoris ad exercitū. ¶ Et locorū qdem qui speculatoribus est melior et ꝯuenientior locus est altus. ¶ Et iterū oi oculo non est necīū creare caput absolute: sed aiali lenem hn̄ti oculū: cuius oculus indiget multa cautela et loci affirmatōe. Nam pluribus aialibus capitibus priuatis duo sunt creata additamenta a corpore sublimata: sup que oculi eorū decenter ꝯstituti sūt: vt ipsorū vnusq̄sq3 speculationē et sublimationē suo hēat visui. ¶ Amplius in ꝯuersionibus oculi ipsorū non est caput creare necīū pp duritiē nuche ipsius. ¶ Et neq3 capit ē necīū creare nisi aialibus: quorū oculi capacitate indigent: et qbus neruos aduenire necesse est: pp diuersitatē motuū nuche et palpebrarū: nam hmōi nō est ꝯueniēs mēbrū vnū elōgatū gracile: et nos qde3 pscrutabimur illud in. c. de oculo. ¶ Partes vero capitis essentiales: et que ea sequunt sunt capilli: deinde cutis: postea caro: deinde pāniculus. postea craneū: deinde pāniculus durus: postea pāniculus subtilis noiatus scōina: deinde cerebrū. s. suba eius: et vētres ipsi°: et illud qd̄ in eis exit: postea duo pāniculi sub eo: dein rethe: postea os qd̄ est cerebri basis.

¶ De anathomia cerebri. Cap.ij.

Erebri aūt hoīs anathomia est hec. Cerebrū. n. diuidit in subam velatinam et subam medullarē et ventres in ipso spiritu plenos. Nerui vero sunt sicut virgulta ab eo ꝓdeuntia: non tū fm q₃ sit ptes substantie ipsius ꝓprie. ¶ Et totum qdem cerebrū in sui longitudine medianonē h3 penetrantē in ipsius siphac et medullā eius: et eius ventres pp illud qd̄ in parilitate de iuuamento noto exit: et si sit parilitas in ventre anteriore solū sensui magis apparens. ¶ Cerebri vero suba creata est frā et humida: frā qde3 ne ipsum inflāmaret multitudo que ei aduenit ex fortitudinibus motuum neruorum et passionibus sensuum et motibus spūs in alterationib° imaginatiuis et cogitatiuis et memorialibus: et vt eo temperet spūs a corde egrediens et ad ipsum penetrans in duabus venis ascendentibus ab eo ad ipm. ¶ Et humidū qdem creatum est vt ipm motus non excecent: et vt eius figura sit bona. ¶ Et creatū est pingue et molle eius: qdem pinguedo est vt sit qd̄ ex neruis orit viscosum. et lenitatis qdem cām dixit. G. in ipso existere vt eius figura bona fiat et ipsius alteratio cum imaginationibus: lene. n. alterationes facilius suscipit. hoc ergo est qd̄ ipse dixit. ¶ Dico aūt creatū est lene vt sit pingue et vt nutrimentū qd̄ neruis gradatim tribuit duris sit bonū: nerui. n. ex cerebro nutriunt et nucha. ¶ Amplius substantia dura nō augmentat durū quātū ipsū augmentat lene. ¶ Et vt in eo qd̄ ab ipso oritur sit flexibilitas: cū quedam ab eo orientia indurari apud suas extremitates sit necesse: pp illud qd̄ rememorauri sumus de neruorū iuuamentis. ¶ Et ppea q̄ istis nascentibus indurari necīū est fm gradus. Et q: ipsorū durities est durities flexuosa: op3 vt substantia originis eius sit substantia flexuosa et pinguis. pingue. n. et viscosum lene est proculdubio. ¶ Et ēt vt spūs qui ipsum circūdat et qui motus velocitate indiget sit humiditate sustentatus. ¶ Et rursu3 vt ipsius raritate alleuetur. qd̄. n. in mēbris duru3 est grauius est leui humido raro. ¶ Verūtū cerebri substantia ēt in lenitate et duritie inequalis exit. nā pars eius anterior est lenior: et ipsius pars posterior est durior: et inter duas partes gradibus velaminis duri: cuius rememorabimur in ipso: in sequentibus distinctum est. ¶ Anterius aūt cerebrum non est factum lene: nisi qm̄ plūi neruorum sensus ꝓprie qui sunt visus et auditus oritur ex eo: sensus. n. speculator est: et speculatoris inclinatio ad partem anteriorem est dignior.

¶ Et plūi neruorū motus oritur ex postremo ipsius. ¶ Et ex ipso oritur nucha que est eius nuncius et vicarius in cursu dorsi et vbi necīu3 est ex ipsa oriri neruos fortes. ¶ Nerui aūt ex motus indigent duritie supflua qua non indigent nerui sensus: sed lenitas est eis ꝯueniētior: eius igitur origo facta est durior. ¶ Velamen aūt in ipso. s. cerebro non gradatim existit: nisi vt sit dīa. et dī vt sit lene separatum a ꝯtactu duri: et manifestū quide3 est q̄ in ipso accidit multum. ¶ Preter hanc vero reflexione3 sunt ēt iuuamenta alia. Nam vene ad cerebrū descendentes et in ipso diuise aliquo egent cui innitant et eas fortes faciat. Posita ē ergo reflexio hec sustentaculū earum. Et sub postremo quidem huius reflexiōis et in posterioribus eius est torcular: qd̄ est sanguinis effusio in amplitudine

quadam que est sicut lacuna: ⁊ ex ipsa quidem in ea ramificantur vene: in quibus separatur sanguis ⁊ cerebri substantie assimilatur: deinde vene sinis orificijs sugendo eam exiccant: ⁊ ad duas venas ipsam coniungunt: sicut rememoraturi sumus in illius anathomia.

¶ Et ex hac quidem reflexione peruenit iuuamentum ad hoc vt ligamentorum velaminis adherentis cerebri sit origo in equidistantia commissure cranei que est coram ipso.

¶ In anteriore preterea cerebro oriuntur duo additamenta mammillaria quibus fit odoratus: que quidem a lenitate cerebri parumper differunt: sed postea consequitur ea neruorum durities. ¶ Amplius totum cerebrum duobus cooperitur panniculis: quorum vnus subtilis sequitur ipsum ⁊ alter spissus sequitur os: qui quidem duo creati sunt: vt sint duo distinguentia inter cerebrum ⁊ os: ⁊ vt cerebrum substantiam, ossis non contingat: ⁊ ne ipsum ex osse nocumenta perueniant. hic autem tactus non accidit: nisi in dispositionibus additionis cerebri in substantia sua: aut in dilatione que ei accidit successione constrictionis. ¶ Cerebri preterea quandoque eleuatur ad craneum cum quedam adsunt dispositiones: sicut voces forte. ergo propter huiusmodi iuuamenta inter cerebrum ⁊ os cranei duo ponuntur distinguentia media inter ea in lenitate ⁊ in duritie. ¶ Et duo quidem ponuntur ne sit illud cuius obuiatio ossi non est bona absque medio illud idem cuius obuiatio cerebro est bona absque medio: sed distinctiuum est inter ea: est ergo cerebro propinquius subtilis: ⁊ ossi propinquius est spissus: ⁊ cum hoc sunt sicut tutamen vnum. ¶ Hic autem panniculus preter quod est cerebri tutamen est ligamentum venarum que sunt in cerebro quietarum ⁊ pulsatiliu͡. Et est sicut secundina seruans situm venarum in ipso textaru͡. Quapropter ingreditur etiam cerebri substantiam in locis multis commissurarum eius: ⁊ tendit ad ventres ipsius: ⁊ peruenit apud postremum sectum: propterea quod non eget eo propter suam scilicet postremi duritiem. ¶ Panniculus vero spissus cerebro non heret: neque subtili: ita vt in omni loco sit decenter situm super ipsum. sed est ab eo eleuatus. ¶ Et inter ipsos quidem non continuant nisi vene penetrantes in spisso ⁊ peruenientes ad subtilem. spissus autem vadit ad craneum cum ligamentis panniculari bus ortis a spisso stringentibus ipsum ad commissuras ne super cerebrum vehementer grauet. ⁊ hec quidem ligamenta ex commissuris eleuantur vsque ad exteriora cranei ⁊ oriuntur illic: ita vt ex eis texatur panniculus craneum cooperiens: ⁊ per illud affirmatur ligamentum panniculi spissi etiam cum craneo. ¶ Cerebrum preterea in longitudine sua tres habet ventres. ⁊ sic vnusquisque venter in sui latitudine duas habet partes. ¶ Et anterior quidem pars sensibilis est separationis in duas partes dextram ⁊ sinistram. ⁊ hec pars iuuat ad odoratum ⁊ ad expulsionem superfluitatum cum sternutatione: ⁊ ad partiendum plurimum spiritus sensibilis: ⁊ ad operationes virtutum formatiuarum que sunt de virtutibus apprehensionis interioris. ¶ Venter autem postremus est etiam magnus: quoniam ipse implet magni membri vacuitatem: ⁊ quoniam est principium magne rei: scilicet nuche: ⁊ ex eo partitur plurimum spiritus motiui: ⁊ illic quidem sunt virtutis seruatiue operationes: sed tamen est minor anteriore: immo cuiusque duorum ventrium anteriorum: ⁊ cum hoc minoratur gradatim vsque ad nuccam: ⁊ inspissatur vsque ad duritiem. ¶ Medius autem venter est sicut transitus a parte anteriore ad partem posteriorem. ⁊ est sicut dailiz situs inter eos. ⁊ ipse quidem propter illud magnificatur ⁊ elongatur: quoniam est reddens de magnis ad magnum: ⁊ per ipsum continuatur spiritus anterior cum spiritu posteriore ⁊ peruenit ad amplitudinem curuitatum memoralium predictarum: ⁊ principium huius ventris primum cooperitur: ita quod videtur illud quod est anterius sicut spericum: ⁊ per id quidem eleuatur: vt sit transitus: ⁊ cum hoc elongatur rotunditate sua a nocumentis ⁊ fit fortis ad tolerandum quod super eum sustentatur de velamine quod est secundum gradus: ⁊ illic coniunguntur duo ventres cerebri anteriores ita quod sedarantur a posteriore in hoc transitu. ⁊ ille quidem locus nominatur coniunctio duorum ventrium: ⁊ hic idem transitus est venter.

¶ Et quoniam est transitus deferens a formatione ad seruationem est melior locus cogitationi ⁊ imaginationi secundum quod sciuisti. ¶ Quod autem ventres isti sint loca earum operationum significatur ex nocumentis que accidunt eis destruitur enim cum nocumento cuiusque partis eius operatio: aut ingreditur in ipsa lesio.

¶ Et panniculi subtilis, pars cooperit: ⁊ cooperit ventres cerebri vsque ad cambaduti vel occiput. super quod est tunica: durities vero eius quod est post illud sufficit ipsi loco coperture velaminis. ¶ Commissuratio autem que consistit in ventribus cerebri est vt spiritus animalis in substantia cerebri transitum habeat sicut in ventres eius: cum non omni hora sit venter dilatatus ⁊ apertus: ⁊ spiritus animalis sit paucus vbi vel inquantum ventres tantummodo aperiuntur. ¶ Et etiam quia spiritus alteratio parum completur a complexione que est cordis vsque ad complexionem que est cerebri: nisi in ipso fiat eius decoctio assumpta ex eius complexione: ⁊ est quia in primis cum ad cerebrum peruenit vadit ad vacuitatem eius primam: vt in ipsa coquatur: deinde penetrat ad ventrem medium ⁊ augmen-

tatur in ipso decoctio. postea cōpletur eius decoctio in vētre posteriore. Decoctio vero optima fieri non posset: nisi per coniunctionem et commixtionem ⁊ penetrationem in partibus cocti: sicut est dispositio cibi in epate ſm ꝙ narraturi sumus in his que expectamus. ¶ Commissura autem anterioris plura habet singularia ꝗ̄ commissura posterioris: quoniā proportio cōmissure ad cōmissuram est: sicut proportio membri ad membrum fere: ⁊ causa quidē minorationis posterioris ab anteriore inuenitur in commissura. ¶ Et inter hunc ventrem ⁊ ventrem priorem sub eis est locus qui est partitio duarum venarum magnarū ad cerebrum ascendentium: quarum rememoraturi sumus in ramis ipsarum ex quibus texitur secundina sub cerebro: ⁊ illi quidem rami inuicti sunt corpori de genere glandularum implēti quod est inter eos ⁊ sustinet eos sicut est dispositio in reliquis partibus venosis. vacuitatis enī que inter eas cadit eadem proprietas est vt etiam impleatur carne glādosa. ¶ Et iste quidem glandule figure ramorum predictorū figurantur ſm formam partitionis narrate. ¶ Quēadmodum enim rami. aut partitio rememorata a stricto incipiunt: ⁊ in amplius finiuntur faciēs dilatationem. similiter caput huius glandule factū est pineolas forme: cuius caput est sequēs initium partitionis desuper ⁊ incedit cū eo tēdens versus finem eius vsqꝫ ad complementū suspensionis ramorum: ⁊ est illic contextum ſm similitudinem texture secundine: ⁊ requiescit in ipso. ¶ Et pars cerebri comprehendentis super hūc ventrē mediam est concauitas eius. Et ipsius partes que sunt desuper sunt vermicularis forme commissurate et cōmissuris positis in lōgitudine sui ligate adinuicem vt possint extendi ⁊ cōtrahi: sicut vermis reuolutus: ⁊ superius eius interius coopertum est panniculo qui cooperit cerebrum vsqꝫ ad posteriorē: ⁊ est compositum cū duobus additamētis cerebri rotundis comprehensis longitudine sicut due coxe vicine ad contactum elongate ad separandum ligamētis que nominant chorde. vt ab eis non remoueatur: et cum vermis extēditur ⁊ eius latitudo constringitur comprimunt hec duo additamenta vsqꝫ ad coniunctionem ⁊ opiletur meatus: ⁊ cum cōtrahitur ad exprimendum ⁊ augmentat latitudo elongetur ad separandum: ⁊ aperiatur meatus. ¶ Quod autem de eo sequitur posterius cerebrū est minus ⁊ peruenit ad aliquantam vacuitatem vel concauitatem: ⁊ sistitur in posteriore cerebro: sicut ex eo intrans in introitu: ⁊ eius quidem anterius est latius ipsius posteriore ſm formam quam cerebrū tolerat. duo vero predicta additamenta nominantur vualia: ⁊ in ipsis quidem nunꝗ̄ commissure sunt: sed sunt lenia: vt ipsorum constrictio ⁊ coopertimentum sint fortiora ⁊ vt ipsorum obedientia admotionem propter motum alterius rei sit magis similis obedientie rei viuus. ¶ Expulsio preterea superfluitatum cerebri duos habet meatus. quorum vnus est in ventre anteriore ⁊ apud terminum communem qui est inter ipsum ⁊ illum qui est post eum: ⁊ alter est in ventre medio. posterior vero venter meatum singularem non habet: ⁊ illud est ideo quoniā in postremo positus est: ⁊ etiā est paruus comparatione sui ad anteriores nō tolerans foramina ⁊ transuersationem. medius vero meatum habet communem inter illum ⁊ se: ⁊ hoc propter. ¶ Nuce quoqꝫ duo facti sunt exitus p quos quedā eius superfluitates resoluuntur ⁊ expelluntur: ⁊ isti duo meatus cum incipiunt ex duobus ventribus ⁊ penetrant etiam in ipsum cerebrū transuersantur versus obuiationem apud transitum vnum profundum: cuius principium est velamen subtile: ⁊ eius postremum est eius inferius: ⁊ est apud velamen durum: ⁊ est strictum sicut caput rose incipiēs ab amplo rotūdo vsqꝫ ad strictum proueniēs: quapropter nominatur caput rose: ⁊ nominatur etiam infusorium. Cū ergo penetrat in panniculum durum obuiat illic meatui in glandula quasi spera compressa a duobus lateribus. oppositis superius ⁊ inferius: ⁊ sunt inter panniculum durum ⁊ meatum palati. deinde reperitur illic transitus qui est a concauitatibus colatorijs in supremo palati.

¶ De sermone vniuersali de egritudinib⁹ capitis ⁊ faciētib⁹ egritudines in ipso. Cap. iij.

Oportet te scire ꝙ egritudines numerate omnes accidūt capiti. Uerumtamen nostra intentio hic cum dicimus caput: est cerebrum ⁊ ipsius velamina: ad capillorum vero egritudines hic nō declinamus in hac hora. ¶ Dicimus ergo ꝙ cerebro accidūt species male complexionis octo: scilicet, singulares: ⁊ composite facte cum materia aut vaporosa: aut habente substantiā. ⁊ multiplicantur in ipso egritudines humiditatis. in omni enim cerebro in pricipio creationis humiditates superflue existūt: aut ex eo quod acquisiuit a matrice: aut postea: quas mūdare necesse est. ¶ Nā si purgate non sunt magnificantur inde res ¶ Et est tota aut in corpore cerebri: aut in venis eius: aut in velaminibus ipsius: ⁊ accidunt ei egritudines composite: aut in quantitate: sicut si sit minus ꝗ̄ oportet: aut i figura: sicut si sit eius figura mutata a cursu naturali ⁊ accidat inde lesio in operationibus suis: aut canales siue meatus ipsius: ⁊ vasa sint opilata. ¶ Et opilatio fit: aut in ventre anteriore: aut ventre posteriore: aut in vtrisqꝫ ventribus simul diminuta: aut integra: aut in venis: aut in arterijs: aut in originibus ner-

norum: aut dissolvuntur ligamenta velaminum eius: aut cadat separatio inter velamina ipsius. ¶ Et accidunt egritudines ei communitatis propter resolutionem singularis in ipso: aut in arterijs: aut in venis ipsius: aut in velaminibus eius: aut in craneo. ¶ Et accidunt ei apostemata: aut in substantia ipsius cerebri: aut in panniculo eius subtili ⁊ spisso: aut in rhete: aut in panniculo extrinseco. ¶ Et totum hoc a materia vnius humorum calidi: aut frigidi: ⁊ ex frigidis quidem putrefactis consequuntur apostemata calida ⁊ frigidi ⁊ quieti faciunt apostemata que nominari oportet frigida. Et in quidem non reperies aliquam egritudinem cerebri: nisi redeuntem ad istas: aut contingentem ex istis. ¶ Egritudines preterea cerebri alie sunt proprie ipsius: aut fiunt propter communitatem: ⁊ quandoque magnificatur res in egritudinibus communicantis in ipso adeo: vt fiant egritudines proprie perniciose: multotiens enim expelluntur ad ipsum in egritudinibus pleuresis ⁊ sinantie materie prefocantes ⁊ pernecantes: ⁊ sepe peruenit ipsum ad apoplexiam perniciosam propter nocumentum aliud in membro communicante.

¶ De significationibus ex quibus oportet cognoscere dispositiones cerebri. Cap. iiij.

Principia ex quibus peruenis ad cognitionem dispositionum cerebri sunt ex operationibus sensibilibus ⁊ moralibus .s. memoria ⁊ cogitatione ⁊ formatione ⁊ virtute motus ⁊ perscrutatione. ¶ Et operationibus motiuis: ⁊ sunt operationes virtutis mouentis membra mediantibus lacertis. ¶ Et ex qualitate superfluitatum euacuatarum ab eo in substantia sui ⁊ colore ⁊ gustu: scilicet acuitate sua ⁊ salsedine ⁊ amaritudine ⁊ insipiditate. ¶ Et ex quantitate ipsarum in paruitate ⁊ multitudine: ⁊ fluxibilitate sua ⁊ ex ipsarum retentione omnino. ¶ Et ex hoc quod aeres ⁊ cibi ei conueniunt ⁊ diuersificantur ei ⁊ nocent ipsi. ¶ Et ex magnitudine capitis ⁊ ex paruitate eius: ⁊ ex bonitate figure eius predicte in c. de ossibus ⁊ malitia ipsius: ⁊ ex grauitate capitis ⁊ leuitate eius. ¶ Et ex dispositione tactus capitis ⁊ ex dispositione coloris eius ⁊ coloris venarum ipsius. ¶ Et ex vlceribus: ⁊ ex apostematibus que in cute eius accidunt. ¶ Et ex dispositione coloris oculorum ⁊ venarum ipsorum ⁊ sanitatis ⁊ egritudinis eorum ⁊ tactus ipsorum proprie. ¶ Et ex dispositione somni ⁊ vigiliarum. ¶ Et ex dispositione capillorum in quantitate sua scilicet paucitate ⁊ multitudine ⁊ grossitie ⁊ subtilitate ⁊ qualitate: scilicet figura ipsorum in crispitudine ⁊ planitie ⁊ colore eorum in nigredine ⁊ albedine ⁊ castaneitate ⁊ velocitate susceptionis canicici ⁊ tarditate. ¶ Et in perseuerantia secundum dispositionem sanitatis aut remotionem ab ea cum lesione ipsorum: aut casu: aut depilatione: ⁊ reliquis dispositionibus ipsorum. ¶ Et ex dispositione colli in grossitudine ⁊ subtilitate sua ⁊ sanitate ipsius ⁊ multitudine casus apostematum ⁊ scrofularum in ipso ⁊ paucitate ipsorum. ¶ Et similiter ex dispositione vue ⁊ duarum amigdalarum ⁊ dentium. ¶ Et ex dispositione virtutum ⁊ operationum in membris neruosis communicantibus cerebro que sunt sicut matrix ⁊ stomacus ⁊ vesica. ¶ Significatio autem secundum communitatem ⁊ secundum duos modos. vnus eorum est ex dispositione membri communicantis cerebro in eo quod accidit cerebro: ⁊ secundus est ex dispositione membri cuius communicatione cerebrum infirmatur: ⁊ inquiritur quod membrum sit: ⁊ quid sit in ipso ⁊ quomodo peruenit ad cerebrum. ¶ Et ex istis quidem significationibus significantur dispositiones que sunt presentes: ⁊ ille que sunt future ⁊ nondum sunt presentes. ¶ Sicut ex longitudine tristitie ⁊ horribilitatis significantur melancolia ⁊ almurial ⁊ alcutrib euenientes ex primo: ⁊ ex ira que intentionem non habet epilepsia: aut melancolia: aut mania ⁊ ex risu absque causa congelatio: aut amentia.

¶ De significationibus vniuersalibus operationum cerebri. Cap. v.

Significatio quidem assumpta ex genere operationum quum sunt sane adiuuat ad significandum cerebri salutem. Et si sunt lese significant lesionem in ipso. ¶ Lesiones autem operationum quemadmodum exposuimus sunt tres que sunt debilitas: ⁊ mutatio: ⁊ permutatio: deinde destructio. ¶ Et sermo quidem vniuersalis in significationibus operationum est quod ipsarum diminutio ⁊ destructio fiunt propter frigus ⁊ grossitiem spiritus ex humiditate: ⁊ non fiunt ex caliditate nisi magnificetur ⁊ perueniat ad hoc vt deijciat virtutem: permutatio autem: ⁊ que motui comparantur fiunt ex caliditate ⁊ fiunt ex siccitate.

¶ De significationibus sumptis ex operationibus animalibus ⁊ moralibus ⁊ motiuis. Cap. vi.

Has operationes ingreditur lesio secundum quod cognoscitur destructionis: aut debilitatis: aut permutationis. Verbi gratia in sensibus quidem: ⁊ incipiamus a visu quoniam visum ingreditur lesio: aut vt destruatur: aut debilitetur: aut vt in ipso permutatio fiat ⁊ mutetur a cursu naturali ⁊ imaginetur quod non inuenitur exterius. sicut phantasie ⁊ cimices ⁊ pili ⁊ fumus ⁊ reliqua. Ex his enim nocumentis quum non sunt propria oculo: significatur lesio in cerebro. ¶ Et phantasie etiam quandoque suo colore significant. ¶ Non si aliquis dixerit quomodo phantasia alba significat flegma dominari quod est frigidum cum vos comparaueritis permutationem ad colorem. ¶ Dicemus quod illud est propter complexionem non

propter accidentia materierũ que accidat vel accidat virtuti sane integre cum caliditate innata. ¶ Et in auditu quidez sicut si debilitetur: τ non audiat: nisi quod propinquum est τ forte: aut permutetur τ audiat quod non reperitur exterius: sicut sonũ similez percussioni aq: aut percussioni malleorum: aut voci tympanorum: aut sono foliorum arborum: aut sufflatio ni ventorum: aut reliquis τ significentur per illud: aut complexio sicca p̄sens in parte medij cerebri: aut significentur per illud ventositates τ vapores in ipso retenti: aut ad ipsum ascendentes τ reliqua: de quibus significatio habetur: aut destruatur omnino. ¶ Debilitas vo τ destructio fiunt propter multitudinem frigoris. ¶ Et q aliquis audiat quasi audiat ex longinquo fit propter humiditatem. ¶ Q̄ ò aũt fit in odoratu est quia priuantur: aut quia debilitatur: aut permutatur τ sentit odores qui nõ reperiuntur exterius fetidos: aut nõ fetidos: τ significat ſm plurimũ humorem retẽtum in cerebro facientem ipsos si nihil proprium fuerit cum strictura narium. ¶ Gustus autem τ tactus hoc cursu procedũt: nisi quia ipsorum mutatio a cursu naturali ſm plurimum significat corruptionem propriam in instrumẽtis ipsorũ propinquis: τ ſm minimum cõmunitatem cerebri; τ proprie sicut quando est cõmune sicut stupor toti corpori. ¶ Et sensus quidem cõmunicans in specie debilitatis ꝗ fortitudinis significantes dispositionem in cerebro perseuerantem que est perturbatio τ claritas. non est eniz omnis debilitas cum perturbatione: qñ quandoq est debilitas cum claritate: sicut homo si videat aliquid propinquuz τ parui radij bene τ clare τ videat res paruas: deinde quum elõgatur aut multiplicantur ipsarũ radij deficiat. nam perturbatio τ claritas quãdoqz sunt simul in debilitate: τ claritas quãdoq est ꝓculdubio cum virtute. Uerum perturbatio semper significat materiam τ claritas significat siccitatem: τ hec quidem perturbatio fortasse subito fit. tur: τ est ex ea opilatio τ significat materiã vaporosam in ventre cerebri τ rhete eius. ¶ Iudicium autem de significationibus harũ lesionum est: quoniaz que procedũ cursu permutationis ſm plurimum sequitur complexionem calidam τ siccam. Et que currit cursu diminutionis τ debilitatis ſm plurimum sequitur frigus. ¶ Et debilitas τ destructio sequũtur frigus: nisi sint cum vehementi apparitione corruptionis τ casus virtutis: tunc enim fortasse illud plurimum erit ex caliditate. ¶ Uerum caliditas conueniens est virtutibus comparata frigori dum nocumentum complexionibus ab ea non magnificatur: τ eius corruptio virtutis diminutionẽ possidere facit. Oportet ergo vt non confidas nunc in istis significationibus: imo causas significationes alias predictas cuiusq duarum significationum complexionum. ¶ Et destructio quidem quandoq significat festinationem causarum diminutionis si fuerit propter causam cerebri: τ non fuerit propter nocumentum in instrumentis corruptionis τ incisionis τ opilationis: τ vniuersaliter remotionis a bonitate sua propter nocumentũ: aut propter causam in ipso membro sensibili. ¶ Ex membris autez sensibilibus qđ est valde cerebro propinquum nocumentuz ab ipso recipit nisi nocumentum sit in ipso cõmune sicut auditus τ odoratus. plurimum enim nocumenti ipsius ꝓ purgatione τ complexionis commensuratione nõ remouetur est ex cerebro: quapropter reliqui sensus quum suis leduntur sensatis non significant nocumentum in ipsis caliditatis: aut siccitatis non peruenientium ad hoc vt virtutem prosternant. Auditus autem τ gustus ſm plurimum significant q illa complexio est in cerebro. ¶ De operationibus vo moralibus sciendum est: quoniaz fortitudo meditationis τ perscrutationis significat fortitudinem cerebri omnino: τ earum debilitas significat lesionem fortitudinis in ipsorũ quare oportet vt demõstretur que operationũ sit lesa: ex ipsis enim est corruptio ois virtutis imaginationis τ formationis τ eius vel earũ nocumentum. Hec nãq virtus quum est fortis iuuat ad significandaz anterioris cerebri sanitatem. Hec autem virtus non est fortis nisi quum homo bene potest seruare formam sensatorum vtpote figurarum τ sculpturarum τ morum τ gustuum τ vocum τ modulationuz τ reliquorum. ¶ Est enim aliquis hominum cui inest virtus integra ſm hoc capitulũ adeo: vt qui ex geometris optimus est: consideret simul figuram lineatam τ signetur in ipsius anima simile illi τ eius litere: τ narret questiones vsq ad finem ipsius non indigens iterata consideratione in figura. ¶ Et similiter est dispositio quorundam ſm comparationẽ ad modulationes. τ dispositio quorũdam cum comparatione ad gustus τ reliquorum. ¶ Et ex hoc capſo pendet bonitas cognitionis pulsus. ipsa enim indiget imaginatione forti figurata in anima ex tactis. ¶ Huic autem virtuti cum accidit nocumẽtum: aut destruitur operatio τ nõ remanet i ipsa forma imaginatiõis sensate post remotionem eius a proportione que est inter ipsam τ sensum cum eaz sentit: aut debilitatur τ minuit̃ aut mutat̃ a cursu naturali: aut imaginetur quod non est: quod significat eius debilitatem. ¶ Minutio vo eius τ destructio operationis ipsius ſm plurimum significant superfluitatem frigoris aut siccitatis in anteriore cerebro: aut hũiditatis: sed frigus est causa essentialis τ due relique sunt cause per accidẽs: quũ

afferunt eam. ⁊ mutatio opationis eius, ⁊ per-
mutatio ipsius significāt superfluitatem calidi-
tatis. ⁊ hec quidem omnia sunt ꝯm plurimum
rei ⁊ ꝯm ꝙ dictū est in virtutibus sensibilibus.
¶ Et hec egritudo quandoqꝫ accidit sana in-
telligentia vel ratione: ita vt perfecte ⁊ comple-
te cognoscāt pulchrum ⁊ feditum: ⁊ sunt eorū
vba cum hoibus sana. sed imaginant̄ quosdā
presentes qui exterius non reperiunt̄: ⁊ imagi-
nantur voces tympanistarum ⁊ reliq̄ sicut nar-
rat Galie. accidisse Abrucali medico. ¶ Et ex
ipsis est corruptio in ꝟtute cogitationis ⁊ ima-
ginationis. s. aut destructio: ⁊ noiatur hec dele-
tio rationis: aut debilitas ⁊ noiatur amētia.
⁊ earum pncipiū est frigus anterioris cerebri:
aut siccitas: aut humiditas eius: ⁊ illud pluri-
mū ꝯm ꝙ dictum est: aut est mutatio ⁊ pmuta-
tio: ita vt sit in eius cognitione regimentū ⁊ re-
ctum faciat: dicēdo ꝙ nō est rectum: ⁊ noiatur
cōmixtio rationis: ⁊ significat aut apostemata.
aut materiam colericā calidā ⁊ siccā: ⁊ est de-
monium lupinū: aut est pmutatio eius cū melā-
colia aut mā melācolica. ⁊ est eius pmutatio cū
malitia extimationis ⁊ cū cogitatione absqꝫ
cōprehensione. ¶ Qui autem ex illis morib⁹
ad timorem declinis est: est magis significati-
uus frigoris: ⁊ ex eis declinior ad audaciam ⁊
iram est magis significatiuus caloris: ⁊ ꝯm dif-
ferentias que sunt inter eos ⁊ nos postea affe-
remus eas. ¶ Et forsitan erit illud ꝓpter cōi-
cationem membri alterius: ⁊ illud quidem co-
gnoscet̄ significationibus pticularibus q̄s po-
stea narrabimus. ¶ Et vir cum cogitationes
plurimum mouent̄ motibus multis ⁊ pmutā-
tur ⁊ variant̄ tūc illic est caliditas. ¶ Et quā-
doqꝫ etiā accidit pmutatio cogitatiōis in egri-
tudinibus frigide materie cū a caliditate non
euacuant̄: sicut cōmixtio rōnis in lethargia: ⁊
ex ipsis est lesio in virtute memorie. s. aut vt de-
biliteť: aut vt destruat̄. sicut narrat Gal. ꝙ pe-
stilentia ꝓuenit in pte ethiopie: que eis accidit
ꝓpter cadauera multa relicta post forte ꝓliū
⁊ ꝓuenit pestilentia illa vsqꝫ ad terras grecoꝝ.
accidit ergo eis vt causa illius tantum caderet
obliuionis donec eis aduenitet dispositio ꝯm
quam homo nominis suiipsius obliuisceret̄ ⁊
filij sui. ¶ Et plurimū qdem accidit debilitas
in memoria ꝓpter corruptionem in postremo
cerebro ex fritate: aut hūiditate: aut siccitate:
aut ꝓpter eum qui pmutat̄ ⁊ accidit ei vt reme-
moret̄ eius qd̄ nunq̄ ei adest: ⁊ significat com-
plexionē calidam absqꝫ mā: aut cum mā: sed
mā sicca ad illud est magis ꝯueniēs: ⁊ illud est
totū cum cōplō non supfluit ⁊ ꝟtus non cadit.
¶ Dicamus aūt nunc ꝯmonem ꝯiunctum ꝙ
destructio haꝝ opationū qñqꝫ fit ꝓpter dñiū
frigoris: aut in corpore cerebri: ⁊ est ex eo qd̄
dominatur sup cerebrū: aut sup ventre⁹cine

⁊ quandoqꝫ fit propter frigus cum humidita-
te: ⁊ qñqꝫ affert ipsam siccitas: ⁊ silr eaꝝ debili-
tas. ipsaꝝ aūt mutatio fit ꝓpter apata aut com-
plexionē colericam: aut melancolicā: aut cor-
pus adurens. ¶ Et significatio dispositionū
somniorū est ex eo: qd̄ opꝫ adiungi hoc loco:
plurimū. n. visionis reꝝ citrinarū calidarum si-
gnificat dñium colere: ⁊ silr plimum visionis
rerū cuiqꝫ cōplexioni ꝓportionalium q̄s nu-
merare non est necesse: ⁊ somnia qdē pmutata
significāt caliditatem ⁊ siccitatē: ⁊ silr apparet in
egritudinibus acutis cerebri. Et silr sunt som-
nia terribilia. ¶ Et illa quoꝝ non recordat̄ si-
gnificāt fritatem ⁊ humiditatē ꝯm plurimū.

¶ De significatione opationū motiuaꝝ: ⁊ qd̄
eis simulatur ex somno ⁊ vigilia. Cap. vij.

ignificationū aūt assumptaꝝ ex ge-
nere opationū motiuaꝝ destructio
⁊ debilitas significāt humiditatē su-
perfluā in instrūis ipsarū subtilē plu-
rimā ⁊ significāt in quocūqꝫ mēbro fuerint le-
sionē in cerebro. Verūtamē eis magis ꝓprium
est ꝙ in toto corpe fiunt sicut apoplexia aut in
parte vna sicut paralysis ⁊ tortura laxa. ¶ Et
qñqꝫ cōueniunt ambe ad significandū destru-
ctionē: ⁊ debilitatē caliditatis cerebri: aut sic-
citatis in ipso: aut in aliquo mēbrorum lōgin-
quoꝝ ab eo: verū illud erit post egritudines
plurimas paulatim ⁊ paulatim ꝯꝫ dies: quod
autē in vno membro fit sicut mollities ⁊ simi-
lia eius: quādoqꝫ est propter egritudines pro-
prias illius mēbri. ⁊ quādoqꝫ est ab expulsio-
ne superfluitatis cerebri ad ipsum. ¶ Earum
quis sit: et abscinde causam ipsius. ¶ Et si est propter
puncturam curetur quod ipsam facit cum eo quod dice
tur in .c. de puncturis. ¶ Et si est ab apertione cure
tur cum eo quod dicemus in cura apertionum nervorum.
¶ Si autem est a siccitate eius cura est prava. Ve
rum convenientior eius cura est tina et inunctio
ex oleo humido post ipsam: et eius iteratio post
ipsam multotiens: et illud cum non est cum fe.
ubi non intermittitur omnino: et assidue fac illud in
omnibus iuncturis. ¶ Si autem possibile est ut tina fiat
ex lacte fiat. Et si non ex aquis in quibus decocta
sint folia salicis et ordeum fractum et viola et nenu-
far et cucurbita et citruli aut fiat tina tota ex suc
co cucurbite: aut succo cucumeris: aut sit totum
illud ex aqua ro. in qua decoctum est aliquid horum:
aut aqua melonis indi: aut aqua salicis et que
sunt filia illis. ¶ Et cum feceris eis clysteria ex
istis expressionibus et oleis. et aliquibus dissoluti
vis humectantibus impinguantibus erit vehe-
mentis iuvamenti. ¶ Et administrentur super
iuncturas et super originem lacertorum olea facien
do unctionem post unctionem cum studio cerebri
valde et compone: quam te docuimus in humecta-
tione cerebri. Et infirmo detur in potu lac recen
ter mulctum secundum mensuram convenientem si non fuerit
febris et aqua ordei et aqua cucurbite et aqua me-
lonis indi et iulep. sive fuerit febris sive non fue
rit. Si ergo misceatur cum aliquo horum parum vini
albi ut penetrare faciat erit conveniens. Et simili
ter sint aque ipsius mixte cum aliqua parte vini.
¶ Et oportet ut assidue fiat ei cura hec preter quod mo
veatur aut exercitio adhereat. Et si est possibile
ut totum corpus eius submergatur in oleo tepi-
do fiat. ¶ Et fiat ei caputpurgium cum humectan
tibus que sunt ex oleis et succis et humectetur ca-
put eius cum eis que scivisti. Et oportet ut sit firma
statio in psilio et oleo rosa. ¶ Et ex eis quidem
que ipsos iuvant est ut in potu sumant terenia-
bin et proprie infantes. Quod si non fuerint lacten
tes. et si habens spasmum humidum virtutis fuerit virtutis:
non abscidatur ab eo carnes sicce sicut carnes mi-
nutarum avium et cubugi et kerubiti et aliorum.
¶ Et si non fuerit eius virtus debilis sint cibi eius
panis cum melle et aqua ciceris cum aneto: et sy
napis et nutrita cum oleo: et ponatur in eo quod ipse
recipit piper. ¶ Cibus autem habentium spasmum
siccum sit totum quod humectat et lenit et omnes sor
bitiones pingues lenes facte ex aqua ordei et
oleo amigdalino et zuccaro bono et aqua car-
nis assumpta ex carnibus agnorum et hedorum. et
numquam ponantur ex oleribus humectantibus quod fran
git nocumentum carnis si fuerit illic caliditas: quod si cum
illo parum vini misceatur ut ipsum penetrare faciat
non erit longinquum a rectitudine et proprie cum
non fuerit caliditas superflua: et similiter si misceatur vinum
cum aqua quam bibit. ¶ Cura vero fiat ita. Si
enim est humidus oportet ut curetur cum evacuanti-
bus: et purgantibus fortibus predictis cum dixi
mus evacuationem humoris grossi ex nervis: cum so-
lutivis et clysteribus acutis. ¶ Et si tu videris
signa sanguinis dominantia manifesta valde flēma
primo et proprie si causa eius est repletio et potatio vi-
ni plurimi. Et non extrahas totum quod necessarium est
ex sanguine: cuius extractio est propter spasmum aut
egritudinem aliam sequentem eius extractionem: immo relin
que ex eo aliquid ut resistat spasmo et resolvatur re-
solutione motuum spasmi. ¶ Et eius cura similiter sub-
mersio in aquis thermarum et sessio in pellibus
vulpium et luporum que dicentur in .c. dolorum iunctu-
rarum: quoniam iuvant. ¶ Et similiter inunctio cum adipi
bus luporum: et oleo de lilio si non fuerit febris: et
similiter decoctio catulorum canum et sessio in aqua in qui
bus decocte sunt medicine subtiles: sicut abro
tanum et folia radicis iuce et calamus aromati-
cus et folia lauri: et linimentum factum ex radi
ce spine iudaice et semine spine albe et semine
spine egyptiace: et succo centauree minoris si-
gillatim et composite. ¶ Et scias quod longitudo
spatij more in tina sive sit aqua: sive aliud est ex
eis que nocent propter mollificationem virtu-
tis. Tu autem pone multitudinem numeri lo-
co longitudinis spatij et fac ipsum sedere bis in
die. ¶ Ex his autem que iuvant habentem spasmum communem quem
nominatur tetenis et tetanum secundum quod mihi est ut subito in
aqua demergatur frā: secundum quod dixit Hyp. Nam cor-
poris exteriora inspissantur et innatus calor in in
terioribus clauditur: quare confortatur et resolvitur materia
non est tamen omne corpus tolerans hoc a timore tu
tum: sed corpus forte firmum carnosum quod ulcera
non habet et in estate. Plures enim per hoc iam eva
serunt. ¶ Ille quidem qui utitur ventosis su-
per locum ad quem partes corde extenduntur
oportet ut utatur sine scarificatione si res est le-
vis et si non est ita. oportet ut fiat scarificatio: est
enim mortalis si non scarificetur tunc: et nocent
quandoque attrahendo materiam. ¶ Ventosa-
rum autem loca sunt in collo et spondilibus dorsi
aut ab utroque latere et partes lacerti pectoris
ante vesicam vero super renes non facimus il-
lud: nisi cum timemus et miserendo volumus
ut sanguis egrediatur. ¶ Et oportet ut vento-
sas multotiens non administres neque subito si-
mul: et loca ventosarum custodiantur et conser
ventur: ut corpus non infrigidetur. et ex curis eius
est ut applanetur quod spasmatum est leniter. ¶ Et ex
cura eius contingente secundum naturam est eventus febris
acute: et propterea dixit Hyppo. ut si accidit fe.

post spasmum melius est q̃ vt accidat spasmus
post fe. ¶ Quartana quoq; ꝯfert ad illud ꝑꝑ
ꝯcussionē tremoris eius: ⁊ ꝑꝑ multitudinē su-
doris eius. Et cui accit quartana raro accit ei
spasmus: nam securus est ab eo. ¶ Et ex curis
quidem mirabilibus expertis spasmo est vt ponat
sup mēbrū spasmosum ren ꝯstrictus cū pingue
dine sua. deinde dimittat sup ipm donec siccet
⁊ mutet cū alio. ¶ In spasmo preterea toti cor
pori cōi ꝯfert ēt intentio cerebri ēt cum purga
tione fcā sternutatorijs magnifice. ¶ Et in eis
ēt expertū est vt ex lana plim mollificant eis suspē
soria: que a collo ad vtrūq; brachiū ꝓtendant
sup que oī hora oleū calīn aspergat. ¶ Bal-
neum quoq; siccū magnifice iuuat eos ⁊ vt in-
clinetur sup lapides ignitos sup quos asperga
tur vinum ⁊ vt sudent cum eo cooperimentis.
¶ Et ex emplis quidem bonis est emplm factū
ex storace liquida: ⁊ euforbio ⁊ castoreo ⁊ ce-
ra citrina ⁊ oleo de lilio ⁊ emplra dicta in anti-
dotario ⁊ adipes ⁊ reliqua. ¶ Et inunctio ex
fece olei sisamini ⁊ olei se. lini ⁊ spūa fenugreci.
¶ Et ex vaporibus bonis est sal calefactus po
situs super exitum neruoꝝ. ¶ Et ex eis quidem
que in potu sumpta afferunt se. sunt castoreū ⁊
assa fetida ꝑmixta cum melle accepta ſm quan
titatē vncie. afferūt. n. febrē ⁊ resoluit spasmus
ilico. ¶ Et silr oleum de lberua ⁊ aqua mellis
cū assa fetida ⁊ decoctio carpobalsami. ¶ Et
ex eis que valde ꝯferunt ipsis est in potu sume
re tyriacā ⁊ ꝯfectiōes magnas. ⁊ qñq; ꝯfert su-
mere diuretica. ¶ Hec preterea medicina expta
est. in potu sumant ex radicibus costi. ʒ. xx. deco
ctas in duabus lib. aque donec tertia remaneat
ex qua potent. vn. iiij. tepidas cum. vn. ij. olei
amigdalini. Illud. n. ꝯfert ⁊ ꝓprie in spasmo q
est in posterioribus. ¶ Et qñq; decoquunt lo
co radicis costi carpobalsami. ʒ. x. ⁊ est eius po
tio. vn. ij. ⁊ silr calamentū aggreste. ¶ Et ex eis
que vehementis sunt iuuamenti est sumere in
potu castoreū ⁊ opoponacū ex quibus qui fortis
est bibat aut ℥. i. ⁊. ʒ. ʒ. i. ⁊ custodi tunc stōm qm
ipse per illud tunc debilitat vehemēter. ¶ Et
assa ēt fetida sumpta ſm quantitatē se. orobi in
quantitate. iiij. ʒ. vl. ⅔. ⁊ medie mellis ⁊ amonia
ci: silr bibat communi: ⁊ decoctio ysopi ⁊ aniudē
⁊ aqua castorei. sunt. n. plurimi iuuamenti ⁊ mī
nimi nocumenti. Sitq; potio ex eo quantitas
duorū coclearioꝝ vsq; ad tria: detur ad potan.
pluribus vicibus: ⁊ sit quantitas in eo qd bibi
tur quantitas predicta: ⁊ minus quidem nocu-
mentum fit in ipso si sit post cibū quocūq; mō
fit. Non est enim in ipso timor. ¶ Et ex cura
quidem eius est vt inungat ex oleis fortis resolu
tionis predictis sicut oleo cucumeris asi. ⁊ oleo
de lberua ⁊ oleo rutino ⁊ oleo de costo cum ca
storeo ⁊ piretro: est. n. valde iuuatiuum: ⁊ ren
dissolutiuis ⁊ oleum narcissinū. ¶ Et oleū qui-
dem est huiōi. ℞. olei vtriusq; spice lrist. i. cere
vn. ij. olei de berberis lrist. i. polij amomi stora-
cis masticis oīum. añ. vn. i. gario. euforbij am-
borū. añ. aut. iiij. spice. vn. i. olei balsami. vn. i.
cōmisceant. ¶ Et ex illis que ꝯferunt eis est:
vt administret emplm de euforbio ⁊ est iuuatiuū
valde. ¶ In eo aūt qd lactantibus ex spasmo
accit. sint ꝯtenie: vt ipsarū iuncturis apponat
emplm ex melle cum quo ꝯfecta sint crocus ⁊
radix lilij ⁊ anisum ita vt fit plm eorum radix
lilij post anisum: ⁊ sit ex croco res parua: ⁊ con
suescant ponere mēbra sua in aquis in quibus
decocta sint camomilla fenugrecū ⁊ melilotū.
Et qñq; ꝯfert oleum camomellinū solū. ¶ Vi-
num aūt paucū ꝯfert hñtibus spasmū humidū
resoluit enim ipsum sicut febris. Plm vero est
vna ex causis eius: ⁊ oꝫ vt eger ex veteri bibat ⁊
super cibū pariter. ¶ Et scias q cū spasmus
est cōis corpori exceptis mēbris faciei: tūc me
dici intendunt cum emplis ⁊ vnctionibus spō
dilium colli. ⁊ qñq; est in mēbris faciei: tūc me
dici intendunt cerebro. ¶ Et cū hoc si spasmus
est ex communitate stōi ⁊ vides signa predicta
tunc incipe ⁊ fac hominem illum mouere. For
tasse enim mouet coleram acutam aut humo-
rem putridum, ⁊ liberabitur in hora.

¶ De tetano. Cap. viij.

Tetanus est egritudo officialis prohi
bens virtutes motiuā a ꝯctione mē-
broꝝ de quoꝝ aptitudine est vt con
trahant. ꝑꝑ nocumentū in lacertis ⁊
neruis. ¶ Dictiōe vero alcuzez vtunt in signi
ficationibus diuersis: aliqñ eniꝫ dicunt cuzez ⁊
signt per ipsum illum qui incipit a lacertis fur-
cule: ⁊ extendit eos ad anteriora ⁊ posteriora:
aut in vtrasq; partes simul: ⁊ qñq; dicit cuzez
tetanum. Et qñq; dicunt cuzez spasmum oculi
ꝓprie: ⁊ qñq; signt per ipsum tetanū qui est duo
spasmi aut duo tetani posterius ⁊ anterius. Et
qñq; appropriant noie alcuzez illud qd ē ex fri
gore ꝑꝑ frigus ꝯgelatiuū. ¶ Tetanus aūt ſm
veritatē est ꝯtrarius spasmo: ⁊ ingredit in genus
spasmi introitu ꝯtrarioꝝ in genere vno: ⁊ eorum
cōparatio ad cām vnam est eueniens casu ꝯtrarioꝝ.
Verumtamen spasmus fit ad partem vnam. Cum ergo
duo spasmi in duabus partibus ꝯtrarijs aggregant
fit tetanus: quēadmodū accidit ei q hꝫ spasmū
ante ⁊ retro simul. Accidit. n. ei ex duobus mo
tibus ꝯtrarijs in membris suis vt extendantur.
¶ Cūq; tetanus iste sit duo spasmi dupli: opꝫ
vt acutior sit spasmo simplici: ⁊ erit eius crisis
velocior. ¶ Et hic quidem duplus non est ex
duobus spasmis: imo ex duobus tetanis. Et neq;
euacuat spasmus in plurimo duarū rerum a
dolore vehementi. ¶ Cause aūt cuzez similes
sunt causis spasmi ſm modum vnum ⁊ diuer-
se sunt ab eis ſm modum alium. ¶ Earū aūt
similitudo cum eis est q̃ quū cuzez qñq; fit ex re-

plexione: et quandoque fit ex siccitate: et quandoque fit propter nocumentum compositionis membra nervosa et interdum fit ex apostematibus. ¶ Diversitas vero eius ab eo est quoniam spasmus nisi raro fit a ventositate: alcuzez autem plurimum fit a ventositate extensiva: imo alcuzez qui est compositus ex duobus spasmis: quandoque fit plurimum ex ventositate cum dominatur in corpore. Et est hec egritudo perversa. ¶ Cum autem spasmus singularis accidit in membro uno ex ventositate non est pravus: et illud ideo quoniam istud fit propter dominium ventositatis in toto corpore. Et quoniam cum spasmo singulari dominatur ventositas est illic timor et signum mortis. Qualiter ergo erit duplus. ¶ Et diversificatur alio modo: et est quoniam causa in spasmo mali est ut cadat in loco nervi secundum formam prohibitionis dilatationis: quoniam extendit villum in latitudine: aut constringit cum ad radicem suam: et spasmatur. ¶ Causa vero in cuzez mali est: quoniam casus eius est econtrario: aut enim humiditas faciens cuzez currit secundum latitudinem in ramis villi. deinde congelatur et remanet secundum duritiem et fit difficilis eius reditus ad contractionem. Aut cadit subito et implet villum preter quod diversificetur eius causa et causa villi: imo cadit secundum extensionem villi et dilatatur preter quod in longitudine minuatur: sed ipsa servat longitudinem implens foramina. ¶ Materia autem faciens spasmum in nervis est diversitas in ramis nervorum non penetrans in eis penetratione fili neque penetratione plurima. ¶ Et videtur quod si transitus materiei alcuzez qui est secundum hunc modum similis transitui materie mollificationis. Verumtamen illa materia subtilis est laxum faciens: et hec quidem congelata est dura: non permittens membrum reflecti et contrahi. ¶ Aut erit materia in cuzez: deinde cadit in medio lacerti et chorde aut nervi: verumtamen in principio sui trahit nervum aut chordam in longitudine: et non potest contrahi: neque penetratione plurimi: et videtur quod fit transitus materie aut erit illic apostema: aut materia cadit in ramis villi: ita quod cum membrum contrahetur necesse erit ut propter ipsam contractionem villus ledatur dolore. ¶ Causa autem dolorem faciens ledens est materia aut non materia cadens in principiis lacertorum aut chordarum: et fugiunt ab ea in longitudine: sicut accidit speciebus cuzez successione vomitus laboriosi et evomitionis propter lesionem existentem in chordis et in nervis lesis a stomacho. ¶ Hoc quidem et si causa in cuzez sit siccitas: fit quoniam lacerti contrahuntur in latitudine: nisi propter resolutionem humiditatum augmentantem longitudinem et contrahuntur ex ea transitus in quibus penetrat virtus motiva et debilitatur a permutatione membrorum ad contractionem: et proprie cum adiuvat durities contingens a siccitate ad inobediendum. ¶ Spasmus vero siccus similis illi quandoque contrahit in longitudine et latitudine simul secundum servatam equalitatem. Quapropter siccus spasmus deterior est alcuzez sicco. ¶ Et sicut mollificatio accidit propter sectionem: similiter tetanus: et quandoque fit ut cum plaga accidit elongetur lacertus secundum contractionem.

¶ Et ex alcuzez quandoque accidit aliquid magnum forte propter eandem fortem et maximum fortem plurimum. ¶ Et quandoque contingit secundum modum eventus spasmi frigor repletivus opilans vias spiritus: et remanet membra extensa et non dilatantur: sicut remanet membra contracta et non extenduntur ad hoc ut inveniat spiritus viam et transitum. ¶ Et hoc quidem plurimum fit post somnum: quoniam spiritus in ipso intentus est ad interiora: sicut diximus in spasmo. ¶ Et quandoque accidit propter formam non naturalem inconvenientem contractam accidentem lacertis: et minoratur virtus eius et facit dolorem non tolerantem ut removeatur quare remanet secundum illam figuram: sicut qui a fune leditur: aut elevat aliquid grave: aut affert super dorsum suum pondus grave: aut dormit super terram et terra ledit lacertos eius et contrahit eos: aut accidit ei casus aut percussio conterens lacertos aut sectio: aut adustio ignis faciens eos dolere quare deficiunt a contractione. ¶ Et quandoque est cum hoc materia effusa ad eos aut ventositas grossa generata in eis: aut ascendit ad eos extendens ipsos. ¶ Et quemadmodum spasmus pravus membris faciei est malus simul: ita tetanus quem consequitur palpebram aut linguam aut labium solummodo. ¶ Et quandoque contingit species alcuzez mali sicci quem precedunt febres inseparabiles cum ingentine et fletu et alienatione: et color fit citrinus propter eas et desiccatur os et labium et denigratur lingua et constringitur natura et exasperatur cutis et extenditur. ¶ Omnis autem cuzez a percussione cui associantur singultus et punctio et pruritus et destructio rationis est mortalis: advenit enim lacertis desiccatio et ebullitio humiditatis eorum donec extendit eos in longitudine: deinde servatur illud in eis cum desiccatione ultima servante inflammationem.

¶ Alcuzez preterea multotiens accidit infantibus et fit facilis in eis quanto plus sunt minores secundum quod dictum est in spasmo. ¶ Et quandoque antecedit alcuzez plurimus saltus corporis et gravitas ipsius et gravitas sermonis et durities in lacertis. et in pectoribus spondilium usque ad alhosos et difficultas deglutiendi et pruritus: et cum scalpitur non delectatur vel desiccatur inde. ¶ Cumque urina est sicut putredo et virus et est horripillatio et tenebrositas in visu et sudor in capite et cervice significat extensionem in utrisque lateribus futuram. quoniam huiusmodi putredo multiplicatur in eis nisi purgetur. i. feratur integre imo ascendat ex ea aliquid in eis et exinde ad cerebrum et ledat ipsum et frangat corpus. ¶ Cumque alcuzez cum eo incipit clauditur os et rubeficatur facies et fit dolor fortior: et fit ne sit conveniens quod ipse sorbeat: et multiplicatur palpitatio: et lachrymantur oculi. ¶ Et differentia quidem inter tetanum et spasmum in principio sui est quod spasmus incipit in lacertis cum motu. Tetani vero principium in lacertis est cum quiete. ¶ Et quandoque contingit permutationem fieri ad tetanum ex sinantia et pleuresi et sirsen secundum quod fit in spasmo.

¶ Et qn̄q3 multiplicatur in regionibus meridionalibus pp replōnē ꝛ motū humoꝝ ꝛ ꝓpe in flegmaticis. ꝛ qn̄q3 accit in regionibus septētrionalibus pp retentionē sup̄fluitatū ꝛ ꝓprie mulieribus: qm̄ ipse sunt debilium mēbrorū.

¶ De signis. Cap.ix.

s Ignū qdē tetani absolute est: vt nō sint lacerti rn̄dentes ad contractionē ¶ Alcuzez vero signū si est in anterioribus est: qm̄ hō est sicut ꝑfocatus suffocatā hn̄s faciem ꝛ oculos. ꝛ qn̄q3 imaginatur q̄ ipse rideat pp extensionē lacertorū faciei eius. ꝛ est caput eius ꝯctū: ad anteriora ꝓcedens cū extensione oculoꝝ: quare aspicere nō pōt. ¶ Et qn̄q3 non pōt mingere pp extensionem lacertoꝝ ventris ꝛ debilitatē expulsiue: ꝛ qn̄q3 mingit absq3 voluntate: qm̄ lacertus vesice eius est extensus non ꝯctus: ꝛ qn̄q3 mingit sanguinē pp rupturā venaꝝ pp vehementiam coartationis ꝛ qn̄q3 accit ei singultus. ¶ Et si alcuzez ad posteriora est: trahit caput ꝛ spatulas ꝛ lacertos tractiuos ad posteriora. ¶ Et qn̄q3 accit illud ad posteriora pp extensionē lacertoꝝ ventris cum cōitate extensionis lacertoꝝ secretis ꝛ non pōt retinere qd̄ est in intestino recto: ꝛ neq3 pōt deponere qd̄ est in intestinis gracilibus: ꝛ ambo qdē cōicant in ꝑfocatione aut in sonnietate ꝛ vigilijs ꝛ dolore ꝛ aquositate vrine ꝛ multitudine inflāmationū ventositatis in ea ꝛ casu a lectis. ¶ Signa aūt humidi ꝛ sicci ꝛ apost ꝛ facti a lesione sunt f̄m regulā que dcā est in spasmo. Et multotiens qdem accit eis colica pp frigus si egritudo fuerit frigida.

¶ De cura. Cap.x.

e Adem est cura que est spasmi. Verūtn̄ ventosaruz vsus sup membra hic plus fiat q̄3 in spasmo. Et illud ideo vt reducat̄ calor. Siq3 cum scarificatione ꝓprie super neruos colli ꝛ spondiliū ꝛ sicere sil̄. ¶ Ex eis vero que obseruāda sunt in paciente cuzez est vt qn̄ eius corpus sudat pp doloris vehementiā aut ex medicina non dimittat̄ vt infrāto ei supueniat: qm̄ ip̄m ledit. Sed oꝫ vt desiccet̄ cum lana infusa. ¶ Et qn̄q3 fit vt sedeat in oleo calefacto: qm̄ est fortis resolōnis. ¶ Ex opoponaco quoq3 i potu det̄ vsq3 ad. ʒ. i. f̄m virtutē ꝛ ex assa fetida etc. ¶ Alcuzez preterea dignior est vt in curando ip̄m incipiatur q̄3 spasmus: qm̄ alcuzez est ledens ꝑfocans intrinsecus. ¶ Et eis vero que dicunt̄ valde eē iuuatiua in cura alcuzez ꝛ spasmi est vt ferueat succus aneti ꝛ mittat̄ in ipso catulus taboni: aut catulus canis: aut catulus vulpis ꝛ coquat̄ donec dissoluat̄: deinde infundatur in ipso eger bis. ¶ Et silr̄ cōfert eis inunctio ex pinguedine asini silvestris: ꝛ adipe leonis: ꝛ adipe vrsi ꝛ cerui ꝛ alchinboa singulariter aut cum medicinis. ¶ Et confert eis enema ex oleo rutino cum castoreo ꝛ centaurea. ¶ Et silr̄ suppositoria mordicatiua calida in quibus sunt baurach ꝛ pulpa collogn. ꝛ que sunt silia illis q̄ si nimietate sua adiuuant fiat clistere: postea cum lacte asine ꝛ vnctio renum singulariter cum aliqua ꝑdictarum pinguedinū. ¶ Et ex rebus magis conferentibus tetano frigido humido est castoreū: quare oꝫ vt assiduet̄. ¶ Cūq3 hn̄tes cuzez cibantur non oꝫ vt transglutiant ex cibis nisi buccellam valde paruā: ꝛ vt sorbeant pulteas subtiles valde: qm̄ transglutire est eis puersum ꝛ fit inde spuma in naribus eorum: ꝛ cōmouentur: q̄re illud augmentat eoꝝ egritudinē. ¶ Nos aūt dicemus medicinas quas in potu sument ꝛ ex quibus eorum membra abstergant̄ ꝛ ipsorum nares in anudotario. ¶ Et silr̄ vnctiones cōferentes eis sicut oleum de alcāna ꝛ reliqua que dicta sunt: ꝛ silr̄ caputpurgia ꝛ sternutatoria. ¶ Et sternutatoriū eis melius est. storax al musceme cū qbusdā oleis. ¶ Febris vō q̄ nālr̄ accit est melior e cura ei q ex eo est humidus.

¶ De tremore ꝛ signis specieꝝ eius. Cap.xi.

t Remor est morbus officialis eueniens pp defectum virtutis motiue a motu lacertoꝝ f̄m ꝯtinuitatē: cōpar grauitati cōpari itromittenti sua motione motionez voluntariā quare cōmiscentur motus voluntarij cum motibus non voluntarijs ꝛ est nocumētū in virtute motiua sicut stupor est lesio i sensibili. ¶ Huius aūt cā: aut est in virtute: aut i instrumēto: aut in vtrisq3 simul. ¶ In virtute vero cū debilitat̄: ꝓpea q̄ accit timor: vel pp applicationē rei abscise terribilis sicut aspectus ex loco alto: aut ambulatio sup parietem: aut portatio corā eo ex quo aliqs verecūdatur ꝛ qui timet̄: aut reliqua ex qbus ꝯhunt̄ virtutes aīales: aut angustia aut tribulatio aut gaudiuz aut desideriū. Propter ordines motuum virtutis accidit tremor in neruis: ꝛ fit illud quoniam facit contingere diuersitatem in motu ipsius. ¶ Et ex causis quidem eius f̄m semitam debilitatis virtutis est multitudo coitus post refectionem ꝛ repletionem. ¶ Qui autem factus est ab instrumento: est quandoq3 vt mollificationē aliq̄3 incurrant nerui pp quā non consequetur paralysis: quare non retinentur apud motionem: sicut est apud potuz multū ꝛ ebrietatē frequentē ꝛ multitudinē pot' aq̄ frigide: aut potu eius non in sua hora: aut vt in mēbris ꝯtingat opilō pp replōnē plurimā prouenientē a causis notis: sicut est satietas nauseatiua ꝛ dimissio exercitij: quare pp eas virtutes ꝑfecte nō penetrant. ¶ Et mā qdē frā: aut est patiens in meatibus in qbus ipsa mouetur: ꝛ qn̄q3 cum via penetratōis: ꝛ qn̄q3 cū vi ꝓhibitionis: aut non est patiens oino. ¶ Et aliquādo quidem fit vt instr̄m ipsum aliquā incurrat desiccationē ꝛ non obediat resteriori obedien-

ria facili. ¶ Continuitas vero est vt in instrumento accidat nocumentū perueniēs ad hoc vt noceat virtuti quemadmodū aduenit ei frig⁹ vehemēs extrinsec⁹: aut ex pūctura aīalis: aut ex humore: aut ex calore vehemēti: sicut apud adustionē et alia. ¶ Et aduenit cū eis virtuti ipedimētū: aut aduenit virtuti sm̄ suā singularitatē ipedimētū suū quod est sibi ꝓpriū. ¶ Et mēbro sm̄ suā singularitatē aduenit ipedimētū sibi ꝓpriū et cōtinuant̄ duo nocumēta simul. ¶ Tremor aūt quādoq̄ est i oīb⁹ mēbris. Et quādoq̄ in corpe. Et quandoq̄ est in capite solum sm̄ applicationē nocumēti ad lacertū vnū sine lacerto alio. ¶ Et quandoq̄ fit tremor in vtrisq̄ manibus et nō in pedib⁹: aut quoniā causa nō est in origine nuce: sed in ramis penetrātibus ad manus neruoꝝ: aut quoniā causa est in origine nuce: sed expellit eā ad propinquiora loca et ꝓpinquius latus: et natura seruat nuchā ne penetret cū illa i ipsa et ꝯsequat̄ finem suū. Aut quoniā spūs motiuus in inferioribus corporis est fortior et magis vigēs sm̄ necessitatē illoꝝ membroꝝ quam habēt de suo simili: q̄re nō patiūtur vehemēter a causis que nō sunt valde virtuose: quod si patitur instrm̄ confortatur eius superatio. Manus aūt non est ita. ¶ Et causa quidē dn̄ans in euētu tremoris sicut est frigus debilitans neruos et spūm simul: aut humiditas liquida laxa: minor etiā mollificatione humiditatis faciētis paralysim. ¶ Et Hypo. quidē iam dixit. Cū accidit in fe. causonide tremor tunc sensus permixtio resoluit eā ab ipso. G. quidem cōcedit hūc aphorismū: verūtamen nō est ex eis q̄ modū nō hūt. ¶ Et scias quod tremor magis peruersus ē q̄ a sinistro icipit. Et tremor quod in senib⁹ medicamine nō remouetur. Signa vero sunt cause predicte: et sunt ēt manifeste.

¶ De cura. Cap. xij.

Ac quod in alijs fecisti ca. ex apertione opilationū et destructione mollificationis et euacuatiōe et cōfortatiōe neruoꝝ: et humectatiōe: si necessitas eius est in tremore: si est ꝓpter debilitatem ab egritudine et calefactione et si cū frigiditate repētina aut imbibita: et cōpressione et fricatione et expulsione si est necessaria: et sm̄ quod ostēdim⁹ in canone. ¶ Et balneū in aquis maris et balnea sicut que sunt ex aq̄ nitri et arsenici: et aspalti et sulfuris et aqua maris sunt iuuatiua etiā. ¶ Et si est causa eius frigus vaporationes ex nitro et sinapi et inunctio cū oleo costino. ¶ Et si causa eius potus multi vini euacua: et administra oleū cucumeris asinini et q̄ talia ꝓcedunt et assidua inunctionē cū oleo canabis. ¶ Oleū preterea de andacoca ꝓprietatē h3 in hoc mirabilem. Et silr̄ si emplz fiat ex humida solūmodo. Si aūt est ex humorib⁹ ibibitis aut grossis aut ꝯfirmatur egritudo administret̄ positio ventosarū sup spondilē primā et sedeat in aq̄a olei calefacti: et in iūctīs aīalium p̄dictis in cap. de paralysi: et spasmo et alcuzez: et in fine rei detur in potu castoreū in syrupo mellino: aut cū hieris magnis. et dentur in potu pillule facte ex ruta et scolopēdria. et iuuant̄ quidē ex cerebro leporis valde: quare ex ipso comedāt assato. ¶ Et ex eis quidē que tremulo cōferūt est vt bibāt syrupū mellinū cū aqua in aqua decocta sint seminis malue et folioꝝ duruchuū vn. v. et similiter sumant in potu: succus eupatorij cū aqua. et velociter vtant̄ cū ipsa mollificatiuis. ¶ Et si tremor est in capite ꝓprie iam expertū est eis sticados pōdus. ʒ. i. aut. ij. solum cum hiera pigra: vel ex qua facte sunt pillule: aut in syrupo mellino. ¶ Et ex eis quidē iam expertū est in potu sumere pillulas cochias. i. ʒ. et. ʒ. omnibus x. diebus semel. ¶ Et oportet vt cibus sit velocis digestionis. ¶ Et vinū quidē eis nocet: et similr̄ aqua frigida: et que ex aq̄s est ei melior et minoris nocumēti est aqua pluuialis: et silr̄ omni egritudini neruose: et ledunt̄ multitudine sōni.

¶ De stupore. Cap. xiij.

Sns huius dictiōis stupor in lib. s. est diuersus. plim. n. pōitur dictio stuporis synonima dictioni paralysi. Nos vero et plimi hoium vtuntur ea sm̄ hūc modū: et quidē stupor est morbus officialis faciēs euenire in sensu tactuali nocumētū. s. aut destructionem aut diminutionē cū tremore si est debilis: aut mollificationem si est cōfirmatus: quoniā virtus sensibilis non solū ꝓhibetur a penetratiōe: sed etiā motiua ꝓhibetur sicut exposui multotiens. Quis in q̄busdā horis inueniat̄ stupor absq̄ difficultate mot⁹ ꝓp diuersitatē neruoꝝ motus et sensus. ¶ Cā. n. stuporis: aut est ex parte virtutis: quoniā debilitatur sicut in febribus fortibus et acutis ducētib⁹ ad stuporē. Et sicut in illo qui passurus est syncopim statim et apud ꝓpinq̄tatē mortis. Aut ex pte instrūti: quoniā corrūpit̄ eius cōplo ꝓpter frig⁹ vehemēs ex potu medicīe aut ex pūctura animalis sicut scorpionis aq̄tici: aut tactu piscis q̄ noiat̄ berille et facit cōtingere illud grossitudinē in spū q̄ est instrm̄ virtutis: aut debilitatem. ¶ Aut corrūpit ei⁹ cōplonē ꝓp calorē vehemētē sicut quē momordit serpēs: aut remāsit i balneo vehemētis caliditatis: aut in febrib⁹ icēdiuis. ¶ Aut ꝓp grossitiē subē neruoꝝ: q̄re spūs in ipsa nō penetrāt bn̄. Et ꝓp hoc ꝯtingit in tactu pedis cū cōparatione ad tactū man⁹ sicut stupor. ¶ Aut fit ꝓp opilōnes ex hūorib⁹ grossis. s. aut a sanguie aut a flegmate aut melācolia. et q̄nq̄ possibile est vt fit ex colera: aut ꝓpter opilationem ex coartatione spatiis et exiture: aut coartatione vehementi et ligatura: et coartatiōe fit⁹ in voluente neruos: aut per accidens forte aut propter dolorem cum quo effundit̄ ad mēbrū sanguis aut humor nō plurium opilans tran-

situs: et valuus plenitum est a sanguine. Et propter hoc cum permutat situs eius et remouet et recedit ab eo quod ad ipsum est effusum redit sensus. ¶ Et quandoque accidit illud ex siccitate et exiccatione et opilat meatus propter collectionem villi et eius coopturam et hoc est malum. ¶ Et quandoque accidit opilatio propter mollificationem factam ab humiditate complexionali absque materia et sequitur illam mollificationem clausio meatuum. ¶ Cause vero stuporis quandoque sunt in ipso cerebro et tunc si est vlis communis corpori toti est mortalis. ¶ Et quandoque sunt in nucha: et quandoque est eius principium ex spondili: et quandoque est in ramis neruorum. Cum ergo perseuerat stupor et prolongatur perducit ad mollificationem. ¶ Stupor preterea nunciat apoplexiam et epiliam et spasmum aut alcuzez aut paralysim communem. ¶ Et omnis quod stupor omnis membri cum perseuerat et fit fortis nunciat paralysim aut spasmum aduenientem ei. ¶ Et stupor faciei torturam. ¶ Et plurimum quidem succedit peripleumonie et pleuresi et sirsen frigido stupor. ¶ Et scias quod cum stupor perseuerat et non remouet ipsum maius deinde succedit vertigo nunciat apoplexiam. ¶ Et scias quod semen croci hortensis positum in enemate calefacit neruos.

¶ De signis et cura. Cap. xiiij.

Ipsa eadem causa sunt causae sicut dictum est in tremore: signat ergo illud ex eis augmentum stuporis cum additione earum et eius diminutionem. Et cura quidem est secundum quod dictum est in tremore eadem. ¶ Uerumtamen si fuerit a sanguine et erunt significationes repletionis venarum et inflatio quidem et grauitas corporis et somnus et rubedo faciei et oculorum et reliqua tunc flobotomando persequere. Nam multotiens remouet stuporem sola et cum rectificatione regiminis et alleuiande cibi. ¶ Cum ergo apparet stupor in aliquo membrorum propter causam antecedentem aut primitiuam sicut frigus: aut aliud eueniens in principio neruorum oportet vt non sis contentus curatione loci sed sit omnis cura in principio vie ad ipsum. ¶ Et ex curis quidem conferentibus stupori est exercitium illius membri et assiduatio motus eius.

¶ De tortura faciei. Cap. xv.

Ipsa est morbus officialis in facie propter quam trahitur pars faciei ad partem non naturalem et alteratur forma eius naturalis: et remouetur bonitas obuiationis vtrorumque labiorum ambarum et palpebrarum ex parte. ¶ Et causa quod causa est aut mollificatio aut spasmus lacertorum palpebrarum et faciei. ¶ Tu autem iam sciuisti eos et sciuisti ipsorum originem. ¶ A mollificatione vero facta est quando cum declinat ad partem trahitur cum ea pars secunda et mollificat eam et mutat eam a forma sua si fuerit fortis et si debilis mollificatur sola. Et apud quosdam si est in latere mollificatio est attractio torti: sed non est concedendum. ¶ Et ex eis quidem est paulus. ¶ Hec autem facta a mollificatione est propter causas mollificationis numeratas. ¶ Facta autem a spasmo et est ea que contingit secundum plurimum: est quando cum pars spasmatur stupefit pars secunda que sequitur ipsam. ¶ Et causa quidem in ipsa est causa que est in spasmo: quod autem dictum est in capitulo spasmi sicci sicut fact in febribus acutis et euacuationibus et ex fluxu ventris et vomitu et ex fluxu sanguinis ex naribus et alijs est pernitiosum. ¶ Quidam vero dixerunt quod latus egrum est in tortura latus quod sanum videtur quamuis causa sit in ipso et latus sanum ministrat attractionem ipsius et contra. ¶ Hoc autem non est verum secundum plurimum. Anathomia enim et quod sciuisti de dispositione lacertorum faciei facit te cognoscere corruptionem eius et casus huius communis: et quoniam sensus in ipsa eorum destruitur a latere torture. ¶ Et pluribus quidem hominum accidit apostema in lacertis colli: et est ex summa suffocationum et aduenit eis inde tortura et aduenit eis paralysis etiam extendens vsque ad manus: quoniam lacerti ex quo hauriunt lacerti colli virtutem motiuam origo etiam est ex spondilibus colli. ¶ Omnes autem torture excedentes vsque ad .vi. menses fortasse non speratur rectificatio. ¶ Et scias quod tortura colli plurimum nunciat paralysim: imo multotiens protendit apoplexiam. Considera ergo an associentur ei accidentia epilepsie et apoplexie quae incipe ab euacuatione forti. ¶ Quidam autem extimauerunt quod in patientibus torturam timetur mors subitanea vsque ad .iiij. dies eorum. Si autem pertranseunt eos euadit: et videtur quod sit illud causa epilepsie fortis quam tortura nunciat.

¶ De signis. Cap. xvi.

Sunt vt accidant inflammatio et spuitio exiuslio ex latere et non retinetur saliua partis: et multotiens consequitur cum ipsa soda: et propter hoc in ea que est spasmosa. ¶ Cognitio autem que duarum partium sit lesa est quod cum ipsa extenditur et rectificatur manu: reditus alterius secundum naturam ad figuram suam est facilis. ¶ Signa autem in tortura mollificatiua sunt quoniam motus est debilis et sensus sunt turbati et sentit in cute leuitatem et in lacertis. et neque sentit extensionem: et est palpebra inferior demersa: et videtur medietas panniculi qui est super palatum quod est ex parte illius oculi mollificata et humida laxa: et apparet quod mediteur homo et aspiciat ad inferiora. et causa in hoc etiam est communitas huius panniculi cum panniculo extrinseco vie lingue secante palatum in longitudinem et est communicans ei. et est cutis declinans a partibus colli et elongatur in eis. et difficilis fit reditus ipsius ad eas. ¶ Signa autem spasmose sunt quoniam sensus sunt turbati secundum plurimum et cutis extensionem habet cum qua destruuntur ruge: et lacerti faciei sunt duri: et minorantur saliua et sputum secundum plurimum: et est declinatio cutis ad partes colli plus: et reditio eius ab eis fit difficilior. ¶ Signa autem eius que est ex spasmo humido et sicco sunt ea per que cognoscitur. ¶ Et ex signis quidem euentus torture est quod homo ius

nit dolorem in ossibus faciei sue τ stuporez in cute sua τ multitudinem saltus eius.

¶ De cura. Cap. xvij.

Sollicitudo est τ itētio vt nō moueatur tortus vsq̧ ad. iiij. τ. vij. Et cibetur etiā cū eo qd̄ subtiliat sicut aqua ciceris cum oleo τ nō desiccetur cum desiccatione mellis τ pullis colūbarū. ¶ Qd̄ si natura fuerit sicca moueatur in die secūdo cū clysteri vehemētis lenitatis qm̄ est conueniēs. ¶ Intēdere autē ad gargarismata in pncipio est nocēs τ quādoq̧ attrahit qd̄ est ppinquum τ nō resoluit crudum τ spasmus in pmis fit fortis. ¶ Et neq̧ facias euacuationē cum debilibus nō sufficientibus donec digestio aliqua vice fiat: festinatio autem ad medicinā acutā exiccat materiā τ minorat eā: τ desiccat neruos τ debilitatur opatio medicine in ea: imo abstine. ¶ Et oportet qdē vt cures paralysim aut spasmū sicut scis fm qḋ puenit. Iam autē expertus est q si tortus oi die pōdus. ℨ. ij. ex hiera hermetis bibat per mēsem cōtinuum fortem efficiet impressionē. ¶ Qd̄ autem exptum est vt bibat omni die est vt ex. ℨℨ. τ acoro confectio cum melle sumat mane τ vespere quātitatem nucis. τ opz ne abscindatur ab eo aqua mellis. ¶ Quidam aūt medici indi dixerunt q ex pfectionibus quibus tortura medicatur est vt appropinquet mēbrum lesum τ caput cū carne siluestri elixata: τ videtur q melior siluestris ad hoc sit lepus τ althibea τ vulpis τ hirci siluestris τ cerui τ asini siluestres: τ qui sunt minores araba absq̧ gazellis τ que sic pcedunt ex his que carne sua nō calefaciūt. ¶ Et oportet si sit egritudo humida vt ligetur pars in qua est morbi pncipium fm formā naturalē. ¶ Si aūt est spasmus incipe pmū ab eius lenificatiōe: deinde ab ipsius resolutione. ¶ Qd̄ si inuenis signa sanguinis flobotoma venā que est sub lingua τ superpone vētosas spōdilibus pmis absq̧ scarificatione. τ nō est dubium qn materia torturā faciēs veniat ex pncipijs neruorum τ lacertorum faciei: τ pp̄ter hoc diligitur vt medicine rubificantes superponātur spōdilibus ceruicis τ super mādibulā ēt cū plimi villi sint veniētes ex eis ad lacertos qui sunt in facie. Lacerti vo faciei nō sunt ex illa summa. Et eoꝝ regimen est purgatio anterioris ptis cerebri τ similiter vaporatio sicca super spōdiles τ mādibulaz inferiorem τ fricatio capitis etiā pp̄rie super famē vehemētem. ¶ Et ex eis etiam que iuuāt torturā est assiduatio ablutiōis faciei cū aceto: τ oblinire loca pdicta cum aceto: τ pp̄rie cū in ipso coquūtur subtilianua: τ si ē acetū in quo decocta est synapis est mirabile: τ vt inclinetur sup decoctionē sceba τ abrotani τ alharmel τ laurus τ sinulia: τ assumantur sub eo que sint sicut tamarisci τ albeul. ¶ Cū ergo medicine nō cōferunt fiat cauterium super venaz que est post aurē eius. τ oportet vt insūgatur ei vn gargarismo plusq̧ alijs: τ administrentur masticabilia τ pp̄rie acorus τ nux muschata τ piretrum: τ ex eis qbus in masticatione vtitur sunt mirabolani nigri: τ oportet vt retineatur masticabile i parte lesa: τ fit in domo tenebrosa τ fiat q aut cum zeboti: aut expressione canapis τ amaraci τ sicle: aut aqua opoponaci cū oleo de lilio: aut cū sorbis quātitatis lētis cū lacte mulieris. ¶ Et curetur caput cū eis que ipm purgant: de quibus diximus in canone egritudinū capitis cuiusq̧. ¶ Et ex caputpurgijs exptis est auellana indica τ pp̄rie cortex eius superior: τ auricula muris τ expressio cucumeris asinini τ ciclaminis: τ quādoq̧ miscetur illa cū eis q̄ cū sternutatione calefaciūt sicut castoreuz τ nigella τ reliqua. ¶ Dignius vo quo fit caputpurgiū est auricula muris: τ cū caputpurgiū fit pondere. ℨ. ij. ex aqua eius cum dauich opoponaci. ℨ. ß. olei ꝯfert: imo sanat in. v. dieb⁹. Et quādoq̧ pcipiūtur intueri specula vt sit semp eoꝝ intentio in rectificatione faciei. τ specula cōueniētiora eis que sunt pp̄ria in vidēda facie τ sunt illa que de calibe sunt facta. ¶ Infantib⁹ aūt cum aduenit tortura in fine veris. detur in potu trifera minor: aliquibus diebus vsq̧ ad. vij. dies τ cibus sit aqua ciceris.

¶ De saltu τ signis eius. Cap. xviij.

Saltus est motus lacertosus: τ qñq̧ mouetur cū eis cutis que eis adheret: τ ipse quidē est ex vētositate grossa inflatiua. ¶ Signiones autē q ipse sit ex vētositate sunt velocitas resolutionis: τ q nō est nisi in corpibus frigidis τ causis frigidis τ potibus reꝝ frigidarū τ sedant cū calefacientibus. ¶ Sed signiones q ipse sit lacertosus carnosus neruosus sunt qdem qm̄ in pte que est lenis sicut cerebrum nō retinetur ventositas: τ similiter in ea que est dura sicut os. Sed accidit fm plm ei qd̄ est mediuz in duritie τ lenitate. ¶ Et accidit qdem saltus ex accn̄tibus aialibus plm τ pp̄rie in gaudio. τ multotiēs accidit ex tristitia τ ira τ reliqs quoniā motus spiritus qñq̧ resoluit mās in ventositates. ¶ Et scias q saltus cum cōis est corpori nūciat apoplexiam τ scuzez: τ cum perseuerat in mirach nunciat meliam τ epilepsiaz. Et cum pseuerat in facie nūciat torturā. τ saltus qui est subscensis qñq̧ signa pa in velaminibus: qm̄ est de comitantibus ipm.

¶ De cura. Cap. xix.

Iuuatur cum vaporib⁹ calefacientib⁹. Illud. n. remouet ipm. Et si nō vtere oleis resolutiuis incipiendo a debilioribus: τ pueni ad illud qd̄ est fortius nō remouetur: τ si nō soluitur in potu da τ assidua post illud medicinas calefacientes. ¶ Castoreo quoq̧ cū sambaco inest pp̄rietas in hoc

ta. ¶ Et neq; dentur aqua congelata τ vinuz multum: τ qd inflationem habet τ infrigidationem: τ ipsius quidez cura est ppinqua cure ipsius similiuz. ¶ Cópleamus ergo sermoné: de egritudinibus neruoz hic τ simus contenti his q sút sensuales τ motiue τ situales. ¶ De apostemanbus vo τ solutionibus continuitatis τ reliquis tardabimus sermonem vsq; ad quartum librum si deus voluerit.

¶ Fen tertia de dispositionibus oculorum.

¶ De anathomia oculi. Cap. i.

Virtus visiuum τ materia spús visibilis procedit τ penetrat ad oculum per viam duoz neruorum τ cócauorus quos nouisti per anathomiam. cúq; neruí τ pániculi qui eis associantur ad orbitaz descendút dilataẽ extremitas cuiusq; eorum τ repleẽ τ ampliatur: ita q cóprehédit humores qui sunt i pupilla quorú medius est glatialis τ ipse quidé est humor clarus sicut grádo. ¶ Glatialis vo est rotundus cuius minuit rotúditaté compressio ipsi⁹ ab anteriore parte eius. ¶ Et ipse quidé cópriniẽ vt in eo informatio cóuenientioris sit quátitatis τ habeant parua que vidétur sectionem magnam in qua formeẽ. Et ppter hoc eius posteriu parumper cóstrictú est vt ipsius coopertura in corporibus fiat bona que ipsum deglutiunt τ sunt pfunda τ dilatata a constricto: vt τ ipsa bene cooperiát eum. ¶ Et hic quidé humor posit⁹ est in medio: quoniá est dignior locis que sunt cum custodia. ¶ Sed τ post ipm est humor alius adueniens ei ex cerebro: vt nutriat ipm. Inter ipsum. n. τ sanguiné purum est gradatio. Hic aút humor similis est vitro liquefacto τ color vitri liquefacti est clarus τ declinat ad paruá rubediné: clarus vo est quoniá nutrit clarú: parue aút est rubedinis: quoniá est ex substátia sanguinis: τ ipse nó couertitur ad similitudiné eius qd nutritur integre: τ hic quidem humor nó peruenit ab eo: nisi qr mittit ei sanguinem a cerebro mediáte reti: quare oportet vt sequatur parté eius. τ hic humor denatur ad medietaté posterioris partis glatialis vsq; ad maiorem circuitum que est in ea. ¶ In anteriori parte e⁹ alius humor similis albugini oui τ noiatur albugineus. τ est sicut supfluitas a substátia glatiali pueniens: sed superfluitas clari clara est: sed positus est anteri⁹ ppter causam antecedenté: τ ppter causaz que est sicut cópletiua. ¶ Causa aút antecedés est: quoniá pars supfluitatis opposita est parti nutriméti: τ causa cópletiua est vt gradeẽ delatio luminis sup glatialé: τ fit ei sicut clype⁹. ¶ Amplius extremitas nerui cóprehédit vitreum τ glatialé vsq; ad terminú qui est inter glatialem τ albugineú τ termin⁹ apud qué puenit vitre⁹ est apud coroná: sicut rete cóprehédit venationé: quapp noiaẽ retina. ¶ Et nascẽ ex ipsius extremitate tela aranea ex q̃ gñaẽ tunica subtilis cum q̃ penetrát future ptis secúdine quá noiauimus: τ illa qd tunica distinguiẽ inter secúdinaz τ iter albugineú: vt iter subtile τ spissuz sit separatorium aliqd: τ vt adueniat ei nutriméntú ab anteriore pte ipsius penetrans ad ipm a retina τ secúdina subtilis nó fuit: sicut tela aranee: nisi qr si esset spissa erecta in facie glatialis nó elógareẽ qn accideret ex ea pp suá spissitudinem vel alterationez eius qd velaret lumé a glatiali ex via albuginei. Extremitas autem pániculi subtilis impleẽ τ texiẽ ex venis: sicut secúdina: qm ipsa facit penetrare nutrimétum sm virtuté. Verũ nó est necium: vt sint oés ptes eius preparate ad iuuaméntú nutribiles: sed ps postrema que noiatur secúdina. ¶ Illud aút qd pertásit illum terminum ad anteriora ispissatur τ fit tunica vsq; ad grossitudiné aliquá hñs coloré celestem iter albediné τ nigrediné vt ↄgreget visuz: τ vt equet lumé opatione sua q̃ coopit visum apud lariitudinem indigente tenebris τ compóne luminis τ tenebrarú: τ vt distinguat inter humores: τ inter fortem veheméns duricia: τ sit sicut mediatrix iustitia: τ nutriat corneá cú eo qd aduenit ipsi a secúdina: τ ipsius qdé cómphésio nó cópleẽ ab anteriori pte eius: vt nó phibeat aduentum formarú: sed dimittit in anteriori pte sui fenestrá τ foramen: sicut relinquitur in vuea qñ remoueẽ suspésorium ipsius ab ea: τ in illo qd foramine cadút adueniétia. Cum ergo ↄstringiẽ phibeẽ visus τ in anteriore pte hui⁹ tunice vuealis est rugositas vbi obuiat glatiali vt sit magis filis raro leni: τ vt minoreẽ tact⁹ eius. ¶ Durior vo ptiuz eius est anterior ps eius: vbi obuiat tunice cornee dure: τ vbi finiẽ: vt sit illud qd cómphédit foramé durius. Et forsitan quidem est plenú húiditate pp iuuaméntuz pdictuz τ spú qd sigt extenuatio q est corá foramie ap ↄ ppinqtatem mortis. ¶ Scds vo pániculus est strictus valde: vt bona retétio eius. Et noiaẽ postremuz ipsius tunica dura: τ eius anterior ps cómphendit totá pupillá τ fit puia: vt non phibeaẽ visus. τ est pp illud i colore cornu subtiliati limatióe τ abrasione τ noiaẽ pp illd cornea. ¶ Clarior aút ptiú ei⁹ est illa q est añrior: τ est sm virtuté sicut cóposita ex tunicis subtilibus qttuor q sunt sicut cortices suppositi: vt si excorticeẽ vn⁹ eoz nó fiat cóe nocuméntú: τ de ea est q opponiẽ foramini: qm ille loc⁹ é magis idigés fortitudie τ tutela. ¶ Terti⁹ vo cóprehédit lacertú mot⁹ pupille τ ipleẽ tot⁹ carne alba τ pigui. vt leuiat oculú τ palpebrá: τ phibeat eos exiccari τ vocaẽ totú ei⁹ ↄiúctiua. ¶ Lacertú aút mouétem oculú iá dixim⁹ in anathomia. ¶ Palpebre vo create fuerút vt expellát qd ad oculum volat τ descédit ad ipsum de ca-

pite: et ut equent lumen sua nigredine: et cuz eis quidem ponit quoddā simile pāniculo qui similat cartilagini: ut eorum statio super ipsum sit bona: et non cadant propter debilitatē eius in quo fixi sunt: et ut lacertus aperiens oculi habeat sustentaculuz: sicut os ut bona fiat eius motio. ¶ Partes autem palpebre sunt coopertoriū: deinde una duarum tunicarum pāniculi: deinde eius adeps: postea lacertus eius: deinde tunica postrema: et est hec superior. Inferior vero ex partibus deest lacertus. ¶ Et locus quidē in cuius scissiōe est timor ē ex eo quod sequitur anteriorē partē eius apud initiū lacerti.

¶ De cognitiōe dispōnū oculi et cōplōnū eius et sermone vli de egritudinibus eius. Cap. ij.

Cognitio illius ē ex tactu eius et motu eius et ex venis eius et ex figura ipsius: et ex colore eius: et ex quantitate ipsius: et ex opōnibus suis proprijs et ex dispōnibus eius quod currit ab eo et dispōnibus passionum eius. ¶ Cognitio aūt illius ex tactu eius est: quoniam invenit eum tactus calidū aut frigidū aut durū aut siccū aut lenē aut humidum. ¶ Sed cognitio illius ex motu eius est ut cōsideres an motus ipsius sit levis et significet calitatē aut fritatē quod tactus discernet ipsius an sit gravis et significet fritatez aut humiditatē. ¶ Illius vero cognitio ex venis eius est ut cognoscas an sint grosse et ample et significet illud humiditatē eius an sint subtiles et stricte et significent siccitatē eius: aut plene et significet multitudinē in ipso. ¶ Cognitio vero illius ex colore ipsius est: quoniam color significat humorē dn̄antē proportionalē. s. rubeus et citrinus et plumbeus et fuscus. ¶ Sed cognitio illius ex figura ipsius est quoniam bonitas sue figure significat fortitudinē eius i creatiōe. et malitia sue figure significat contrarietatē illius. ¶ Dispō autez magnitudinis eius et parvitatis ipsius est secundum quod dictū est in capite. ¶ Illius vero cognitio ex opōnibus eius proprijs est: quoniam si ipse videt occultū a longe et ex propinquo simul. et non leditur ab eo quod ad ipsum redit a visibilibus fortibus est fortis cōplōnis et equalis: et si est debilis visus: et secundum contrariū illius tunc in cōplōne eius et in creatiōe est corruptio. et si ipse non est ipotens in cōprehendendo propinquū quamvis sit parvū et ē ipotēs i cōprehēdēdo lōginquū: tunc spūs eius est clarus sanus parvus. ¶ Et dicunt medici: quoniam non est sufficiens dilatationi egredienti propter subtilitatē sui. Et significant per illud radium quē credunt esse de summa spūs: et quod egreditur et obviat visibili. ¶ Et si non est impotens in cōprehendendo longinquuz: et si appropinquat ei illud quod est parvū non videt ipsum. et si recedit ab eo secundum quātitatē lōgitudinis videt ipsum: tunc spūs eius est multus conturbatus non clarus neque subtilis: imo humidus et eius cōplō est humida. ¶ Et dicunt medici quoniam non subtiliatur neque clarificatur nisi motu longo. et quoniam procedit radius i motu subtiliatur et attenuatur: et si debilitatur in utrisque dispōnibus tunc eius spiritus est parvus et turbidus. ¶ Cognitio aūt illius ē et ex dispōne eius quod ab eo currit est quoniam si ipse est siccus: et non facit lippitudinem omnino tunc ipse est siccus: et si facit lippitudinez superflue: tunc ipse est humidus valde. Ex dispositione aūt passionū eius: quoniam si ipse leditur a calore et sanatur a frigore: tunc ipse habet malitiam cōplōnis calide. Et si leditur a contrario tunc ipse contrarium habet. ¶ Et scias quod medius in omni dispōne harum specierū est equalis: nisi superfluus in dispositione visus: ipse enim est equalis. ¶ Oculo preterea accidūt omnes species egritudinum. s. materiales et pure et composite et instrumentales et comunes. ¶ Et oculo quidem in dispositionibus suis que ei accidunt in forma palpitationis et clausionis et apertionis et colore et lachrymis adsunt iudicia pendentia ex egritudinibus acutis: et oportet ut inquiratur ab eis. ¶ Amplius egritudines oculi quandoque sunt proprie: quandoque sunt cum cōmunitate propinquius vero quod ei cōmunicat est cerebrum et caput et velamina exteriora: et interiora deinde stomacus. ¶ Et omnis egritudo oculi que fit per cōitatē velaminū exteriorum est magis salva.

¶ De signis dispositionum oculi. Cap. iij.

Signa generatiōis egritudinis oculi cum communitate cerebri sunt: ut sint in cerebro quedam significationes nocumentorum suorum predicte. ¶ Nam si mediator fuerit velamina intrinseca: videbis lesionem et dolorem incipere a profundo oculi. ¶ Et si fuerit materia calida invenies sternutationem et pruritum in naso. ¶ Et si fuerit frigida sentiens cursum frigidū. ¶ Et raro quidem erit hec cōmunitas cum malitia cōplōnis singularis. ¶ Quod si fuerit cōitas cū velaminibus extrinsecis: et si fuerit mū evenien ab eis. sentiet extensionem incipientez in fronte et venis extrinsecis et apparebit nocumentuz in eo quod sequitur palpebram magnaz. ¶ Et si fuerit cum communitate stomaci erunt signa predicta in capitulo de cōmunitate cerebri cuz stomaco. ¶ Et si fuerit illic fantasie causa stomaci minorabuntur vacuitate et multiplicabuntur in saturitate. ¶ Signa vero egritudinis materialis inquantuz est in ipso oculo sunt quoniam sanguineam significat gravitas et rubedo et lachrymia et inflatio et exuberatio venarum et pulsatio temporum et glutinatio et lippitudo et caliditas tactus: et proprie quando cum eis associantur signa sanguinea capitis. ¶ Flegmaticam vero significant gravitas vehemens et rubedo occulta cum plumbositate quadam et cōglutinatio et lippitudo et tumor et paucitas lachrymarum. ¶ Colericam autem significant punctura et inflammatio cum rubedine ad citrinitatem tendente que non est sicut rubedo

rize ꝓp necessitatē generis quā hz humor in q̄ q̄ri
tur maturatio. Et qūq̄ multiplicat̄ in febrib⁹
⁊ eis filib⁹ tūc q̄ deijcit v̄tutem ⁊ replet caput
supfluitatibus. ¶ Et qūq̄ excitat in febrib⁹ sco
tomiā: q̄re op; vt sit festinatio in retētione eius
vt nō attrahat singultū nocentē cōmotiōe sua.
⁊ sternutatio q̄dē est que accidit in p̄n° paroxis
moꝝ febriū. ¶ Indi vero existimauerūt ⁊ nō ex
cesserūt veritatē q̄ cōuenientior situum capitis
sternutātis in ea est vt sit ante ipsum nō intuēs
oppositionē forme neq̄ sit ↄuersum: nō ergo cō-
sequet̄ cū malitia. Et sternutatio quidē est ex re
bus magis iuuantibus ad exiccādū caput: cum
materia aut est pauca que expelli pōt q̄uis nō
sit matura: aut est vētosa q̄uis sit plurima: aut
est vaporosa: nam sternutatio est ex rebus ma-
gis valētibus ad repletionē vaporosam in ca-
pite: aut est grossa que nō est digesta. Si autem
est plus hoc tūc significat fortitudinē cerebri. ⁊
ꝓpter hoc ille cui⁹ mors est ꝓxima nō pōt ster
nutare: ⁊ ille cui ex eis adhibentur ea q̄ sternu
tare faciūt ⁊ nō sternutat non speratur vt sane-
tur vnq̄. Et ipsa ē ex eis que adiuuāt ad expel
lendas supfluitates retentas ⁊ faciunt partum
facilem ⁊ egressionem secundine: ⁊ sedāt gra-
uitatem capitis. Verū ipsa nocet ei in cuius ca
pite est materia qua indiget q̄te ad hoc vt ma-
turet̄ ⁊ vt non calefiat illud qd̄ sequitur eam ⁊
vt non moueat̄ timēdo q̄ attrahatur ad ipsam
aliud ab ipsa: ⁊ ipsa est nociua etiam ei in cui⁹
pectore est materia plurima aut cruda.

¶ De medicinis prohibentibus sternutatio-
nem. Cap. xiiij.

X eis que phibēt sternutationē sunt
oleū ro. ⁊ oleū de salicib' q̄ vehemē
ter sedāt eā. ⁊ qn̄qȝ phibet̄ si sorbitio
calda sorbeat̄ aut balneet̄ caput aq̄:
⁊ effundat̄ oleū calidum in ambab' auribus.
¶ Et resupinatio sup puluinar calidū̄ positū
sub collo. ¶ Et odoramētū pomoꝝ ⁊ nefri ⁊
sifr odoramētū spōgie marie ē ex eis q̄ abscin/
dunt eā. ¶ Et cogitatio ⁊ sollicitudo eoꝝ p q̄
remotio fit ab ea: ⁊ p q̄ ipsa resciditur. ¶ Infan
tes vo iuuant̄ eo qd̄ fluit ex renibus sanis po
sitis sup ignē ⁊ assatis ⁊ sumant̄ anteq̄ coqua
tur: ⁊ accipiat̄ illud qd̄ currit ex eis ⁊ naribus
sugat̄: aut fiat ex eo caputpurgiū. ¶ Et ex eis
que ipsam phibent est vehemētia tolerātie in
ipsa: ⁊ vt retineat̄ ⁊ est medicamē sufficiens ei
que est debilis. ¶ Et ex eis q̄ phibēt ipsam est
fricatio oculi ⁊ auris ⁊ extremitatū ⁊ palati ⁊
fortitudo oculi ⁊ vehemētia eius ⁊ eructuatio
⁊ palpitatio aspectus ad supiora: ⁊ inuolutio ⁊
pmutatio ⁊ iunctio lacertoꝝ cū oleis humectā
tibus: ⁊ pprie lacertoruȝ mādibularum ⁊ pre
cipue profundatio somni: ⁊ timor excitationis
procedentis ⁊ cautela a puluere ⁊ somno.

¶ De facientibus sternutationē. Cap. xv.

Unt elleborus al. ⁊ castoreū ⁊ con/
disi ⁊ piper ⁊ synapis: aggregā ea aut
singulariter accipe ⁊ cū penna ap/
pone ea in naso: aut accipiant̄ pire/
triū ⁊ gallia cōtrita: ⁊ ruta siluestris: ⁊ aloes ⁊
ex eis fiat linimētū. ¶ Leuia vo sternutatio/
nē facientia sunt opiū quādo odorat̄ ⁊ stipites
albedarigi ⁊ arist. ⁊ rosa cū suis pilis: ⁊ ipsa ē
ex eis q̄ faciūt sternutare calefactos ⁊ linimētū
inferioris partis nasi ex medicamine sternutationis
puocatiuo rectius est q̄ insufflatio eius in ipm.

¶ De rebus que cadunt in naso. Cap. xvi.

Ternutet habens id cum aliquibus
medicinis ⁊ intromittant̄ in os eius
⁊ narem sanaȝ. Cūqȝ sternutauerit
egredietur ex ea res: ⁊ ista sūt quasi
ex eis quarum relatio preterijt.

¶ De desiccatione nasi. Cap. xvij.

Uandoqȝ fit ppter calitateȝ. ⁊ qn̄qȝ
fit ppter siccitatē vehemētē. Et quā/
doqȝ fit ppter humorē viscosuȝ que
exiccat̄: ⁊ curatio vniuscuiusqȝ eoꝝ
ē manifesta. Et res magis iuuatiue in ipsa sūt
olea ⁊ succi frigidi ⁊ humidi ⁊ extractio humoris
si fuerit post lenificationē eius cū aliq̄ oleo aut
succo ita vt nō egrediatur illud cuius nō q̄rit̄
egressio.

¶ De pruritu nasi. Cap. xviij.

Uādoqȝ fit ppter vaporē calidum:
aut ppter catarrū calidum si est: aut
ppter catarrū fortis cursus q̄uis sit
frigidus. ⁊ qn̄qȝ fit ppter bothor. Et
qn̄qȝ fit ppter motū fluxus sanguinis nariū ⁊ est
ex signis crisis ⁊ ex signis variolaꝝ ⁊ morbilli

sm̄ q̄ scies i loco suo. ¶ Et cura vniuscuiusqȝ
eoꝝ est cum eo qd̄ scitur ex principijs facile.

¶ Fen. vi. de dispositionibus lingue ⁊ oris et
est tractatus vnus.

¶ De anathomia oris ⁊ lingue. Cap. i.

S est mēbrum necessarium ad
hoc vt pueniat cibus ad conca
uitatē iferiorē ⁊ cōicat in hoc
vt pueniat aer ad cōcauitatē su
periorē: ⁊ cōfert in expulsiōē su
perfluitatū aggregatarū in ore
stomaci cū elōgat̄ ⁊ fit difficilis earū expulsio
ad iferiora. Et est vas vniuersale mēbroꝝ locu
tionis in hoie ⁊ vociferationis in reliqs aialib'
vociferantib' ex sufflatione. ¶ Et lingua que
est mēbrū eius: est ex instris cōuersiōis cibi ma
sticati ⁊ incisio vocis ⁊ extractio litterarū ⁊ ad
ipsam ptinet discretio gustus. ¶ Et cutis sup/
ficiei eius inferioris est cōtinua cū cute meri ⁊
iterioris ptis stomaci. ¶ Et cutis strata est diui/
sa in duo media corā cōmissura neruali: ⁊ inter
illa duo est cōtras in ligamētis ⁊ cōtinuatione
tu iam scitisti lacertos eius motiuū ⁊ sensibi/
lē. ¶ Et melior linguarū sm̄ potētiā bene lo/
quēdi est illa que cōmēsurata est in lōgitudine
⁊ latitudine sua que est subtilis apud extremi/
tatē suā exteriorē. ¶ Et qn̄ lingua est magna ⁊
lata valde: aut parua sicut spasmata hn̄s eā nō
est potēs loqui. ¶ Et substātia quidē lingue est
caro mollis alba quā cooperuerūt vene parue in
trātes sanguinee rubee ex calore ei'. qr̄ alie sūt
vene ⁊ alie sunt arterie. ¶ Et in ipsa sunt ner/
ui plures pcedētes ex neruis. iiij. venientib' ad
ipsam quos iā diximus in anathomia neruoꝝ.
¶ Et in ipsa est ex neruis ⁊ venis vltra q̄ cre/
dat̄ esse i suo sili. ¶ Et sub ea sunt duo orificia
que ambo ingredit̄ stilus ⁊ sunt fontes saliue q̄
ad carnē peruenīūt glādosam q̄ est in radice eius
⁊ nominant̄ gn̄atiue saliue: ⁊ isti duo fōtes no
minātur duo hauritoria saliue cōseruātes ro/
rem lingue. ¶ Et panniculus quidē qui est in
circuitu eius est cōiunct' cum pāniculo totius
oris ⁊ vsqȝ ad meri ⁊ stōm. ¶ Et sub lingua sūt
duo vene magne virides ex quibus procedunt
vene plures ⁊ nominātur duo ranine.

¶ De egritudinibus lingue. Cap. ij.

Uandoqȝ accidūt lingue egritudines
facientes nocumētū in motu eius: aut
ita vt destruat̄: aut debilitet̄ aut mu/
tet̄. ¶ Et qn̄qȝ accidunt ei accidētia
facientia nocumētū ei in sensu tact' ⁊ gustus: ita
vt destruat̄ aut debilitet̄ aut mutet̄. ¶ Et quā/
doqȝ destruit̄ vnus duoꝝ sensuuȝ eius sine al/
tero sicut gustus sine tactu ppterea: q2 egritudo
potētiā habet eiusdē nocumentū cū debilior e
duarū virtutū. ¶ Et egritudo qdē qn̄qȝ ē ma
litia cōplexionis: ⁊ qn̄qȝ est officialis: aut ex ma/
gnitudine aut paruitate: aut corruptiōe figure

aut corruptione sitis. quare nō dilatatur prius neq̧ ꝯstrigit̄: aut ex resolone singularis cōpo- siti: ⁊ qñq̧ est egritudo cōposita sicut vnū apa- tum ⁊ qñq̧ est nocumentū in ipso ramo neruı q est ei ꝓprius. ⁊ qñq̧ ledit̄ ē cū cōitate stōi: ⁊ qñq̧ per cōitatem pulmōis ⁊ pectoris. ℂ Et lingue qd cōplo qñq̧ signat̄ ex pte saporis vin- cētis i ea ex eo qd sentit̄ sīle acetositati aut dul- cedini aut insipiditati aut amaritudini: aut ab- hoīationi gñate a putredie aut ponticitate aut stipticitati. ℂ Cū significatio tñ ex eius colore ⁊ ex eo qd inuenit in sapore qñq̧ pducit ipsaʒ vsq̧ ad egritudines plures aliorum mēbrorum. ℂ Rubedo nāq̧ eius ⁊ ꝓprie cū aspitate sigt̄ apa- ta sanguinea in ptib⁹ capitis ⁊ stōi ⁊ epis. ℂ Et albedo ipsius qñq̧ sigt̄ frigus stōi ⁊ epa- tis ⁊ dñiuʒ flegmatis in capite. ⁊ qñq̧ sigt̄ icte- riciā si color corpis est diuersus. Et sapor eius sigt̄ humorē dñantē in corpe toto aut stomaco ⁊ capite. ℂ Et qñq̧ signū eius habet̄ ex parte humiditatis ⁊ siccitatis sue. ℂ Et siccitas qdē sentit̄ ꝯm duos modos quorum vnus est cū clari- tate supficiei lingue: ⁊ hec est siccitas leuis. Et scd̄a ē cū cursu hūoris ꝓfundi viscosi q est i ipsa quē calor iam exiccauit: ⁊ hoc nō sigt̄ siccitatē in substātia: imo humiditatē viscosam aggre- gatā in ea: aut ex catarro: aut ex vaporib⁹ gros- sis spissis. Et hoc ē ex eis que faciūt errare me- dicos q cū cognoscūt ex infirmo dispōnē exic- catiōis oris nō discernunt inter modū q est ante ipsam ⁊ inter eā. ℂ Et asperitas qdē sequitur siccitatē ⁊ planities sequit̄ humiditatē. ℂ Et quādoq̧ significat ligue dispositio. ex dispōne motus eius apud loquelā ⁊ ex dispōne dimi- nutōis eius: ⁊ leuitatis ipsius: ⁊ dispōne gros- sitiei ipsius: ita vt minuat̄ oi hora ⁊ grauet̄ mo- tus eius: ⁊ sigt̄ repletionē sanguinis aut hūidi- tatis. ℂ Et quādoq̧ significat̄ eius dispositio ex apatibus ⁊ bothor q accidūt in ea. ℂ Et tibi qd posse erit exponere modos signorū ex hac acceptiōe postq̄ cōprehēderis pncipia vniuer- salia iam preterita ⁊ particularia que ostendi.

ℂ De curationibus lingue. Cap. iij.

q Quandoq̧ est curatio eius cū cōitate quā hēt cum capite aut stō per id qd rectificat ambo: ⁊ est ex eis quorum vnūqdq̧ sciuisti in suo caplo. ℂ Et quādoq̧ est curatio ipsi⁹ cura ꝓpria cū potio- nibus euacuātib⁹ fluxū vētris que sunt magis iuuatiue q̄ illa quē vomitū faciunt ⁊ pmutant cōplexionē: aut stipticis: aut resolutiuis incisi- uis subtiliatiuis q̄rū cū bibunt̄ virtutes ad ipsaʒ perueniūt: ⁊ oportun⁹ quidem bibunt̄ hmōi post cibū. ℂ Et quādoq̧ curat̄ collutionibus oris ⁊ fricatiōibus ⁊ gargarismis ⁊ oleis ⁊ pil- lulis retētis in ore factis ex spēbus que hñt vir- tutes pdictas ꝯm necessitatē. ℂ Et meli⁹ qdē est vt sumant̄ cōpressiue. Et opʒ vt caueat̄ in ad- ministratiōe medicinarū oris ⁊ lingue cū fue- rit ex gñe earum que nocēt guttur ⁊ pulmonē vt nō attrahat̄ aliqd ex cursu earum ad ipsa.

ℂ De corruptione gustus. Cap. iiij.

n Ocumētū igredit̄ i gustu ex tribus modis: ⁊ totū illd ē qñq̧ cū cōitate ⁊ qñq̧ pp egritudinē ꝓpriā: ex ma- litia cōplonis aut egritudie officiali aut cōi. ℂ Et sigtur per illud qd inuenimus.

ℂ De cura. Cap. v.

c Ura eius si est cū cōitate est vt cogno- scas dispōnē cerebri ⁊ rectifices eaʒ cū eis que te docuim⁹ i caplo egritu- dinū cerebri: aut dispōne stōi: ⁊ tunc si cū fuerit repletio ⁊ hūor malus oportebit vt euet̄. Nā si fuerit acutus euet̄ cū eo qd fit vt hierapigre: aut pillulis cochijs ⁊ pillulis factis ex scamo- nea ⁊ pulpa colloquintide ⁊ sale naptico. ℂ Et si fuerit grossus tūc oportebit vt euacuet̄ cū hie- ris. ℂ Et administret̄ gargarismata ocd in ca. mollificatiōis lingue. ℂ Et cibet̄ paniēs cibis acutis sicut cepis ⁊ alleis ⁊ synapi ⁊ aceto.

ℂ De mollificatione lingue ⁊ grauitate eius- dē ⁊ destructiōe itroit⁹ in ꝯmonē. Cap. vi.

l Ingue mollificatio ē ex sūma spērū nocumētorum lingue pdictorum in eis que preterierūt. ⁊ eā quidē nota qñq̧ est ex hūiditate sanguinea aut aquo- sa. ℂ Et qñq̧ est pp cām pmaʒ in cerebro. Et qñq̧ est pp cām in lacerto mouēte eā: aut ramo veniēte ab ipso ad eā. Et tu scies q fit cū cōitate cerebri ⁊ que fit absq̧ cōitate ex eis in quibus inuenit̄ dispō in reliqs mēbris acgrētib⁹ ex cere- bro sensuʒ ⁊ motū. ℂ Et qñq̧ sigt̄ q materia sit sanguinea rubedo lingue ⁊ caliditas eius. Et quādoq̧ significat q materia sit subtilis aquo- sa multitudo cursus saliue subtilis ⁊ paucitas iuuamēti ex resolutiuis ⁊ iuuamentū ab eo in quo est stipticitas. ℂ Et quādoq̧ puenit mol- lificatio lingue ad hoc vt puer loquelam: aut si ut difficilis vt alteret̄: ⁊ ex ea quidem est alfefe ⁊ altete. ℂ Et ex pueris sunt quorum quidā spa- ciū defectus a locutione ꝓlōgant̄. ℂ Et ex eis qdē qui vtuntur tāta in locutione sua est aliqs cui cū accidit egritudo calida soluit̄ lingua ei⁹ ꝓpter liquefactionē humiditatis annexe cum lingua retētē in radice nerui eius: ⁊ ꝓpter hoc fit puer altata: ⁊ cum fit adolescens ⁊ tempera- tur humiditas eius fit loquens expedite.

ℂ De cura. Cap. vij.

o Oportet vt mundificetur corpus cū hiera minore: deinde cū hieris ma- iorib⁹: deinde intēdatur pe capitis cū medicinis sibi ꝓprijs. ℂ Et si exi⁹timat̄ q cū humiditate dñet̄ sanguis flobotomet̄ ve- ne lingue ⁊ ventoset̄ mentū. Deinde curet̄ cū gargarismis ⁊ fricatione lingue ⁊ assiduatiōe mot⁹ eius post eiōnē. ⁊ tu qdē iā sciuisti duo

prīnis capl'ā regie egritudinū capitis. ℂ Medicine vero ꝓprie loco que sunt ꝑꝫ plīm eāe sūt sile que sunt cū resolutiuis incisiuis ꝛ subtiliatiuis ꝛ gargarizatio cū aq̄ carnū ꝛ empla fcā cū eis que sunt sicut origanū ꝛ halasce ꝛ synapis ꝛ piretrū ꝛ cortice radicis capparis imo sicut ꝛ condisi: ꝛ totū illud cū eo qd̄ sit sicut alnum ꝛ acetū squilliticū. ꝛ qn̄qꝫ iuuat ex fricatōe lingue fcā cū sale ammoniaco ꝛ cū. ʒʒ. ꝛ cepe ita vt ex ea currat saliua plurima ꝛ oxumel squilliticum qn̄ admistrat ad gargarizādū: aut ad colluendum os ꝓfert valde: ꝛ acorus est bonus mollificatiōi lingue ꝛ grauitati eius. ℂ Et qn̄qꝫ mollificatio fit vehemens ꝛ ꝓhibet locutionē tunc sumat aliqd euforbij ꝛ condisi ꝛ assiduet fricatio lingue ꝛ radicis eius cū ipsis. ℂ Et opꝫ vt ponant iste medicine ꝛ carū siles sup colli ēt. ℂ Et qn̄qꝫ fiunt ex istis medicinis ꝛ silibus eis pillule ꝯfecte cū eis que ꝓhibeant eas ꝛ velocitate resolōnis sicut est laudanū ꝛ dragagāti ꝛ gūma pini ꝛ gūmie viscose. ℂ Descriptio pillularū que tenent in ore sub lingua coterentes mollificatiōi ꝛ casui eius: glutis alibat. ʒ. ij. assefetide ʒ. i. fiant ex eis pillule sicut cicer ꝛ teneantur sub lingua. ℂ Et ex eis que experta sūt in hoc caplō: est gargarismus ex sale ammoniaco ꝛ pipere ꝛ piretro ꝛ synapi ꝛ baurac ꝛ. ʒʒ. staphisagria ꝛ origano ꝛ sansuco ꝛ sale naptico terant ꝛ cribellent ꝛ fiat cuꝫ eis gargarismus in aqua cala diebus ꝯtinuis. ℂ Et ex electuarijs que indi dixerunt ad hanc rem vtilia est electuariū cuius descriptio est hec: cymini nigri cymini kermeni cinnami grosi salis indi oīum. añ. auf. 5. pip. lō. g. c. piperis. g. cc. zuccari sextaria. viij. ꝛ sextarius est. ʒ. vi. 5. sumatur ex eo oī die. ℂ Et cū resolutiua non valuerint ꝛ extimaueris ꝙ humiditas sit subtilis ꝛ currens adiuuate cuꝫ resolutiuis stipticis sicut aldarsitahan pini xrū cum rosis ꝛ sicut est flos sgnāti cū spodio. ℂ Et multotiens qdē ꝓfert ei fricatio lingue cū acetosis stipticis. Ipsa. n. vehementer faciunt cū resolōne saliue ꝛ cursu eius ꝑm acetositatē sicut lac acetosum ꝛ sicut succus fructuū q nō sunt maturati. ℂ Et qn̄ puer tardat ad loquēdū opꝫ vt assiduet motus lingue eius ꝛ fricatio ipsius ꝛ currat saliua ex ea: ꝛ ꝓfert in hoc ꝓpter qn̄ administrant in fricatōe eius mel ꝛ salgēma ꝛ oīa que dicta sunt in. c. cure humiditatis lingue. ℂ Et ex eis que mouent linguas eorū ꝛ soluunt eas est violenter facere eos loqui.

ℂ De spasmo lingue. Cap. viij.

Spasmus lingue qn̄qꝫ fit ex humiditate viscosa tendente lacertos eius in latitudine. ꝛ qn̄qꝫ fit ex melia cōstringente ꝛ qn̄qꝫ ēt i egritudinibus acutis accidit spasmus in lacerto lingue ꝑm viam exiccatiōis ꝛ siccitatis. ℂ Et spasmus ēt qn̄qꝫ facit apparere nocumentum in sermone.

ℂ De cura. Cap. ix.

Non elongat cura spasmi lingue in canone a cura spasmi vniuersalis predicta in fen prima huius libri: sed ꝑꝫ viaꝫ ꝓpriā cura eius est ꝑm ꝙ accit. ℂ Ex sūma illius sunt vaporatōes radicis colli cū eis que sunt sicut camomilla ꝛ corona regia ꝛ sarsafa ꝛ sansucus ꝛ aneti sigillatim ꝛ cōiunctim: ꝛ silr gargarismi cū oleis carnū ꝛ impletio oris ex aq̄ carnū ꝛ sint tepide. ℂ Deinde retētio carnū in eo spatio aliquo: ꝛ administratio lotionis oris lacte ex oleis calis ꝛ dulcibus resolutiuis ꝛ scibus sicut fenugrecū ꝛ que sūt eis silia. ℂ Et cū fuerit in febribus sint olea administrata sicut oleum vio. ꝛ oleum de cucurbita ꝛ alkerua ꝛ salicib' tepidis. ℂ Et oꝫ vt ēb: ocēt loca ꝓdcā cū aq̄ tepida ꝛ succis hūidis tepidis.

ℂ De magnitudine lingue. Cap. x.

Quandoqꝫ fit magnitudo lingue a sanguine dn̄ante. ꝛ qn̄qꝫ fit ab humiditate plurima flegmatica mollificatiua extensiua. ꝛ qn̄qꝫ magnificatur plūs ita vt egrediat ex ore ꝛ non capiat eaꝫ os. Et huius quidem magnitudinis relatiōnē singularem fecimus in capi. apostematis propter illud qd̄ ei proprium est ex differentia.

ℂ De cura. Cap. xi.

Sanguinea qdē ꝛ fcā ex mū cala curat si assiduat eius fricatio cū incisiuis acetosis ꝛ stipticis sicut ribes ꝛ acetositas citri. ℂ Et fcā ex humiditatib' si assiduet eius fricatio cū sale āmoniaco sale cū cepis ꝛ aceto p' cūones. Aut accipiat. ʒʒ. ꝛ pip ꝛ lōgū pip ꝛ salgēma: terāt bū ꝛ fricet cū eis ligua qn̄ ei euertet ad mēsurā suā ꝛ igregiet qd̄ de ea exiuit. ℂ Et mollificatio qd̄ lingue cū accit pueris sufficit i ea sollicitudo custodie ꝛ cibatus ex passerib' volantib' āmbulantib'. ℂ Quidā hō iā vētosatus fuit ꝛ ꝑcussus ē cū scalpello villus nerui in spōdilibus panniculi ꝯiuncti cū lingua quare mollificata est lingua.

ℂ De abbreuiatōe lingue. Cap. xij.

Quādoqꝫ accit ꝯtinuatōi ligamētū qd̄ ē sub capite lingue ꝛ extremitati ei' abbreuiatio ꝛ nō ꝑmittit liguā dilatarici qn̄qꝫ accit ꝑꝫ scīni spasmi. ℂ De cura. xiij.

Et ea qd̄ ꝙ fcā est cā spasmi iā dcīū ē. ℂ Ei' vō ꝙ fcā est cā abbreuiatiōis ligamētū cura est incisio illius ligamētū ex latere extremitatis ei' paruū ꝛ succurrē loco cū dragāto adusto vt abscidat sāguinē. ℂ Et sūma ꝙ necia ē ex icisiōe ei' i solōne ligue ē vt flectat ad supio: a palati ꝛ vt egrediat ex ore ꝛ si nō audet icidere ipꝫ cū ferro paučdo ꝛ timēdo effusionē sanguis plurimi transeat ad hoc vt itromittat sub ligamēto acū cuꝫ filo ꝛ dissrūpat absqꝫ icisione: ꝛ ponat sup mēbꝝ que ꝓhibeant conglutinationem. ꝛ sunt medi-

cine cauterizãteo attractiue: ꝛ ſi ſubtiliaꝛ in inciſione eius cum cautela venaruꝫ que ſunt ſub lingua ne adueniat eis inciſio ꝛ non adueniat curſus ſanguinis plurimi.

¶ De apoſtematibus lingue. Cap.xiiij.

Quandoqꝫ accĩt lingue apñata calida ꝛ apñata mollia flegmatica ꝛ apñata dura ꝛ cancer. ¶ Et ſigna oium illorum manifeſta erunt cum redierint ad illud qḋ dictum eſt in ſignis apoſtematum. ¶ Et quandoqꝫ apoſtematur lingua propter potum venenoꝛum ſicut fungoꝛum ꝛ opij.

¶ De cura. Cap.xv.

Apoſtemata qdem calĩa curantur in primis cum flõmia ꝛ ſolõne ventris: ꝛ illud melius eſt in apñatibus lingue ꝙ vomitus. ¶ Et qñqꝫ nõ excuſanꝛ a flõmia venarũ que ſunt ſub lingua. ¶ Deinde teneant ſub lingua ſua cum eſt principiũ eoꝛum ſuccũ endiuie ꝛ ſuccũ lactuce ꝑprie ſuccũ ſolatrij ꝑprie ꝛ lac acetoſuꝫ ꝛ aquã roſ. ꝛ aquã in qua decocte ſunt roſe: ꝛ ſuccus virge paſtoris. Et fricet cum piſcis humidis qꝛñ ſunt vehementis iuuamenti ad illud. ¶ Si aũt non reſoluanꝛ ꝛ non aperianꝛ indigent ad vltimum maturatiuis reſolutiuis qbus fiat gargariſmꝰ ſicut cum melle ꝛ lacte ꝛ ſicut decoctio radicis lilij: ꝛ ſicut decoctio ficuũ ꝛ fenugreci ꝛ decoctio paſſularũ ꝛ feniculi ꝛ potus hierepigre vt ſoluaꝛ mã ab oꝛe ſtõi: ꝛ ſint cibi ex genere eoꝛ que maturant ꝛ reſoluunt ſicut illi qui fiunt ex caulibus ꝛ attriplicibꝰ cũ oleo ſiſamino. ¶ Et ſi aperianꝛ adminiſtrenꝛ ſtiptica in oꝛe ſicut decoctio ſumac ꝛ mirthi ꝛ lentiũ ꝛ folioꝛ oliue ꝛ vini põtici. ¶ Et qñqꝫ valet ad illud vnguentum fcm ex ſucco ſolatri ꝛ oleo roſ. ꝛ lentibus excoꝛticatis ꝛ roſ. ¶ Si aũt apñata eſt molle flegmaticũ tunc cõfert ei vt apñati calido in quo eſt vltimus ſtatus eius ꝛ cõburaꝛ radi ꝛ feni. ꝛ annectatur. ¶ Et qñqꝫ in hmõi fiunt caputpurgia in qbuſdã apñatibus calis in qbus eſt groſſitudo cum hoc medicamine. ¶ ℞. croci ꝛ hiere pigre amboꝝ. añ. pte. i. cãphoꝛe ꝛ muſchi amboꝝ. añ. tertiã ptem. ʒ. i. zuccari tabarzet ptẽʒ. i. ꝛ. ſ. reſoluaꝛ ex eo toto pondus dauic. i. in lacte pulle ꝛ fiat ex eo caputpurgiuꝫ. ¶ Inquit. G. apñata fuit lingua cuiuſdã hois apñate magno qui erat ſexagenarius: ꝛ non fuerat ꝯſuetus flõmari: quare non flõmaui eum: ſed feci eum potare pillulas cochias: ꝛ vt lingua eius inuolueret emplis frĩs volui. Sed ipſe erat ſtultus inobediens medico ſuo vidit itaqꝫ i viſiõe illa nocte vt teneret i oꝛe ſuo ſuccũ lactuce: qḋ ꝛ fecit ꝛ ſanatus eſt integre ꝛ fuit ꝯueniens illud ꝛ mirabile. ¶ Qḋ ſi apñata fuerit durum tunc opoꝛtebit vt ſubtilieꝛ regimen ꝛ cibus fiat bonus ꝛ eiiciꝛ humoꝛ eũ faciẽte magnus ꝯdictio in caplis predictis. ꝛ adminiſtrentur gargariſmata ſubtilia

tiua: ꝛ teneantur in oꝛe infuſio fenugreci ꝛ decoctio eius cum ficubus ꝛ granoꝛuꝫ lauri cum paſſis mundificatis: ꝛ teneaꝛ in oꝛe lac mulieris ꝛ aſininũ ꝛ capꝛinũ: ꝛ decoctio dactiloꝝ ꝛ ficuum cum vino dulci ꝛ vino de vuis: ꝛ cum melle caliefcõ. ꝛ aſſiduet lenificationem nature cum eis que ſunt vt hiere pige ꝛ caſſia fiſtula.

¶ De alchael in locutione. Cap.xvi.

Iam diximus quedam que opoꝛtuit dici de ea in. c. mollificatiõis lingue. ¶ Nunc aũt dicamus ꝙ cauſas ꝛ reliqua nocumenta locutõis: qñqꝫ fiũt ex nocumento in cerebꝛo ꝛ in ptibus nerui venientis ad linguã ꝛ mouentis eaꝫ. Et qñqꝫ fiũt in ipſo ramo: ꝛ qñqꝫ fiũt in lacerto ipſo. ¶ Et illud ideo qꝛñ alchael aut eſt ſpaſmus aut tetanus aut duricies: aut mollificatio aut abbꝛeuiatio ligamẽti aut nodatio a plaga ꝯſolidata: aut apñata durũ. ¶ Et qñqꝫ fit illud ſicut ſcis ex humiditate ẜm plurĩ: ꝛ qñqꝫ fit ex ſiccitate. ¶ Et qñqꝫ fit nocumentũ in locutõe ex pte apñatum aut vlcerum accĩtuũ in lingua ꝛ ptibus eius. ¶ Et qñqꝫ accĩt poſt ſirſen ꝑ expulſionẽ ſuꝑfluitatis ex cerebꝛo ad neruos: ꝛ febꝛibus acutis ꝑ exiccationẽ earũ. ¶ Et qñqꝫ eſt lingua in hoc vt detumeſcat ſpaſmata ꝛ eſt rariſſimũꝫ ꝛ hoc eſt ex nocumentis accĩtibus ab oꝛigine. ¶ Et qñqꝫ fit nocumentuꝫ in ſermone ꝑ cãm lacertoꝝ epiglotis cum ſunt extenſi ꝛ mollificati. ¶ Et hoi qdem qñqꝫ eſt difficilis vociferatio in principio rei qꝛñ laboꝛat in mouendo lacertos pectoꝛis ſui ꝛ epiglotis ſue: ita ꝙ non tolerant laborẽ ipm illi lacerti: quare fiunt inobedientes: cum ergo reſpirat in initio dictõis ſue ꝛ ſermonis curru poſt illud. ¶ Et oꝫ qdeꝫ vt hmõi homo preparet ſe ad loquendũ cũ reſpiratiõe magna ꝛ motu pectoꝛis magno: imo feſtinet in ipſa velociter: nam cum ille aſſueſcat illud facilis fit ei locutio ꝛ ꝯſueſcit facilitateꝫ in ipſa. ¶ Reliquoꝝ vero modoꝝ curatiões iaꝫ dicte ſunt in capitulis ſuis. Et facto quidẽ poſt ſirſen confert quandoqꝫ flobotomia duarũ venarum que ſunt ſub lingua valde.

¶ De ranula. Cap.xvij.

Est ſilis glandule dure exñs ſub lingua cuius coloꝛ eſt ſilis coloꝛi cõpoſito ex coloꝛe ſuperficiei lingue ꝛ venarum que ſunt in ea ꝛ eſt ſimilis rane ꝛ cauſa eius eſt humiditas viſcoſa.

¶ De cura. Cap.xviij.

Operianꝛ in ipſa: medicine coꝛroſiue inciſiue reſolutiue in qbus eſt ſuperflua exiccatio ſicut ſal ammoniacus ꝛ acetũ ꝛ ſal ꝛ fricatio cum floꝛe eris ꝛ dragantο. ¶ Qḋ ſi non ꝯferant adminiſtrẽtur medicine acute ſicut medicamen andaron ꝛ medicamen aſcarion ꝛ medicamẽ oĩu humidi dicũ in antidotario: ꝛ adminiſtratio flõmie

ſub

sub lingua τ medicine fortis alcola administret. ℭ Si aūt non valuerint non erit excusatio ab opōne manus. ℭ Et ex medicinis laudatis in ea est vt sumant origanū psicū τ cortices granatoꝝ τ sal τ fricet cū eis lingua infantis patiētis ranulā qm̄ sanat eis. ℭ Et ex eis que expta sunt in ea sunt dragantū adustū τ hermodactili cōmixta cū albumine oui. τ posita sub lingua.

ℭ De adustione lingue. Cap. xix.

Quandoqʒ accit illud cū caliditatis in ore stōi aut cerebro que non puenit ad hoc vt fit febris: aut cū receptiōis rerū acutarū aut salsarū: aut amararum aut dulciū aut pp sitim vehementē. ℭ Et qn̄qʒ fit pp cās maiores illis sicut febres acutas τ apata interiora. ℭ Et cura illius in sūma est qm̄ os vt phibeat qui de hoc pquerit τ pprie qui est ex egris ne dormiat sup collū. τ assidue vtat oscitatōe. ℭ Et psuescat in administratōe pillulaꝝ factaꝝ ex seibus barcke τ cādi τ curolo τ cucurbite τ cucumeris τ terenIabin: τ silibus illis. ℭ Et teneat in ore nucleos prunoꝝ τ tamarindi τ zuccarū albaizeʒ τ mucilagines notas τ succos infrātes τ humectātes. ℭ Et puenit vt sup ipsam fiat abstersio si est illic humor viscosus. Deinde inungat τ colluat os cū oleis τ mucilaginibus τ succis τ adipe volatilium. ℭ Et quidam hominum sunt qui curant illud fricando cum menta.

ℭ De cura fissurarum in lingua. Cap. xx.

Mucilago psilij teneat i ore τ māsglutiat eaꝝ τ sumat crura τ pedes τ oua mollia cocta in aqua. Et ex eis que experta sunt in eis est butyrū recens: τ ex eis frustum cucumeris τ sebesten.

ℭ De deiectione lingue. Cap. xxi.

Quandoqʒ fit pp apata eius magna: τ qn̄qʒ fit a pfocatōibus. Deijcit. n. nā aut voluntas linguā vt aperiatur meatus anhelitus.

ℭ De bothor in ore τ cura eius. Cap. xxij.

Plurimū qdem patit os bothor pp stationē caliditatis in pribus stōi τ capitis τ vapoꝝ. Et qn̄qʒ fit in febribus.

ℭ Etiam dcm̄ est q qn̄ apparet in febribus acutis bothor niger in lingua morit infirmus in die scdo. ℭ Singularia vero iuuatiua in bothor in principio rei cum est necessitas infrātōis τ exiccatōis sunt sicut mirabola. τ galle τ seia rose τ amilū τ fructus tamarisci τ fiefmenithe τ dragagantū τ balaustie τ duo sandali τ rose τ spodiū τ sumac τ lentes τ lutum armenū τ capita granatoꝝ τ cortices glādiū τ clmia τ faufel. ℭ Et succi fri sicut succus lactuce τ solatri τ succus virge pastoris τ portulace τ extremitates vitis. ℭ Et plurimoruʒ qdem infantiū sanant bothor cum zuccaro tabarzet τ cāphora. ℭ Calida vero que sunt necessaria in fine rei sunt sicut celidonia τ darsisahan pprie τ cortices nucis muschate τ ciperū τ crocus τ nux cupressi τ buglossa τ piretrū τ gariof. τ mentastrū τ gallia. ℭ Et ex medicis sordidis est stercus canis: τ qn̄qʒ neciū est i eis que sunt vlcerate arsenicū. ℭ Et ad eas qdem que sunt grossa iam expta sunt decoctōis darsisahan. vn. i. τ venaꝝ vn. s. celidonie gutta po. vn. aloes pondus. ʒ. ij. croci aur. i. ℭ Et silr aqua i qua decoquunt gariof. τ nucis muschate τ darsisahan ptes equales aut ppinque. ℭ Et si incipiunt bothor suppurari tunc fortasse est necīuʒ vt appropinquent eis mucilagines facte ex eis que sunt sicut semen lini cū ficubus τ butyro τ farina frumenti τ semen maru. τ fumus terre τ semen malue. ℭ Et ista seia eadē τ farina ordei τ lac asininū solū aut cum aliquo istorum. ℭ Et qn̄qʒ indigēt decoctōe seis lini cum ficubus τ butyro τ farina frumenti τ menta τ fenu greco. ℭ Quidā vero sublimiū medicoꝝ dixerunt: non est aliquid magis vltimum q oleū de squinanto in curā bothor oris tepidū i ore.

ℭ De alcola τ vlceribus malignis. Ca. xxiij.

Alcola est vlcus eriis i cute oris τ lingue cum expansione τ dilatatione.

ℭ Et qn̄qʒ accit ifantibus plm̄ imo cum plm̄ accit non accit nisi eis pp malitiaꝫ lactis τ malitiā digōnis eius in stōis coꝝ. ℭ Et qn̄qʒ accit ex oi humore τ cognoscitur ex colore suo. Albū. n. est flegmaticū τ generat ex flegmate salso in pluribus. Et citrinū est colericū τ est vehementiore inflāmatōis q alia. Et nigrū est melicū. Et rubeū clarū est sanguineum. ℭ Et malignius oibus est melicū. τ qn̄qʒ fit cum apate τ qn̄qʒ fit singulare. ℭ Et oē vlcus eueniens in supficie oris est velox ad dilatandū ppea q non deficit ei caliditas inseparabilis τ cutis humida lenis. ℭ Et de psuetudine qdē. G. est vt noiet eam colabā dum in supficie pseuerant: cūqʒ putrefiunt τ submergunt non noiat ea colaban: imo vlcera maligna: τ sunt illa q idigēt medicis cauterizatiuis. ℭ Et qn̄qʒ multiplicat alcola qn̄ multiplicant pluuie τ multiplicāt in febribus pestilentialibus.

ℭ De cura. Cap. xxiiij.

Oportet vt intendant primo humor dn̄ans faciens alcola τ euēt ex corpore toto τ est dn̄ans: deinde ex venis que sunt sub mento: τ ex eis que sunt in iabarich. Flōmia nāqʒ pfert oibus egritudinibus oris calidis. ℭ Deinde admistret medicine bothorales pdicte ita vt curet fortia τ plurime humiditatis τ acuta saniosa cū fortibus: τ debilia cum debilibus. ℭ Et qn̄ vlcera pueniunt vsqʒ ad os tunc necīa sunt valde fortia sicut aldidicon cum aceto plurima. ℭ Et oꝫ vt alienet olea oia vsqʒ ad oleum de oliuis.

ℭ Medicine vero colligantur ex medicinis

borbor: frie ⁊ calle quas diximus in.c.i.in quibus sunt stipticitas pauca ⁊ infrãtio: deide ille que resoluunt. ¶ Et in illis que declinant ad rubedinẽ ⁊ citrinitatẽ oȝ vt addant in infrãtiõe medicine. Reliqua vero idigent in primis eis que exiccãt ⁊ abstergũt cũ qualitate sua equali in initio rei: deinde eis que exiccant ⁊ resoluũt cũ fortitudine. ¶ Et obseruet etas in oibus illis. In pueris.n.oȝ vt sint medicine eoꝝ debiliores ⁊ vt lac eoꝝ rectificet. In magnis vero oȝ vt sint medicine eorum fortiores. Et pueris qñqꜫ ꝯferunt cibi solũ. Si aũt non sunt comedẽtes oȝ vt que eos lactant cibent eis. ¶ Medicine vero cõuenientes alcola que sunt acuta sunt sicut masticatiões folioꝝ rubri ⁊ sicut lẽtes cũ aceto. ⁊ oẽs medulle cũ pmiscent cũ cydonijs sunt iuuatiue ⁊ ꝓprie medulla cerui ⁊ vituli ⁊ poma stiptica ⁊ zarur ⁊ cydonia ⁊ iuiube ⁊ extremitates vitis ⁊ citroli hortulani siccati ⁊ farina lentiũ ⁊ farina risi: ⁊ fortiora illis puluis factus ex gal. ⁊ spodio ⁊ ro. ⁊ acatia ⁊ silibus illis: ⁊ celidonie cũ stipticis inest virtus mirabilis in cola. ⁊ cãphora est vehementius iuuamẽti in cola. ¶ In vtrisqꜫ vero frie adiuuare cuȝ abstersiuis exiccatiuis ⁊ ꝓprie in flegmaticis: ⁊ cũ resolutiuis fortis resolõnis ⁊ exiccationis ⁊ ꝓprie in melicis: sicut est farina herbi ⁊ mel cũ gallis: ⁊ rasura pgameni est vehementis iuuamenti in hoc ꝓprie in pueris qñ miscet cuȝ aceto: ⁊ malignis draganti cũ aceto. ¶ Et qñ sunt corrosiua mala tunc necia est administratio floris eris cũ colcotar ⁊ gallis ⁊ rob. aut gallarũ ⁊ aluis ⁊ balaustie ptes equales ⁊ administratio trociscoꝝ buxus aut alcohol tracamaticon cũ succo stiptico sicut succus acreste. ¶ Et sicut medicine cõces: aut ex aluie ⁊ gallis cõtritis: aut puluerizatio ⁊ puluis fricet cuȝ eis os multũ. ¶ Et galle gdẽ ꝯferũt oi cola maligno ⁊ ꝓprie qñ coquunt cũ aceto ⁊ sale. Et sit cum eis collutio oris in colla pueroꝝ. ¶ Et cinis almezerion hȝ ꝓprietatẽ mirabilẽ in cola magno. ⁊ est ex medicis cõibus spẽbus alcola. Et sir alumen puluerizatũ ⁊ aqua erea ⁊ fex adusta. ¶ Alcola vero melico nigro ꝯfert vt liniat cũ melle cui admixte sunt passe enucleate ⁊ anisum. Si aũt illic fuerit apa ẽt tunc administret hoc vnguentũ. aque albedarũgi sacraiati vnuȝ olei ro. sacraiati medietas. lẽtiũ sacraiati medietas. croci põdus duoꝝ auf. fiat ex eis vnguẽtũ.

¶ De multitudine sputi ⁊ cursus eius est in somno. Cap.xxv.

m Ultotiens accit ex multitudine caliditatis ⁊ humiditatis ⁊ ꝓprie in stõ. ¶ Et qñqꜫ fit pp victoriaȝ caliditatis solius sicut accit ieiunio: aut pp grauitatẽ cibi: aut corruptionẽ eius ex sputo assiduo vsqꜫ quo comedat ⁊ quiescat illud ab eo. ¶ Et qñqꜫ accit ex frigiditate ⁊ flegmate.

¶ De cura. Cap.xxvi.

s I fuerit ex caliditate tunc oportebit vt flõmet basilica prius ⁊ administrent alrobub acetosa ⁊ stiptici fructus ex vino veteri cũ cõmixtione plurima. ¶ Et sit cibus ex piscibus ⁊ carnibus leuibus sicut carnibus hedi ⁊ volatiliũ. ¶ Et assiduet collutionẽ oris cũ decoctiõibus stipticis factis ex lentibus ⁊ sumach ⁊ silibus. ¶ Et si fuerit ex frigore ⁊ flegmate administra vomitũ cũ eo qd sciuisti in oi hebdomada duabus vicibus: aut tribus. ¶ Et det ei ad potãdũ in oi hebdomada semel h medicamen. ¶ ℞. hierepi. pondus.ʒ.ij. salis indi pondus duoꝝ dauic: anisi ⁊ ameos amboꝝ. aã.i. dauic. det in potu cũ syrupo acetoso de melle ⁊ de seibus: ⁊ administrentur post illud tyriaca ⁊ electuaria calida. ¶ Et ibi aũt eius sunt pulli colũbaruȝ cocti in cazola cũ spẽbus que sunt vt pip ⁊ synapis ⁊ allea ⁊ sumat in centis tortelas cũ almuri nabati: deinde transglutiat aquã calidã ⁊ fricet gingiuas sicut ostendi. ¶ Et ex medicis ⁊ curis cõibus ⁊ bonis est vt sumat oi die pondus .ʒ.i. salis triti nõ subtiliter cũ endiuia humida: deinde administret trisera ⁊ assiduet administrationẽ fricationis gingiuaꝝ. ¶ Et iã exptꝰ ẽ mus assatꝰ ⁊ inuentũ est iuuamentũ eius ⁊ ꝓprie in pueris.

¶ De abscisione odorum horribilium ex comestis. Cap.xxvij.

c Onfert ad illud masticatio rute ⁊ masticatio folioꝝ rubi ⁊ collutio oris post. eas cũ aceto sqllitico ⁊ administratio ciperi ⁊ zedoarie in ore.

¶ De sputo sanguinis ex ore. Cap.xxviij.

o I est exitus eius ex suba oris ⁊ cute ipsius tunc cura ipm cũ troc. pdcis in.c. alborhor ⁊ alijs. Et in decoctione ramorũ vitis ⁊ prepuciorũ eius est iuuamentum maximum. Si autem in alijs fuerit locis nos iam ei singulare fecimus capitulũ: imo capla. ¶ De fetore oris. Ca.xxix.

a Et eius principiuȝ est gingiua propter putredinem que est in ea: aut pp mollificationẽ que accit ei: aut putrefactionem in radice dentium: aut in ipso dente: aut ẽ principiũ eius curis pp complexionem malam in ea que alterat humiditatem. ¶ Et plrũ huius complexionis est calidũ: aut fit vt sit eius principiũ stõus pp humorẽ putridum in ore stõi aut colericũ aut flegmaticũ. Et quandoqꜫ fit ex partibus pulmonis sicut accidit in habentibus ptisim.

¶ De cura. Cap.xxx.

i N illo qui est ex gingiua ⁊ carne que est inter dentes rubea oportet vt intendatur in mundificatione dentiuȝ semper ⁊ ablutione eorum cum aceto ⁊ aqua. Si ergo valuerit illud bene erit

si autem nō valuerit imo fuerit illic superfluitas putrefactionis tunc oportebit vt mastice t post illud fructū tamarisci t piretrū t rutā t folium xiloaloes t masticē t cortices citri t gariofilū t vt ponat sup gingiuā aloē t myrrham t amborū silia: t vt colluat os cū aceto squillitico t vt fricet cū aniso t vino t passo dulci. q si fuerit fortior illo administret masticatio staphisagrie t expulsio saliue. ¶ Si aūt nō pferi t apparet putrefactio mānifesta sumat dragāti adusti p.o.a. t radicis lilij t croci amborū añ. p.o. ʒ. cōficiatur cū melle t fiāt troc. administrent t colluatur os post ipsos cū aceto puro t mixto cū aqua ros. ¶ Aut sumat medicamē fortius isto t est pgameni adusti. ʒ. iij. feniculi. ʒ. ij. t. ʒ. galie sumach. ʒʒ. pipis adusti trociscorū alcādicon oium añ. ʒ. ij. fiat ex eis fricatio t linimētum t ponat sup ipm pānus lineus t alcali solū qñ ponit super putrefactionē eradicat eā t deijcit ipsas t facit nasci carnē bonā. ¶ Et ex eis que expta sunt ad istud est acatia arsenicum citrinū. arsenicum rubeū calx alumē: fiant ex eis troc. cū aceto: deinde terant cum aq̄ mellis aut decoctiōe seminis iunipi. ¶ Sed si fuerit putrefactio in ipso dēte tūc medicamē ipsius erit fricatio eius si fuerit in extremitate: aut limatura eius cū lima aut eradicatio dētis si fuerit putrefactio sequēs radicē dentis. ¶ Si aūt fuerit illic in gingiua mollificatio t fuerit cā in euentu putrefactiōis tūc cura ipm ɔstringēdo ipsam cū eis q̄ sunt in ca. mollificatiōis gingiue. ¶ Si aūt est humor colericus putrefact⁹ in stō aut in toto ore tunc nō est aliqd magis cōferēs ei q̄ chrysomila humida in ieiunio: t silr albarcha aut citroli aut psica. si aūt chrysomila psentia nō fuerint t psica humida administretur infusio eorū que ex ipsis incisa sunt t exiccata in ieiunio t proprie exiccata chrysomilla. ¶ Et ex eis que iuuant illud est, administratio sauich cū zuccaro t aq̄ niuis t administratio pillularum aloeticarum quas dicemus in antidotario t sit cibus eius omne lauās infrigidās nō conuertibile in coleram. ¶ Si autem est humor flegmaticus administrent hiere mūdificātes os stomaci dicte in ca. oris stō: t administrent trifera minor t ʒʒ. nutritum: t subtilis puluis aloes. x p. t sit cibus eius patelle: t minoret potū aq̄ t abhorreat fruct⁹ t olera hūida t assumat fricationes suas ex arboribus amaris sicut alchetic t oliue. ¶ Et ex medicinis q̄ iuuāt eos ē vt sumāt oī mane ex folijs mirthi cū eq̄li mēsura sua de passis enucleatis ad magnitudinem nucis: aut silē ipsius ex nuce cupressi t iunipi cū passis. ¶ Et cōferunt eis grana pini t pillule de gariof. t est descriptio earū. ℞. gariof. galāge. amborū añ. ʒ. ʒ. musci cāphorē amborū añ. dan. i. piretri. ʒ. i. aloes. ʒ. iij. sinapis. ʒ. i. fiant pillule cū vino. ¶ Et medicine qdē simplices expte sunt sicut thus t xiloaloes indū t cinamū grossum t cortices citri t rosa t camphora t sandal. t gaf. t cucube t mastix t macis t nux muschata t radix aladlar t alarmech t alushen t blacte bizātie t cardomomū: t agn⁹. cast⁹ t folia citri t spica t alneremiscle. t. ʒʒ. t reliq̄ q̄ inueniuntur i arcolis singulariū. ¶ Et ea qbus medicine cōficiunt sunt mira t serū t succus citri.

¶ Quando os remanet aptum. Cap. xxxi.

Os remanet aptum aut ppter vehemētem necessitatē spūs maximi inflationis: aut ppter cōstrictionē t suocationē: aut ppter debilitatem lacertorum oris: q̄re non efficiunt opationem suā in somno t illud est in egritudinib⁹ acutis malū: mediora aūt loca ad distinguēdū colores dētiū sunt loca alia: t cū dicētur egritudines acute.

¶ Fen. vij. de dispōnibus dentium t est tractatus vnus.

¶ De sermone dentium. Cap. i.

Iam sciuisti qd locuti sum⁹ de dētibus t anathomia eorū t iuuamēto ipsorū. Oportet ergo vt tu attendas qd dicit illic: vt scias q dētes sunt ex sūma ossium qb⁹ inest sensus ppter illud qd venit ad eos ex neruis a cerebro pcedentibus lenibus. ¶ Et quādo dolēt sentiunt illud quod accidit ei ex percussione t saltu: t quandoq sentiūt fricationem suā t cōmotionē suam. ¶ Et quādoq accidunt in eis egritudines mollificatiōis t fissure t eradicationis t augmenti t alteratio coloris in substātia sua: t i epithimatib⁹ cōpositis sup eos. ¶ Et accidūt eis corrosio t putrefactio t fractura ¶ Et accidūt ei dolores vehemētes t fricationes. t accidūt eis stupor t est spēs dolorū eius. ¶ Et accidūt eis defect⁹ a masticatione dulcis t acetosi t nocēri a calore t frigore t paruitas tolerātie ad obuiādū vni amborū aut vtriq. ¶ Et quādoq ei accidunt spēs apostematū: t illud quidē nō est mirū. Omne. n. qd recipit extensionē cum augmēto nutrimēti nō elōgat quin recipiat extēsionē cum superfluitate: nam si nō reciperēt materias penetrātes in eis augmentātes eos nō fierēt virides t denigrarent. Illud enim est ppter penetrationē superfluitatū in eis. ¶ Et dētes quidē creati sunt recipiētes augmentū t additiōes semp vt sit eis illud loco eius quod cōterit ita q dens opposit⁹ loco eius qui accidit t eradicatus est augmētat in lōgitudine cum sit additio cōueniens ei t nō opponat ei ɔtrarius. ¶ Et scias q dentiū complexiones quādoq significātur ex gingiua. t color eius si est citrina est colerica t alba est flegmatica: t rubea est sanguinea: t si ad fuscitatem t nigredinem est melācolica.

¶ De conseruatione dentium. Cap. ij.

Qui vult vt incolumes sint sui dētes
q opꝫ vt obseruet .viij. res. ¶ Ex qbus
ē vt sibi caueat a frequētia corruptio
ne cibi ⁊ pot⁹ in stō pp rē in substan-
tiā cibi: ⁊ est vt sit recipiēs corruptionē veloci-
ter sicut lac ⁊ pisces saliti ⁊ pisces pui. ¶ Aut
pp malitiā regis sue acceptiōis ex eis q̄ iam di
cta sunt in locis suis. ¶ Et ex eis est vt nō ni-
taꝛ multis vicib⁹ vomere ⁊ ppͤ cum est illud
qd̄ euomit acetosuꝫ. ¶ Et ex eis est vt vitet ma
sticationē ois visci: ⁊ ppͤ cū est dulce sicut cō
fectio de melle ⁊ ficus, viscose. ¶ Et ex eis est
deuitatio frāgendi durū. ¶ Et ex eis est deuita
tio cōgelantiū. ¶ Et ex eis ē deuitatio ois rei
que est vehemētis frigoris: ⁊ ppͤ post calidū
⁊ ois vehemētis caloris: ⁊ ppͤ post frigus: ⁊
ex eis est vt assiduet mūdificationē ei⁹ qd̄ igre-
diꝛ dētes absqꝫ pscrutatiōe multa ⁊ ꝯsuetudine
vsqꝫ ad hoc vt noceat carni rubee ⁊ carni q̄ est
inter dētes ⁊ moueat eā aut moueat dentes. Et
ex eis ē deuitatio reꝝ nocentiū dētibus ppͤta-
te sui sicut porri. Ipsi.n. vehemēter nocent dē-
tibus ⁊ gingiue ⁊ reliq̄ q̄ dicta sunt in singula-
ribus. ¶ Fricatiōes aūt eoꝝ opꝫ vt admistrē-
tur cū eq̄litate: ⁊ nō fiat in eis pscrutatio tāta vt
destruat hūiditas eorū ⁊ aq̄sitas ⁊ prepet eos
ad recipiēdū fluxus ⁊ vapores ascēdētes a stō:
⁊ fiat cā ad tumorē: ⁊ qn̄ admistraꝛ fricatio cū
eq̄litate abstergit dētes ⁊ ꝯfortat eos ⁊ ꝯfortat
carnē rubeā ⁊ ꝓhibet lapides ⁊ facit bonum
oris odorē: ⁊ melius qd̄ lignū ad fricationē fa
ciēdā est illud in q̄ sunt stipticitas ⁊ amaritudo.
¶ Et opꝫ vt ꝯsuescat fricationē dentiū cū va-
dit dormitū cū oleo. Sitqꝫ illud oleū aut sicut
rosꝫ si est necīa infrigidatio: aut sicut oleū de ben.
⁊ neriden si necīa est calefactio: ⁊ qn̄qꝫ necīo ē
cōpositio. ¶ Et melius qd̄ est vt fricetꝫ ꝓus cū
melle si est illic frigus: aut cū zuccaro si est de-
clinatio ad frigus: aut paruꝫ caloris: vtrūqꝫ vō
aūt amboꝝ cōgregat ppͤtates laudabiles ab
stersionis ⁊ cibatiōis ⁊ impinguatiōis ⁊ mun
dificatiōis: sed zuccaꝝ in hoc toto ē inferi⁹ mel
le: ⁊ si teraꝛ a tabarzet ⁊ cū melle misceaꝛ ab-
stergit ⁊ mundificat ⁊ stringit gingiuā: deinde
opꝫ vt sequaꝛ ipm oleū. ¶ Et ex eis q̄ ꝯseruāt
sanitatē dentiū est vt colluaꝛ os in mēse bis cū
vino in q̄ decocta ē radix titimali: ē.n. ꝯueniēs
ad vltimū in faciēdo bonū odoreꝫ: ⁊ nō adue-
nit faciēti illud dolor dētium. Et silr caput le-
poris adusti qn̄ fit cū eo fricatio. ⁊ silr sal cōfe-
ct⁹ cū melle cū aduriꝛ aut nō aduriꝛ: sed adust⁹
est melior: ⁊ opꝫ vt ex eo fiat auellana ⁊ ponaꝛ
in pāno ⁊ fricenꝛ cū ea dētes. ¶ Et silr frica-
tio cū lupinis: ⁊ silr alumē iameni cū aliquātu
la myrrha ⁊ ppͤ alumē adustū cuꝫ aceto. Et
qn̄ iuuanꝛ dētes istis medicinis opꝫ vt admi-
nistreꝛ post eas mel: ⁊ fricatio cum eo fiat: aut
zuccarū: deinde administretur fricatio cū oleis
sm̄ q̄ narrauimus. ¶ Et quādo dens ꝑpa-
ratus est fluxus opꝫ vt teneaꝛ in ore decoctio
rerum stipticarum diu. Et assiduetur medica-
men de alumine ⁊ sale adustis super ipsum.

¶ De sermone vli ⁊ cura dentiū. Cap. ij.

Edicine dentiū alie sunt cōseruatiue
m ⁊ alie sunt curatiue. Et q: subā den-
tiū est sicca: tūc medicine ꝯueniētes
q̄ ꝯseruāt sanitatē ⁊ reducūt eos ad
illud qd̄ opꝫ sm̄ plurī sunt medicine exiccatiue
¶ Calidis aūt ⁊ frigidis idigēt cū accidit vnā
duarū q̄litatū a nāli cōplōne eā plurī recessisse.
Vehemētiores igiꝛ medicinaꝝ ꝯuenientiū ad
sanitatē dentiū sunt exiccatiue cō mensurate in
duabus q̄litatib⁹. ¶ Et ois medicina dētis est
exiccatiua nisi illa q̄ nō est dentis: qn̄ est dens:
immo pp accn̄s qd̄ ei accidit: ⁊ ex exiccatiuis
q̄dam sunt calide ⁊ q̄dā sunt frigide. ¶ Et me
dicinarū dentium melior est illa q̄ aggregat ad
arefactionē: ⁊ exiccationē ⁊ abstersionē ⁊ reso
lutionē supfluitatis si ad dētē est expulsa cū eq̄-
litate: ⁊ ꝓhibitionē māe q̄ ad ipm attrahiꝛ cuꝫ
exiccatiuis frigidis. ¶ Et illa q̄ ad aliquātulūꝫ
frigoris. declinat q̄ nō obstupescere facit dētes
sua acetositate aut pōticitate sua sicut est obstu-
pefactio agreste: ⁊ acetositatis citri: ⁊ sunt gal-
lia ⁊ cāphora ⁊ sandali ⁊ rosa ⁊ semē ei⁹ ⁊ ba-
laustie ⁊ sanguis draconis ⁊ fructus tamarisci
⁊ galle ⁊ karabe ⁊ margarite ⁊ saufel ⁊ farina
ordei ⁊ cortex arboris mori: ⁊ folia tamarisci:
⁊ radix acetose. ¶ Et calide q̄ sunt vsqꝫ ad ter-
minum. alie sunt q̄rū calor ē in subā sua. ⁊ alie
sunt q̄rū calor est acq̄situs. Et ille q̄ sunt ad ter
minū in subā sua sunt sicut sal adustum: ⁊ sechaa
adustū ⁊ cinamomū ⁊ ysopus ⁊ flos sqnanti ⁊
fructus capparis: ⁊ forti⁹ eo est cortex radicis
eius: ⁊ xiloaloes ⁊ muscus ⁊ capillus veneris
crudus ⁊ adustus: ⁊ folia cupssi ⁊ iuniperi ⁊ fo
liū ⁊ cornua cerui adusta ⁊ nō adusta: ⁊ menta
strū ⁊ cinis eius ⁊ mastix ⁊ dragagātū adustuꝫ
⁊ cinis baurac. ⁊ aristo. ro. ⁊ cinis corticis vitis
⁊ cinis capitis leporis ⁊ dactili adusti. ¶ Et
Calie cum virtute acq̄sita sunt sicut cinis galla-
rū: nā cum extinguiꝛ cū aceto est ad eq̄litatem
ꝓpinquus: ⁊ cinis ramoꝝ vitis ⁊ cinis cānes
⁊ q̄ sunt eis silia. ¶ Eq̄les vō sūt sicut cornua
cerui adusta cū lauanꝛ: ⁊ sicut nux ⁊ aldulb. ⁊
sicut cortices arboris pini. ¶ Et ex eis sūt me
dicine veniētes ex via cōpōnis ⁊ sunt sicut fari
na ordei cū pmiscēꝛ cū sale ⁊ sero. deide aduri-
tur: ⁊ dactili ꝯfecti cū allzurā ⁊ adurunꝛ donec
fiāt carbones: ⁊ deinde effunduntꝛ sup eos seꝝ.
¶ Et ex fricationib⁹ expꝰs est dētifriciū exper
tum qd̄ recipit cornu cerui ⁊ folioꝝ cupssi am-
boꝝ. an̄. ʒ. x. nucis dulb cū dispōne sua. ʒ. v. ra-
dices pētafilon. ʒ. x. capilli ve. adusti. ʒ. v. rosaꝝ
mūdatarū a capitib⁹ suis. ʒ. viij. spice. ʒ. ij. cōte-
ranꝛ bn̄ ⁊ fiat ex eis dētifriciū. ¶ Dētifriciuꝫ

bonum. q3. cornu cerui adusti eam e3i ciperi rosarū spice aristo. oium. añ. 3. i. salis gēme. 3. quartam partē: fiat ex eis dētifricium. ¶ Et dicemus etiā dētifricia in ea putridis que sequunē & dētifricia alia i antidotario. ¶ Incipiamus itaq3 & dicamus q curatio cū exiccatiuis est curatio sicut scis cōueniēs: & cū calefactiuis & infrigidatiuis est curatio q est necessaria cum sit vehemēs recessio ab eq̄litate ppria. ¶ Et medicine quidē dētales alie sunt dētifricia & alie sunt masticationes: & alie sunt linimēta: & alie sunt que vt pastilli ponunē sup dētes: aut sup mādibulā. & alie sunt succi & alie sunt fricatiōes: & alie sunt res iplētes: & alie sunt vaporationes: & alie sunt cauterizātes: & alie sunt eradicatiue: & alie sunt suffumigatiōes: & alie sunt capitpurgia: & alie sunt distillatiōes in aure: & alie sunt euacuātes materiā cū flobotomia: aut vētosis ex ppinquioribus locis. ¶ Et ex medicinis dētiū q̄dā sunt que sunt resolutiue: & q̄dā que sunt infrigidatiue: & quedā que sunt narcotice: & narcotice quidē cū administranē in dētibus sunt res longinquiores a timore. ¶ Et ex earū multiplicatione quādoq3 corrūpit substātiā dentiū. ¶ Et similiter medicine vehemētis resolutiōis & calefactiōis: opz vt nō administrenē: nisi cū est necessariū & sunt sicut pulpa colloquintide: & elleborus al. & cucumer asininus & reliq̄: & opz vt caueatur euētus alicuius earū & narcoticorū ad ventrē. ¶ Et similr multotiēs est necessariū pforare dentē cū pforatorio minuto: vt per ipm exeat materia nociua: & vt ineniat medicina trāsitū ad pfundū eius. ¶ Et acetū q̄dē q̄uis sua essentia noceat dētibus: tamē quādoq3 ponit in medicinis dētiū infrigidātibus & calefaciētibus simul. Infrigidātibus quidē: quoniā ifrigidat sua substātia: & nō penetrat. ¶ In calefaciētibus vero quoniā penetrat: & qm adiuuat cū incisiōe ad resoluēdū. Eius vero nocumentū est tūc fractum cū medicinis dentiū q eis admiscetur.

¶ De dolore dentium. Cap. iiij.

Scias q dētes quādoq3 dolēt ppter causam dolorosam existētē in substātia ipsoz sm q pposuimus in eis q preterierūt & quādoq3 est ppter causa3 dolorosa3 existētē in neruo qui est in radice eorū. & quādoq3 est ppter cām dolorosam existētem in gingiua & apa & additionē carnis nate i ea recipiēte materiā aut ppter mollificationē eius q̄re recipit materias malas & putrefiūt in ipsa & nocēt dētibus: & etiā ponūt sup dētes cōmotos. ¶ Et q̄nq3 fit difficile pluribus hoibus cōsiderātibus in dētibus suis dolorosis discernere inter eos & spēs cure ipsoz sunt diuerse. ¶ Dolorū vero dentiū cause: aut sunt malitia cōplexionis pure ex frigore: aut calore & exiccatio ppter puationē nutrimēti sicut in senibus est infra humectationē sm q scies in loco suo: aut est cum materia aut vētositas. ¶ Et materia quidē aut facit dolorē cu3 multitudine aut grossitie: aut acutate. & q̄nq3 est mā apa in dentem ipm: & q̄nq3 est corrodēs: & quādoq3 facit nasci vermē. ¶ Et materiei pncipiū aut est ex stomaco aut ē ex capite: aut ex reliq̄s locis sil: & si fuerit totū corpus plenū illa materia tūc cursus ex corpore ad dētes erit ex his duabus vijs: & q̄nq3 dolent dentes in febribus acutis sm semitā cōitatis in malitia cōplexionis. ¶ Et q̄n accidūt sub aliquo dētiū corrosio dolor & pulsatio tunc in radice eius est supfluitas nō matura: curenē ergo apa & dolor & eradicetur.

¶ De signis. Cap. v.

Oportet vt attēdas & psideres an cū dolore dētis sit apostema in gingiua aut in ptibus eius si ergo ineneris apa in gingiua existimabis & iudicabis q fortasse cā non erit in ipso dēte. & silr si fuerit cōpressio sup ipsam gingiuā: si aūt nō inueneris apa in gingiua tūc cā aut est i ipso dēte: aut est in neruo qui est in radice eius. nā si senseris apa in dente aut corrosionem: tūc causa erit in substātia eius. & silr cū sentics lesionē que extendunr sm lōgitudinē in dēte. ¶ Si aūt nō sentiē lesio nisi in pfundo: tūc cā est in neruo qui ē in radice eius: & ppue cū inuenit dolor expansus in carnibus rubeis: aut in mādibula & sentiē sicut stupefactio in dēte. ¶ Et tu q̄dem signabis cōplexiones calias frigidas p ea que scimsti: & siccas per detumitiōes dētis & cōmotionē eius. ¶ Et significabis vētositatē cū pmutatione doloris extēsi & humorē grossum cū submersione & mora doloris absq3 caliditate & frigiditate apparētibus valde. & humorē acutū sanguineum aut colericū cū velocitate nocumētu q̄d incurrerit ab eo q̄d facit dolorē: & ptrāsitionē existēē in dolore alteratione coloris ad similitudine3 humoris & caliditate acuta cū tangitur. ¶ Et scias q initiū humoris est ex cerebro aut stō et repletione quā ineneris ex vno eoz aut ambobus. ¶ Cum aūt cā doloris est in gingiua nō sufficit eradicatio. & nō est necessaria penitus: si est in dente remoueē dolor cū eradicatione: & q̄n est in neruo q̄nq3 remoueē cū eradicatione: & q̄nq3 nō remoueē. Et non remoueē q̄dē nisi ppterea q mā quam nā & medicina resoluere querūt inuenit locū ampliū in quo expelliē cu3 prius fuerit prefocatio retenta cum dente.

¶ De cura. Cap. vi.

Si dolor quidē fuerit cōitate mēbri: tūc incipe a mūdificatiōe mēbri cōicantis cū flobotomia & vētris solutione cū eo q̄d fit sicut hiera & pulpa colloquintide: aut scamonea: aut sicut ifusiones: aut cum gargarismis mūdificantibus caput: aut cā est in capite. ¶ Cū aūt illic fuerit apa sensibile in gingiua & carnibus rubeis tūc oportebit vt

incipias cū flōmia ꝛ scarificatiōe ſm̄ virtutē ꝛ
ꝑditiōes: ꝛ vt teneat i ore i ꝑn° i oib⁹ eis ifrānna
q̄ ſūt ex succis ꝛ decoctiōib⁹ ꝛ silib⁹ frīs fortib⁹
ex cāphora: absq̄ supfluitate in stipticitate. Et
multotiēs q̄d suffic vt sit ꝯfect⁹ ex oleo ro. ꝛ ma
stice ꝛ oleo omphacino aut ex oleo q̄d sit sicut
oleū myrtynū. ¶ Et ꝯfert ad illud vt sumant
vinū passulaꝝ vet⁹ ꝛ oleū ro. crudū decoq̄t cuꝫ
vino i q̄ sint passule decocte decoctiōe bona: ꝛ
teneat i ore. Deīde post illō q̄dam ordiet ad
resoluentia ꝛ maturātia ꝛ caueat vt nō currat
ex aliq̄ forti eoꝝ aliq̄d ad vētrē. ¶ Et ordinet
ēt q̄dam ad euōnē ex ipso mēbro ita vt mittā
tur radices dētiū sanguisuge: aut flōmet vena
q̄ est sub lingua: aut vētoset sub mēto cū incisio
ne. ¶ Q̄d si dolor vehemēns fuerit: tūc opꝫ
vt adhereat sup radicē dentis piretrū cū cam
phora: ꝛ reiterent ambo quouēs resoluunt: ꝛ
si addit vehemētia doloris necīum est multo
tiēs administrare opiū cū oleo ro. Sꝫ quotienſ
cūq̄ inuenit excusatio ab illo dimitte ipm ē me
lius: imo opꝫ vt administret maturatio. Cū autē
cā ē in ipso dēte aut in neruo: ꝛ nō est mā: imo
malitia cōplōnis curet cū medicinis dentiū q̄
ei opponunt notis. ¶ Si aūt cā est in malitia
cōplōnis eius ꝛ debilitatis ei⁹ cōplōnis super
calidū colluat os ex oleo fride cōplōnis tepi
do: deinde fiat frīm actu. ¶ Et si cā malitie cō
plexiōis ei⁹ est cōplō sup frīm administret loco il
lius ex oleis calīs: sicut est oleum de neriden ꝛ
oleū de ben ꝛ cōparatur sup vitellū oui assatum
calīm aut sup panē calīm: ꝛ q̄n̄q̄ ꝯferunt ambo
regina in vnaq̄q̄ spēꝫ malitia cōplōnis ꝑdi
multonēs. ⁊ opꝫ vt se custodiat post retētioneꝫ
⁊ pūctionē ēt sup res p̄dcās. ℭ Aq̄ at quā po
tat opꝫ vt sit aq̄ pluuial: aut aq̄ i q̄ ponunt̄ luti
armenū ⁊ rose ⁊ aq̄ ferri ⁊ i q̄ extinguit̄ ferrū
ē tunarina pp suā stipticitateꝫ. ℭ Et qū timet̄
ꝯgelatio sanguis in pulmone opꝫ vt i potu det̄
l p̄n⁹ acetū mirtū cū aq̄ nisi tussis assit: tūc.n.opꝫ
vt caueat̄ acetū. ℭ Et q̄nq̄ sanat sanguinē cō
gelatū.ʒ.ʒ.i. dracunculi cū alicq̄rulo ō aq̄ potu
⁊ coclearia oxymell. ℭ Et ex cōpositis ad h̄ ē
illud quod ℞ fenugreci decocti.ʒ.ij.arist.ʒ.i.
mirrhe.ʒ.iij.olei de lilio.ʒ.i.piperis.ʒ.i.iusquia
mi.ʒ.i.rosaꝝ.ʒ.ij.fiant ex eis troc. ⁊ exiccent̄ in
vmbra ⁊ sumant̄ in potu cū aq̄ feniculi ⁊ apij.
ℭ Et etiā coaguluꝫ leporis ⁊ aq̄ cineris ligni
fici cū hasce: aut origanū cū melle: aut soluat̄
vēter cū eo qd̄ eñat. Et medicinas qd̄ singula-
res diximus in lib.ij. ⁊ cōpositas dicem⁹ in an
tidotario. ⁊ tu lege sermonē nr̄m de resolutio
ne sanguinis congelati in lib.quarto.

ℭ Tractatus quartus de principijs speculati
uis scientie apatum mēbroꝝ partiū pectoris ⁊
curaturarū eorum preter q̄ cordis.

ℭ Sermo vlis de doloribus partiū pectoris
⁊ lateris. ℭ De pleuresi. Cap.i.

Quandoq̄ accidūt in velamini
bus ⁊ tunicis ⁊ lacertis q̄ sunt
in pectore ⁊ costis ⁊ ꝑtibus eo
rū apata ledētia valde doloro-
sa que noiant̄ sosari ⁊ birsen ⁊
pleuresis. ⁊ q̄nq̄ fiunt ēt dolo-
res in istis mēbris nō ex apate: sed ex vētosita
te: q̄re errāt quidā ⁊ existimāt q̄ sit ex hac egri
tudine. ℭ Uerū nō est pleuresis nisi apa calin
in ꝑtibus pectoris: aut lacertus intrinsecis ⁊ in
velamine cooperiēte pect⁹: aut in velamine di
stinguēte: ⁊ est illud qd̄ est purū: aut in lacertis
apparēte extrinseco: aut velamie extrinseco cū
cōitate cutis: aut absq̄ cōitate. ℭ Et mai⁹ illis
⁊ terribilius est illud qd̄ est in ipso velamie di-
stinguēte ⁊ est prauius eis. ℭ Et mā q̄dē hui⁹
apatis ꝑm p̄lm est colā aut sanguis colericus:
qm̄ in mēbris tunicosis nō penetrat nisi subti-
lis coleric⁹: deinde sanguis purus. ⁊ pp h̄ sunt
paroxismi vehemētie febriū ei⁹ tertiani ꝑm p̄lm:
⁊ pp hoc raro accidit ei q̄ eructuat ꝑm p̄lm ace
tose qm̄ est flegmatice cōplonis. Et cū h̄ q̄nq̄
fit sepe ex sanguie adusto. ⁊ q̄nq̄ fit ex flāte pu
trido. ⁊ q̄nq̄ fit sꝫ raro ex melia putrefacta in-
flāmata. ℭ Et nos iam ōndim⁹ in libris vlib⁹
q̄ si nō ē ex ꝯditiōe apatis cali vt nō sit ex fleg
mate ⁊ ex melia: immo q̄nq̄ fit ex flegmate ⁊
melia: ꝑm modū tñ vt nō sit acutū nisi qū est ex
colā aut sanguie. Nā si est ex alijs ab his duo
bus est cronicū: ⁊ hec est res quā p̄les hoium
nō comprehēderūt. ℭ Et ꝓpea q̄ omne apa:
aut resoluit̄: aut indurat̄: aut collectionē facit.
⁊ tūc silr est dispō pleuresis: verū induratio in
pleuresi est ex eis q̄ noiant̄. Ipsum.n.aut resol
uit̄: aut collectionē facit in dn̄atione dispōnū:
⁊ pleuresis q̄deꝫ cū resoluit̄ recidit pulmo ꝑm
p̄lm illud qd̄ resoluit̄ ex ea ⁊ exiccat ipm ⁊ ex̄
educit illud. Et q̄nq̄ resoluit̄ ad ptem alterā.
⁊ qū colligit̄ sanies indiget necio maturatiōe
vt rūpat̄. ℭ Et q̄nq̄ recipit pulmo saniem: ⁊
q̄nq̄ recipit eā vena cōcaua ⁊ egredit̄ ad vri-
nā. ⁊ q̄nq̄ effundit̄ ad meatū fecis ⁊ eūatur cū
solone vētris: ⁊ multotiēs cadit ad loca vacua
⁊ carnes glādosas. Et facit euenire apata i eis
que sunt sicut duo inguina ⁊ almagabein ⁊ post
ambas aures. ℭ Et multotiēs expellit̄ mā ad
cerebrū ⁊ mēbra alia sicut dicem⁹ et accit timor
⁊ interficit. ℭ Et quādoq̄ ꝓfocat materia pul
monē multitudine sua in ꝓfocādo meatum an
helitus. Et quādoq̄ eius multitudo nō est hec
multitudo ⁊ nō est mā vnde sanies siue sputuꝫ
fit simile saniei. Sꝫ ꝟtutes sunt ꝓstrate: q̄re de
ficiūt a sputo: ⁊ ꝓpter hoc opꝫ vt cōfortet̄ vir-
tus in hac hora ita vt sit fortis ad faciendā con
strictionē vehementem ad tussim sputi: h̄ nāq̄
sputū est opatio que cōplet̄ duabus ꝟtutibus:
q̄rum vna est nālis maturatiua ⁊ expulsiua ēt:

ę altera est voluntaria expulsiua. ꝛ qñ non cō/fortant ambe posse est vt deficiant a mundificā/do. ¶ Et scias ꝙ difficultas spuēdi nō est nisi ex virtute qñ est debilis: aut ex instro qñ inst̄m est lesū motu suipsius: aut ex motu vicini sui: aut est ex mā cum est subtilis valde: aut valde grossa: aut viscosa. ¶ Et in hmōi qdē dispōnibus qñq3 accit in pulmone sicut ebullitio pp cōmixtionē aeris cum mā inobediente effusa ad pulmonē ꝛ ad cānā. ¶ Et qñ non mundificaꝝ cum sputo in pleuresi vsq3 ad .xiiij. dies tūc iā3 facit collectionē. ¶ Et qñ non mundificaꝝ virus post .xl. dies tunc iam cadit in peripleumoniam ꝛ ptisim. ꝛ qñq3 erūpit virus in .vij. Sz in pluribus est in .xx. ꝛ .xl. ꝛ in .xl. ¶ Et qñq3 accit ruptura ante maturationē ppē q2 nā expellit mām nocentē pp suam multitudinē: aut acuitatē suā3: aut pp calitatē cōplōnis etatis ꝛ tpis ꝛ regionis ꝛ receptionē facientiū eruptionem ex ebibitis ante horā ex pte erroris medici. Et ego dicā erūpentia post: aut ex motu egri supfluo ꝛ maximo sicut casu: aut tussi: aut voci feratōe ꝛ illud est timorosius. ¶ Et qñq3 accit vt pmuteꝝ pleuresis ad pipleumoniā ita vt recipiat pulmo mām apatis. Deinde non est bonum sputū eius vt retineꝝ in ipso: quare apaꝝ. ¶ Et qñq3 accit vt pmuteꝝ pleuresis ad ptisim qñq3 mediātē pipleumonia fm modū quē dictum sumus: ꝛ qñq3 absq3 mediatōe pipleumonie: imo vt viceret mā: aut sanies resoluta ab ea subam pulmonis acuitate ꝛ malitia sua. ¶ Et qñq3 accit vt pmuteꝝ ad spasmū ꝛ alcuzez ita vt expellaꝝ mā ad neruos ꝯiunctos mēbro in quo est apa. Nā mēbrū est neruosum ꝛ hec pmutatio pniciosa est deinde non sequunꝝ cum ea reliqua signa bona. ¶ Et qñq3 succedit pleuresi ꝛ pipleumonie quasi stupor in postremo adiutorij patientis ꝛ in domestico brachij eius vsq3 ad extrema digitoꝝ. ꝛ qñq3 ptransit ad pte cordis. ꝛ accit tremor cordis quē sequitur syncopis: ꝛ ad latus cerebri ꝛ in dispōne resolutionis ante collectionē ꝛ in dispōne collectionis. ¶ Et qñq3 pmutaꝝ mā ad mēbra apparentia ꝛ fiunt exiture. Et qñq3 fit pmutatio eius hec cum penetratione ipsius in subas neruorum ꝛ chordarū: imo ossium. ¶ Et qñq3 declinat ad loca inferiora. deinde aperiunꝝ ꝛ fiūt fistule ꝛ est illud ex cāis euasionis ꝛ non sunt fistule nociue. ¶ Et si declinat ad ꝯiuncturas ꝛ fiunt fistule euadit infirmus ēt. ¶ Sed qñq3 antiquaꝝ mēbrū ꝛ ppꝛe cum non est illic euōtio cum stercore: aut vrina grossa plurimi sedimentis aut pp sputū plurime maturitatis. Nā si fuerit aliqđ horum erit salubrius. Illud enī3 signat paucitatē māe facientis exituras: ꝛ polis est rectificatio eius cum maturatione. Et exiture iste qñ occultanꝝ ꝛ ꝯfundanꝝ signū nocumētum ꝛ multiplicanꝝ ꝓpꝛe qñ redit mā ad pulmonem. ¶ Et qñq3 accit ex vehementia febris frequentia anhelitus ꝛ ex frequentia anhelitus viscositas sputi. Sputum .n. exiccatur cū anhelitus frequentis. Et quādoq3 accidit ex viscositate sputi vehementia laboris ꝛ additio inflāmationis. ꝛ ex additione inflāmatiōis frequētia anhelitus ꝛ ex frequentia anhelitus viscositas ꝛ non cessante ambe iuuare super malitiā3. ¶ Queritur aūt que species peripleumonie ꝛ pleuresis sint deteriores. s. an illa que est in latere sinistro vicina cordi an illa q̄ est in latere dextro. Quidam .n. ponunt hanc esse deteriorem. Et quidam ponunt illam deteriorem esse. Uerum veritas est ꝙ propinqua parti sinistre est deterior: sed est conuenientior ad hoc vt maturetur ꝛ recipiat resolutionem si fuerit de ꝓprietate eius vt suscipiat illud. Et illa que remotior est a pte sinistra ē salubrior: veꝝ ipsa ē ex pte resolōis ꝛ maturitatis magis iobediēs. ¶ Et qñq3 facit cadere i pleuresim repletiō hūoꝝ qñ accit in pte capitis aut i pte pectoris: aut in qbusdā venis cōiunctis partibus pectoris. ¶ Et quādoq3 facit ipsam possidere multitudo potus aq̄ frigide constringentis materias ꝛ frigus additum: quēadmodum facit ipsam euenire caliditas vehemens ꝛ potus vini puri mouentis humores quos ebullire facit. ¶ Et raro quidem pmutaꝝ pipleumonia ad pleuresim: verū3 res est econtrario: ꝛ cum hoc illud qñq3 est ꝛ alleuiatur cum eo ꝯstrictio anhelitus alleuiatione aliqua. ¶ Et pleuresis qdē3 pluꝰ accit in autūno ꝛ hyeme ꝛ ꝓpꝛe post ver hyemale ꝛ multiplicaꝝ in vere hyemali ꝛ exufflatione septētrionis pp multitudinē supfluitatū: aut pp coartationē supfluitatū ꝛ multiplicanꝝ cū eo dolores laterū ꝛ costarū ꝛ ꝓpꝛe successione meridiei ꝛ in estate. ¶ Et cum exufflat meridies minoraꝝ valde. Uerū cum est estas austrina pluuiosa: ꝛ sit autūnus multiplicaꝝ in fine autūni in hūtibus colerā pleuresis. Scdm formā vero aliā3 ab hac pleuresi minoraꝝ in aeribus ꝛ regionibus ꝛ ventis meridianis: ꝛ minoraꝝ ēt in mulieribus que menstruanꝝ: qꝛ cōplōnes earum declināt ad humiditatē absq3 colera. ¶ Et qñ accit pgnantibus est pniciosū3. ꝛ minoraꝝ in decrepitis: nā si accidat īterficit pp debilitatē virtutū ipsoꝝ in spuēdo ꝛ mūdificādo. ¶ Et pleuresis qđ qñq3 assilaꝝ apati cpis. Nā suspēsoria cū extēdunꝝ pp apa cpis puenit illud ad velamen ꝛ pāniculū ꝛ sentiꝝ ipso dolor ꝛ puenit ad ꝯstrictionē anhelitus: quare necīi est tibi vt cognoscas differentiam inter ea vtraq3. Et quandoq3 assimilatur sirsen. ¶ Et pleuresis quandoq3 interficit pp magnitudinem accidentium eius ꝛ quandoq3 interficit propter pfocationem. ꝛ quandoq3 interficit cum permutatione ad pipleumoniam ꝛ ptisim: aut syncopim aut aliud ex eis q̄ dicta sunt. ¶ Et scias ꝙ pleure/

hs qñ associat ei sputū sanguis est silis hydropisi cui associat febris. Indiget ergo primus τ est pleuresis cura stiptica sputi sanguis ledente ƀm pleuresim: sicut ƀm indiget cura calefaciente τ exiccante: aut exiccante equali ƀm hydropisim τ humectante infrigidante pp febrē.

¶ Et multotiens est cū pleuresis τ pipleumonie assumptio ciboꝝ grossi nutrimēti ingrossantis nutrimentū sicut alcānabit: quare expellit ad ptes māmille τ lateris. Et cura qd māe sub tilis est cū balneo: τ exeūti ex eo det oxymel velociter τ adhibeat inūctionē q̄ fit fricādo cū oleo: qm̄ est attractiua. τ qñqȝ excusat p h a flōmia.

¶ De signis pleuresis. Cap. ij.

Pleuresis pure signa sunt manifesta τ sunt febris inseparabilis pp vicinitatem cordis. ¶ Et ƀm est dolor pungitiuus sub costis: qm̄ mēbrū est pāniculosum τ multotiēs nō apparens nisi apud anhelitū. ¶ Et qñqȝ est cum punctura tensio: τ qñqȝ est plm̄: τ tensio qdē sigt multitudinē: τ punctura fortitudinē in penetratōe τ mordicatione. ¶ Et tertiū est ↄstrictio anhelitus pp coartationē factā ab apate τ puitas: τ frequentia eius. ¶ Et quartū est pulsus serinus cuius qdē ↄuersitas augmentat τ egredit ab ordine apud statū pp debilitatē virtutis τ multitudinem māei. ¶ Et qntū est tussis: qñqȝ.n. accīt in principio huius egritudinis tussis sicca: deinde cum sputo τ qñqȝ est hec tussis in principio rei cū sputo τ est laudabile valde. ¶ Et tussis qdē nō accīt nisi ppea q pulmo ledit ex vicinitate. Amplius resudat ad ipm id qd resudat ex mā egritudinis: quare indiget sputo eius. q si resoluat tota τ resudet tunc iam mundificatur illud qd collectū erat. ¶ Et cum ea qdem que pura est non est pulsatio: qm̄ mēbrū est priuatum multitudine arteriarum. ¶ Amplius qm̄ pleuresis est silis apati epatis pp tussim τ febrē τ ↄstrictionē anhelitus τ pp tensionē suspensoriorū τ expulsionē doloris ad pāniculū cooperientē oꝫ vt distinguat inter vtraqȝ. ¶ Et iterꝫ silat pipleumonie pp illud τ pp sputuꝫ: quare oꝫ vt distinguat inter ipsam τ illam. ¶ Et iterum dr̄ia inter apa epatis τ pleuresim est: qm̄ pulsus in apate epatis est vndosus τ dolor est grauatiuus non pungitiuus τ facies est ↄuersa ad citrinitatē malā: τ tussis est absqȝ sputo: imo tussis est sicca tarda. ¶ Et qñqȝ denigrat lingua eius pp citrinitatē. τ vrina est grossa hydropica τ egō est epatica τ sentit grauitas in latere dextro τ non cōprehendit ipm tactus cum dolore. ¶ Et qñqȝ est in apate epis solō silis lature carnis recentis pp debilitatē ꝟtutis. ¶ Et cum apa est in gibbositate sentit in carne plm̄. τ si est cum cōuate detegit ab eo anhelitus inobediens cum significet rem grauē suspensam. Et ↄstrictio anhelitus in apate epatis ē silis in horis non vehemens valde. Pleuretici vero tussis est cum sputo τ dolor eius est pungitiuus τ eius vrina est bone sube τ color eius est optimus τ ↄstrictio anhelitus eius est vehemens τ est pueniens ad additionē plurimā. ¶ Et dr̄ia inter ea ambo τ inter peripleumoniā ē: est qm̄ pulsus pipleumonie est vndosus τ dolor eius est grauatiuus τ strictura anhelitus eius est vehemens τ anhelitus eius est calefactus τ signa alia. ¶ Et qm̄ cum pleuresi qñqȝ accīt accīta sirsen horrēda sicut pmixtio itellectus τ alienatio τ frequētia anhelitus τ tremor cordis τ sincopis τ que sunt minora illis τ prauitas angustie τ multitudo ire τ vehementia sitis τ alteratio coloris faciei ad colores diuersos: τ vehemētia febris τ vomit⁹ cole. ¶ Et cā istis accītibus ē cōitas pectoris cū pncipalibus mēbris τ vicinitas eoꝝ. oꝫ ergo vt distiguat iter vtrasqȝ res. s. sirsen τ birsen. ¶ Et dr̄ia igit est q pmixtio itellectus accīt in sirsen in pnus. Secū vehemētia fiūt in ipso reliq̄ accīta τ est anhelitus in eo sanior τ postponit corruptio anhelitus a pmixtiōe τ sunt cū eo accīta ipsius ꝓpa sicut est rubedo oculoꝝ τ attractio eoꝝ ad supiora. In birsen ꝟo post pōit pmixtio itellectus: τ qñqȝ nō est nisi iuxta mortē: imo ē rō eius icolumis. Verꝫ in ipso pcedit alteratio anhelitus τ eius malitia: τ ē in pncipio tēsio in mirach ad supiora ac si trahat ad apa τ dolor pōgitiuus. ¶ Et eius dr̄ia in h est q pulsus in sirsen est magnus declinās ad raritatē: τ in pleuresi pu⁹ ad freqn tiā vt succurrat puitati. ¶ Et pleuresis qñ fit vehemētior vehemētiora fiūt accīta pdcā cū ea τ siccat ligua cū ea τ exaspat. cū ergo augmētat accīt rubedo in facie τ oculis τ igemitudo vehemēs τ corruptio ahelit⁹ τ pmixtio itellect⁹ τ sudor itersect⁹. τ qñqȝ pducit ad fluxū vētris malū

¶ De signis ei⁹ τ q̄ ē pura τ nō pura. Ca. iij.

Cum nō est pleuresis pura: imo est in pāniculo velāte costas τ lacerto extrīseco hꝫ signa. τ sunt dolor in ea τ nocumētū ad terminū. Illā nāqȝ q̄ fit i pāniculo extrīseco ↄphēdit tact⁹. τ qñqȝ cōcauat eā cutis τ appet visui: τ qñqȝ rūpit exterius τ nō facit sputū. Et hec eruptio qñqȝ fit nā τ qñqȝ fit arte. ¶ Et cū illa q̄ fit in lacerto extrīseco est pulsatio. Nā si sentit cū attractōe aeris est in lacerto dilatāte: τ si sentit in reditu est in lacerto ↄstringente. τ iam oñdimus: qm̄ ambo inueniuntur in duabus tunicis simul. s. intrinseca τ extrīseca. τ cōprehēsio ē ↄprehēdit hūc modū pleuresis q̄ nō est pura. ¶ Et in hac qdeꝫ non pura nō est ex dolore pūgitiuo τ est ↄstrictione anhelitus τ tussi τ ex duritie pulsus τ serinitate eius τ vehementia febris τ accīntiuꝫ eius qd est in pura. ¶ Et qñqȝ est pulsus lenis. τ qñqȝ esse. propter apostemata in alijs locis a predictis: aut ꝓpter cāꝫ aliā sicut sputū saniosuꝫ: aut

aliud. ¶ Et non est pleuresis cuz non sunt illic dolor pungitiuus et pulsus serratus et reliqua. ¶ Et in non vera erit subtus pectine planie dolor. ¶ Et in pura que est in velamine distiguēte est dolor declinans ad ossa pectoris et est permixtio rōnis in ipsa et fiunt vehementiora accidentia. Et dolor et difficultas anhelitus. et non est vehementia febris et velocitas sicut in aliis: imo qn̄qz postponit vsqz quo putrefiat superfluitas et fit fortis fe. valde. ¶ Et si est in panniculo regente pectus dolor est vsqz ad furculas. et diuersificat dolor pp diuersitatē tactus partiū panniculi furcularū et pp diuersitatē priū i sensu: et non est cum ea pulsatio oino. ¶ Et dolor declinans ad ptes thoracis est pp apa in velamine distinguente. et qn̄qz est pp euentum apatis in instrumentis membrorū carnosorum que sunt in costis et non est in eo multus tumor.

¶ De signis malis et signis salutis. Cap. iiij.

e Significant salutē eius sputū facile velox maturū et est albū planū equale: et pulsus qui non est vehementius duritiei et serinitatis et paucitas doloris et reliqua accn̄tia et incolumitas somni et anhelitus et receptio cure et q eger tolerat illud qd patit: et equalitas caliditatis in corpore cū equalitate: et paruitas sitis et tristitie. et silr sudor: et vrina et egō fm dispōnē laudabilē et digō vrine est signū bonū in ipsa: sicut eius malitia est signum malū valde. et malitia egōnis et fetor eius et vehementia citrinitatis eius est signum malum. ¶ Et aptio fluxus sanguis nariū est ex signis bonis vltimis in pleuresi. et malum est vt sint accn̄tia eius et sigtōes ipsius vehementia et fortia et sputū retentū aut tardū et non est digestū: aut rubeū purc: aut plūbeū aut nigrū: aut additur viscositas eius et difficultas et pstrictio et est fm zriū reliquorū que numerauimus in bono. ¶ Et ex signis malis est vt sit illic vrina feculēta non equalis et est sanguinea significans inflamationē pulsurarū cerebri. ¶ Et ex signis malis est vt sit illic caliditas vehemēs et pp̄ie qn̄ est cum frigiditate in extremitatibus et dolor tendēs ad posteriora et additio doloris qn̄ eger dormit sup latus. ¶ Cum ergo accit ei aut pleuretico diuersitas in fine eius sigt q epar iam debilitatum est et est malū valde et est in principio sui signū bonū imo est res iuuans. Diuersitas aūt que venit post illud et nō remouent cū ea difficultas anhelitus et tristitia forsasse interficit in quarto aut ante ipm. ¶ Et tremor qui est sub thorace in pleuresi multotiens sigt cōmixtionē rōnis cum cōitate velaīs et qn̄qz fit iste motus ex materia velaīs: et mot⁹ eius fz pliū in hmōi egritudine est mot⁹ ascendens. ¶ Et ex signis malis est vt pfundent exiture pcedētes a pleuresi absqz sedatiōe febris et non sit sputū bonum. Nā illud sigt mortē pp illud qd est in eo pcul dubio de reductōe mā̄ei ad pfundū. Signis vero bonis et malis que sunt post suppuratiōnē singulare faciemus caplm. ¶ Et scias q pleuresis cū non est in ea sputū: tūc est aut debilis valde aut mala fraudulenta. Nā aut non est cū ea multitudo materiei de qua sit curandū: aut est inobediēs ad spuēdū maligna. ¶ Inqt Hyp. multotiēs est sputū bonū facile: et silr anhelitus et sunt illic alia signa mala mortalia. s. spēs in q̄ est dolor ad posteriora: et est quasi sit dorsū patiēns eam dorsum verberari. Et est vrina eius sanguinea saniosa: et raro fit beatus: imo moritur inter quartū et. vij. et raro pcendit vsqz ad xiiij. et in pluribus cū ptransit. vij. sanat. ¶ Et multotiens appet inter humores patiētis ipsaz rubedo et calefit spatula eius: et non pōt q̄escere. ¶ Si aūt calefiat venter eius et egrediat ex eo egō citrina: moritur nisi ptranseat. vij. ¶ Et qn̄ ad ipz festinat sputū plurimarū spēz et diuersorū colorū: deinde vehementior fit dolor morit in tertio si non sanat. ¶ Et spēs alia est cū qua sentit pulsatio extensa a furculis vsqz ad crura et est in ipsa vrina aquosa cū qua nō est sedimē et sputū et est mortalis pp declinationē mā̄ei ad caput. si autem pertransit. vij. sanatur.

¶ De signis horarum eius. Cap. v.

c Eam non est sputū aut adest sputum subtile: aut puū: aut illud qd noiat saliua fm q dicturi sumus est in principio. ¶ Et cū augmentant accn̄tia: et augmentat sputū et incipit remoueri a subtilitate et addit in inspissatiōe et in facilitate et incipit remoueri a rubedine ad albedinē: et si est mū declinus ad citrinitatē et est pp ōmālis rubedini est in augmento. ¶ Amplius cuz eger expuit sputū facile maturū fm q diximus de maturitate et est pliū et dolor est leuis tūc illud est status et hora euentus maturitatis integre. ¶ Deinde cū sputū incipit minui cū suba illa aut illa facilitate et cū priuatiōe doloris et diminutione accidentiū tunc iam declinat. ¶ Cūqz retinetur sputum post remotionem illorū accidentium oino tunc iam completur declinatio.

¶ De signis spēz ei⁹ fm cās ipsi⁹. Cap. vi.

c Res qbus sigtur cā efficiens pleuresim sunt sputū et color eius cū ē simplicis coloris aut permixti coloris. ¶ Et ex loco doloris: et ex febre et vehementia ei⁹ et potissimo ipsius. ¶ Sputū nāqz cū est rubeū sigt sanguinē: et cū est ad citrinitatem declive sigt colerā: et flauū sigt pgregatiōez amborū. Et qn̄ est ad albedinē declive et nō est maturū sigt flegma. Et qn̄ est tendens ad nigredinē et plūbeitatē et nō est pp tincturā exterius ex fumo aut silibus illis sigt meliam. ¶ Et iterū dolor in flegmatica et melica fm pliū est descendens ad lenitatē tendens: et in aliis duob⁹ est ascensus inflāmatiūs. ¶ Et rursus si fuerit

febris fortis vehemens erit ex materijs calidis: et si fuerit nõ vehemẽs erit ex materijs declivibus ad frigus quãtũcũqȝ fuerit: et qñqȝ signũ per paroxismos significationem bonam.

¶ De signis pmutatõis eius. Cap. vij.

Quando nõ expuit sputũ laudabile velox et nõ mundificatur in .xiiij. diebus tũc iã pmutatur ad collectionẽ. Et signũ initiũ eius in ascẽsiõe vehemẽtia doloris prius et difficultas anhelitus et ↄstrictio eius: et duplicitas ipsius apud dilatationẽ cuȝ putate et vehemẽtia febris et aspitate lingue proprie et siccitate tussis pp viscositatẽ mãci et spissitudinẽ velais et debilitatẽ ↄtutis et casus appetitus et pmixtio rõnis et vigilie et gravitas que sentitur in loco illo. ¶ Et qñ collectionẽ fecit et cõplet collectio qescũt dolor et febris et augmẽtatur gravitas. ¶ Cũqȝ rũpitur accitit tremor diuersus et dilatatur pulsus cũ diuersitate sui et cadu virtus et debilitatur anhelitus. ¶ Et multotiẽs accit febris vehemens pp q̃ mã mordicat mẽbra et mordicat apã. ¶ Cũqȝ rũpitur deinde nõ mũdificatur a die rupture vsqȝ ad .xl. dies perducit ad pthisim. ¶ Et ruptura saniosi in die .vij. est ex eis que noiantur in raro. et plũ eius post illud vsqȝ ad .xx. et .xl. et .lx. Et q̃to plus fuerit acciñã collectiõis vehemẽtior erit eruptio velocior. et q̃to plus fuerit levior erit eruptio tardior. et proprie febris extñs de sũma accñtiũ. ¶ Et qñ apparẽt signa timorosa: et tu iã testificatus es significationẽ laudabilẽ in sputo et alijs tũc nihil timeas: qm̃ eorũ euẽtus est cã collectiõis nõ pp eam aliã. ¶ Et ois pleuresis cuius dolor non qescit p sputũ neqȝ minutionẽ neqȝ p alia: tunc ipa ex ea saniositatẽ: aut mortẽ: ante ipsam ƒm reliq̃s signõẽs. ¶ Et cũ videris pulsus tensionẽ vehemẽtẽ fieri tũc illud idicabit mortẽ si virtus fuerit debilis: et si virtus fuerit fortis tũc ipsa pmutabitur ad ppleumoniã et empima et pthisiȝ. ¶ Et ad sũmũ cũ illic est signũ virtutis et icolumitatis: deinde nõ qescit dolor cũ sputo: aut solõne ventris et flõmia et vaporatõe tũc ipsa ẽ magis declivis ad empima: sed si non fuerit significatio incolumitatis fixiõis ↄtutis et fixionis appetitus et aliorũ tũc illud significabit q̃ est mortalis et indicabit syncopim prius q̃ appetitus cadat ƒm plũ apud rupturã. ¶ Et rubedo maxillarũ ambarum est pp illud qd ad eas ascendit ex vapore et calefiũt digiti pp illud etiã. ¶ Et qñ rũpitur ad amplitudinẽ pectoris facit meditari alleviationẽ aliqbus diebus: deinde mollifica dispõnẽ eius. ¶ Cum ergo rũpitur vides pulsum ƒm q̃ indicavimus iam debilitatũ et tardatũ et rarificatũ pp resolõnẽ virtutis cuȝ eũone et extinctiõe caliditatis innate et accidit etiã sicut diximus tremor: quem sequitur febris cã mordicatõis humorũ. Si ergo fuerit mã aperitionis plurima et virtus debilis pducit ad pulsiem. ¶ Et scias q̃ qñ virtus est debilis et tensio et frequentia vehementior: eo fiunt tunc illud sicut scivisti portendit syncopum. et si est frequentia minor: illa et minor ea quã fecit ipsa pleuresis tunc qñqȝ indicat subeth et spasmũ: aut tarditatem maturatõis. ¶ Et subeth qdem non accit nisi ppea q̃ cerebrũ recipit vapores humidos qui sunt pculdubio non cum acuitate illa neqȝ frequentia pulsus in ea est valde. et cerebrũ qdem recipit eos pp debilitatẽ suã ab expulsione eorũ in neruis. Et signũ tarditatẽ suppurationis pp grossitudinẽ mãci. ¶ Et qñ ipsa nõ permutatur tunc cerebrũ et nerui fortes nõ recipiũt ipsam. et qñqȝ indicat spasmũ: et illud qñ cõstrictio anhelitus vehementer sit fortis et febris nõ est fortis. ¶ Et qñ videris egritudinẽ iam sedatam parũp et occultatã et non est illic sputũ tũc fortasse minuitur mã cum vrina: aut cum egõne: aut apparitione solõnis ventris colerice subtilis: aut apparitione vrine grosse. Si autẽ illud non fuerit tunc apparebit exitura. Nam si videris tensionẽ ad mirach et hypocondria et cutem et gravitatẽ indicabit illud exiturã apud inguina et crura. et declinatio eius ad ambo crura est vehemens signũ ad incolumitatem. Et in huiusmõi qdem pcepit Hyp. solõnẽ ventris fieri cum elleboro. Quod si videris cum hoc difficultatem anhelitus et ↄstrictionẽ pectoris et sodã et gravitatem in furculis et mãmillis et brachio et caliditatẽ ad supiora portendet illud declinationem mãci ad ptes aurũ et capitis. ¶ Et si fuerit dispõ hec et non apparuerit apã neqȝ exitura in his ptibus: tunc mã declinabit ad cerebrũ ipsum et interficit plurimum in scdo et tertio.

¶ De sermone aggregato et sputo. Cap. viij.

Laudabimus sputuȝ et qd est facilius et velocius et plurimũ et magis maturum qd est album planuȝ equale: in quo non est viscositas: imo est equalis subẽ. aut qd est ppinquũ huic maturationi: et cum quo non est permixtio intellectus et nõ fuerint ante ipsum vigilie: aut accidens aliud malum: et sequitur ipsuȝ illud qd est declive in primis diebus ad rubedinem declive et ad citrinitatem et post illud ad spumosum. ¶ Et spumositatis quidem causa est vt sit res parua humoris subtilis cui admiscetur aer plurimus et sit eius commixtio vehemens valde q̃uis spumosum non sit illius bonitatis: immo est declive ad malitiam. ¶ Et deterius eo in principio est rubeum purum et citrinum purum igneuȝ: et ex malis valde est album viscosum rotũduȝ: et deterius omnium est nigrum et proprie illud quod est fetidum ex eo: et citrinum est melius nigro grosso gradato vel rotundo: et rotundum est melius non rotundo. Et si fuerit malum tunc erit significatio grossitudinis materiei et dominij caliditatis: et significat cum longum

tine egritudinis quod conuertitur ad ptisim ⁊ rubeū est meli⁹ citrino qm̄ sanguis nālis ipse ⁊ flegma eq̄les sunt aut leuiores lateris ꝙ colera adustiua corrosiua. ⁊ viride sigt̄ cōgelationē ⁊ adustionē vehementē: ⁊ nō remouet indiciū malicie sputi in substātia sua facilitas exitus eius. ℂ Et fetidū quidē est malū. ⁊ expuē hmōi mala est ꝑpter multitudinē nō ꝑpter maturationē. ℂ Et oē sputū cū q̄ nō quiescit nocumentū est nō bonū. ℂ Et ex ꝯsuetudine qd̄ eorū est vt noient purū cui nihil extrāeū admiscet maturū: aut nihil sanguis: aut nihil colere: aut melācolice saliud: ⁊ nō noiant ipm̄ sputum. Et hmōi qn̄ pseuerat ⁊ nō pmiscet ei aliqd neq3 accidit ei dispō que significet q humor est habēs maturationē tūc sigt̄ lōgitudinē egritudinis. ℂ Et qn̄ ē cū puatione maturatiōis maliū sigt̄ pniciē. Et ad vltimū sputū sigt̄ suo colore. ⁊ sigt̄ sua substātia ex grossitudine ⁊ subtilitate sua. ⁊ significat sua figura in rotūditate sua ⁊ nō rotūditate sua. ⁊ sigt̄ sua quātitate in multitudine ⁊ paucitate sua. ℂ Et sputū quidem salsum significat catarrū corrosiuū. ℂ Et sputū humoris grossi: imo puris qn̄q3 fit ꝑpter causam vlcerū pulmonis: imo ꝑpter cām humiditatū pectoraliū dn̄antiū in corporibus eoꝝ qui petranseunt. xxx. vsq3 ad. xl. ⁊ diminuit exercitiū quare aggregantur in spatio pectoris: ⁊ ꝑcedunt ⁊ accidit eis hydropisis in spatio. xl. dieꝝ vsq3 ad. lx. ⁊ non est in ea plurimum mali.

ℂ De crisibus pleuresis. Cap. ix.

Quādo spuit in die ꝑmo aliqd subtile nō maturū tūc sperat vt maturet in q̄rto: ⁊ descēdat in. vij. ℂ Si aūt nō maturat vsq3 ad quartū: aut initiū sputi nō est ex die ꝑmo tūc crisis eius erit in xi. aut. xiiij. ℂ Si aūt nō expuit nisi post quartū: deinde expuit ⁊ in ipso ē maturitas aliqua tūc res est media: ⁊ si non est in ipso maturitas tūc egritudo plōgat cū fiducia vel spe: ⁊ propter cū sunt illic signa bona virtutis ⁊ appetitus ⁊ etatis. ℂ Et qn̄ non spuit vsq3 ad septimū aut expuit sputū mundū sine maturatione ꝑemtus: imo nō est nisi humor purus: tūc si inueneris virtutē debilē scias q non maturabit nisi post tp̄s: tūc si ipse deficit ante illud egritudo nō pertransibit. xiiij. ergo non ptrāsibit. Et quādoq3 interficit ante ipm̄: qm̄ crisis eoꝝ que sunt hmōi est vsq3 ad. xl. aut. lx. nature debilis incolumitas nō portendit vsq3 ad illā horā. ℂ Nō si virtutē inueneris fortem ⁊ videris duo desideria eq̄lia laudabilia ⁊ videris somnum ⁊ anhelitū f̄m q̄ op3: ⁊ videris vrinam maturā bonā: sperabis q ptranseat. xiiij. deinde moriat f̄m plurimū post ipm̄: ⁊ totū hoc cū mā que egritudinē facit: fuerit acuta: ⁊ prorsus lōgior crisis ei⁹ que facilis est: est. xiiij. dies ⁊ quādoq3 extendit vsq3 ad. xx. ℂ Et Gal. qd̄ dixit q qn̄q3 mūdificat cū sputo vsq3 ad. xxx. dies: aut inuenit cū eo crisim itegrā. ℂ Et nos iā diximus q sputū simplr qd̄ ē vt saliua sigt̄ lōgitudinē egritudinis. ⁊ qn̄q3 ꝯiungit vt pereat crisis in hora ⁊ accidat signo que ponat ipsā ꝑpinquiorē: aut signo q̄ ponat ipsam lōginquiorē. Sicut cū sputum ⁊ dispōnes sigt̄ q crisis erit in. xiiij. ⁊ appet post. vij. sputū nigrū: ⁊ ꝑpe i die malo: sicut. vij. Ipsū nāq3 sigt̄ q crisis mala ꝑcedet: ⁊ si appeat loco eius significatio bona signis maturationē laudabilem significabit q crisis mala postponetur ⁊ bona precedat.

ℂ De peripleumonia. Cap. x.

Peripleumonia est apa calīn in pulmone ⁊ ipsa quādoq3 accidit icipiēdo. ⁊ quādoq3 sequit eū euentū catarri descēdentis ad pulmonē: aut ꝑfocationes resolutas ad pulmonē: aut pleuresim cōuersam ad peripleumoniam ⁊ hmōi interficit vsq3 ad. vij. ℂ Et si natura cōfortet ad expuēdū materiā: tūc ipsa f̄m plurimū facit cadere in ptisim. ℂ Et peripleumonia quidē fit ab oi humore. ℂ Verū plurimū eius fit a flegmate: quoniā in mēbro raro: raro cōtinetur humor subtilis f̄m plīm pleuresis est colericū eōtrio huiusmodi intētiōis: qm̄ mēbrū est pāniculosū spissum strictū in qd̄ raro penetrat nisi subtilis acut⁹: ꝙuis qn̄q3 fiat ex sanguine. ℂ Et quādoq3 fit ex gn̄e colere rubee: ⁊ est interficiens f̄m plīm sua acuitate: ⁊ q2 vicina est cordi: ⁊ q2 parū iuuabit ab eo qd̄ bibit ⁊ qd̄ loco emplastri supponit. Illud. n. qd̄ bibit nō peruenit ad ipsam dū ꝯseruat ex virtute infrāationis siue illud qd̄ ei opponit: ⁊ illud qd̄ loco emplastri superponit nō perducit ad ipsam infrāationem equalē ei. ℂ Et peripleumonia quidē qn̄q3 remouet cū resolutione. ℂ Et qn̄q3 cōuertit ad empima. ⁊ qn̄q3 induratur. Et qn̄q3 pmutat ad sciruras ⁊ qn̄q3 pmutat ad karabitus ⁊ ē malum. Et quādoq3 pmutatur ad pleuresim ⁊ est hoc parū ⁊ rarū. ⁊ quādoq3 facit succedere stuporē: sicut ꝑdictū est in pleuresi: ⁊ est plīm eorū que succedūt ei. ℂ Et fluxus sanguinis narīū nō confert ei in peripleumonia: sicut cōfert in pleuresi ꝑpter diuersitatē duaꝝ materieꝝ. Et qm̄ attractio pulmōis lōginquior ē ꝙ fit velaminis ⁊ pāniculi pectoris ⁊ lacertoꝝ eius.

ℂ De signis peripleumonie. Cap. xi.

Signa ꝑipleumonie oīa sunt febris acuta: qm̄ est apa calīn in visceribus: ⁊ ꝯstrictio anhelit⁹ vehemēs sicut ꝑfocatio accn̄o anhelanti ꝑp apa: ⁊ q ipm̄ coartat vias: ⁊ calitas in ipso vehemēs ⁊ g̃uitas ꝑp multitudinē mārie i mēbro nō sensibilis sube ⁊ sensibilis ꝑp pāniculū i q̄ inoluitur: ⁊ extensio in pectore ⁊ totū ꝑpter illud: ⁊ dolor tensiuus ex pectore ⁊ ex ꝑfundo ad pteo thoracis ⁊ dorsum. ⁊ qn̄q3 sentit dolor inter am-

bas spatulas. ¶ Et quãq; sentitur pulsatio sub spatula et furcula et mamillis: aut continuus: aut apud tussim et nõ tolerat vt dormiat: nisi super collum: et sup latus suffocatur: et peripleumonici quidem lingua rubescit prius: deinde nigrescit: et est lingua eius: ita quod adheret ei manus qui tangit eam cum grossitudine. ¶ Et quãq; cõicat ei in extẽsio ne et repletiõe faciei totius. ¶ Et apparet in vtrisq; maxillis rubedo et inflatio propter illud quod ascẽdit ad eas ex vapore propter carnositatẽ earum et raritatẽ ipsarum et nõ sunt sicut frons in cute sua. ¶ Et quãq; vehemẽs fit rubedo adeo donec similetur tincto. et quãq; sentitur ascẽsio vaporis: quasi ipse sit ignis subito suspẽsus. ¶ Et apparent inflatio vehemẽs: et anhelitus altus velox propter febris magnitudinẽ et nocumẽtum eius. ¶ Et inflatio oculorum: et grauitas motus eorum: et repletio venarum eorum et grauitas palpebrarum. Et cum in eo ẽt est vapor: et appet in cornea similitudo apparitionis: et in pupilla similitudo extra cum ipinguatiõe et vnctuositate et ingrossatur collum. ¶ Et quãq; aduenit sudor propter multitudinẽ vaporis humidi. ¶ Et quãq; est cum ea frigus extremitatum. ¶ Pulsus autem est vndosus lenis: quoniam apostema est in mẽbro leni et materia est humida. Et vndosus quod diuersus ẽ perculdubio in dilatatione vna. Et quãq; illud est secundum dilatationes plurimas. et quãq; accidit in dilatationibus plurimis vicissitudo. et quãq; accidit in eis cadẽs in medio: et eius pulsus secundum plurimum est magnus propter vehementiam necessitatis: et lenitatẽ instrumenti nisi debilitetur virtus valde: frequẽtia vero vehemens fit et minoratur secundum febrẽ et necẽitatem: et secundum quod virtus sufficit illi magnitudini: aut deficit ab ea. ¶ Et Hyp. quidẽ dixit quod quando eis accidunt exiture apud mamillas aut ea que sequuntur eas: et aperiuntur fistule euadunt et illud est notẽ. Et similiter quãdo accidunt exiture in crure sunt signa laudabilia: et quãdo permutatur ad pleuresim raro alleuiatur constrictio et anhelitus et aduenit punctio. ¶ Et sputa eorum sunt etiã tũc secundum colores similes coloribus pleuresis et plurimum eorum flegmaticum est. ¶ Cum peripleumonia autem que est ex genere colere rubee aut trahit ad colerã rubeã sunt cõstrictio anhelitus et grauitas sensibilis in pectore minus. ¶ Sed inflãmatio est in vltimo vehemẽtie. ¶ Et signa permutatiõis eius ad empima proxima sunt signis pleuresis in huiusmodi. ¶ Et sunt vbi febris nõ minoretur neq; dolor: et neq; videatur diminutio: de quo sit curãdum in sputo: aut vrina grossa habẽte sedimẽ aut egestionẽ. ¶ Si autem videris egrum cum istis icolumẽ fortẽ: tunc ipsa conuertitur ad empima: aut ad exituram: aut superius aut inferius secundum signa predicta in pleuresi. ¶ Et si illic nõ fuerit vigor et incolumitas tũc tunc morẽ: et cum sit saliuosum dulce iam tũc fit empima. ¶ Et mũdificatur in .xl. diebus est bonum: et si nõ prolongatur tempus. ¶ Et quãdo prolongatur tempus cum peripleumonia facit incurrere egrum inflationẽ pedum propter debilitatẽ nutritiue proprie in extremitatibus. et quando declinat materia ad vesicam facit sanitatẽ necessario.

¶ De apostemate duro in pulmone. Cap. xij.

Quandoq; accidit in pulmone apostema durum. Et signum ipsum constrictio anhelitus cum hoc quod ipsum augmentatur cum diebus. et ẽ cum grauitate: et paucitate sputi: et vehementi siccitate tussis et frequẽtia eius. Et quandoq; alleuiatur in quibusdam horis cum paruitate caloris in pectore.

¶ De apostemate molli in pulmone. Cap. xiij.

Quandoq; accidit in pulmõe apostema molle. et significat ipsum constrictio anhelitus cum saliua plurima. et humiditate in pectore: absq; caliditate plurima. et in facie nõ est rubedo: imo plũbeitas.

¶ De bothor in pulmone. Cap. xiiij.

Quandoq; accidit in pulmone bothor. et signa earum sunt vt grauitas sentiatur. et constrictio anhelitus cum velocitate et frequentia. et caliditas in pectore et inflammatio absq; febre cõmuni.

¶ De aggregatione aque in pulmone. Ca. xv.

Quandoq; aggregatur in pulmone aquositas et significant ipsam cõmotio de latere ad latus et febris leuis. et apostema extremitatum. et malitia anhelitus et sputum subtile aquosum. et dispositio que est sicut dispositio hydropisis.

¶ De apostematibus aut vulnere accidentibus canne pulmonis. Cap. xvi.

Signa illius sunt febris debilis: et pulsatio in medio dorsi et dolor: canna enim non est sicut pulmo in hoc quod ipse nõ sentit. Uerum est dolor leuis. et accidunt cum hoc pruritus in corpore. et raucedo vocis. et si vlceratur erit oris eius odor fetidus. et sputum paucum.

¶ De pure et sanie que est in empima. Ca. xvij.

Pus in locutiõe medicorum venit super duas intẽtiones: quarum vna est vsitata in omni loco quod apostema colligit faciẽ: et est collectio saniei apostatio: et secũda est quando vtuntur proprie in egritudinibus pectoris: et volunt per illud repletionẽ spatij quod est inter pectus et pulmonẽ ex pure erũpente ad ipsum aut in ambobus lateribus simul: aut in latere vno. ¶ Et cause huiusmodi repletiõis: aut sunt catarrus effundens materiam subito: aut vlcera in pulmone ex quibus currit sanies et virus: et fit empima post .xx. dies secundum plurimum: deinde expuitur: aut eruptio apostematis in partibus pectoris: et est plurimum et est illud aut sanies materia: aut res que est sicut fex. ¶ Et dispositiones illius sunt quatuor: aut enim suffocat multitudine: et interficit: et apparitio illius est vt incipiat anhelitus eius constringi: et nõ expuat: aut putrescit pulmo et facit cadere in ptisim: aut mundificatur

dificatur cum sputo succurrente facili: aut mundificatur cum expulsione ex via vene magne ⁊ arterie magne ad vesicam cum vrina grossa. ⁊ est cursus eius prius ex vena ad epar: deinde ad renes: ⁊ q̄n̄q̄ ad intestina cum egestione ⁊ sunt ambe laudabiles: ⁊ iam precessit a nobis in rememoratione saniei eruptionis. ¶ Et cognitio illius est s̄m fortitudinē signorum ⁊ etatis ⁊ temporis ⁊ complexionis. ¶ Et decrepiti quidē moriunt̄ ex empimate plus q̄ iuuenes ꝑ debilitatē pauci cordium ipsorum. ⁊ iuuenes moriunt̄ in doloribus plus q̄ decrepiti ꝑ vehementiā sensuū eorum ⁊ nos iam diximus signa empimatis in .c. signorum permutationū pleuresis: ⁊ similiter signorum eruptionis. ¶ Signa autē repletionis spatij pectoris ⁊ puris sunt grauitas ⁊ tussis sicca cum priuatione anhelitus ⁊ dolor: ⁊ q̄n̄q̄ est in pluribus eorum tussis humida faciens imaginari leuitatē cum sputo: ⁊ est eorum anhelitus cōtinuus. ⁊ ꝑ hoc est sermo eorum velox. Et frequenter fiunt nares ipsorum ad coartandum apud anhelitū: ⁊ comitat̄ febris minuta ducens ad hydropisim. ¶ Signa autē loci in quo est sanies cognoscunt̄ vt dormiat eger q̄n̄q̄ super latus vnū: ⁊ q̄n̄q̄ super latus aliud: ⁊ tunc latus super quod pendet grauitas coartans est latus oppositū loco saniei: ⁊ cōmotio eius ⁊ sonitus eius qui in cōmotione audit̄. ¶ Et hominum sunt quidam qui ponunt super pectus ⁊ latera eius filū lineum infusum in luto rubeo dissoluto in aqua ⁊ considerāt locū qui prius exiccat̄: quoniam ipse est locus puris. ¶ Signa autē eruptionis incolumitatis sunt vt succedant rupture sedatio febris: ⁊ augmentum appetitus ⁊ facilitas sputi ⁊ anhelitus: aut eueniant cum ea exiture in latere ⁊ partibus que fiant fistule: ⁊ similiter illa que est ex eis media. Nā egredit̄ ex eis sanies alba mūda. ¶ Signa vero mala sunt vt appareant signa suffocationis aut syncopis: aut sputi mali: aut pthisis. ⁊ cum cogit̄ aut perforat̄ egredit̄ sanies cenosa fetida. ¶ Signa autē differentie inter saniem ⁊ inter flegma in sputo sunt descensus saniei sputi in aquā ⁊ fetor ipsius super ignē. ¶ Et flegma natat in aqua non fetens super ignē: quamuis sanies q̄n̄q̄ expuat̄ in egritudine: que non est pthisis s̄m quod ostendimus in loco precedente. ¶ Et q̄n̄q̄ emittit̄ cum sputo plus plurimum valde. Et ego iam vidi qui expuit in hora vna circiter duas eminas paruas: aut eminam magnā vnā. ⁊ plus mediettate emine. ⁊ Gal. testificat̄ quod quidam empicus expuebat omni die circiter .l. vn. ⁊ sunt fere .ix. coclē. ⁊ iam feci te scire differentiam inter saniem ⁊ humiditates. Nā sanies discernit̄ fetore apud sputū. Et cum proijcit̄ super ignē: ⁊ submergit̄ ⁊ non natat. ¶ Signa vero permutationis empimatis ad pthisim sunt plumbeitas coloris ⁊ tensio amborum laterū ⁊ colli ⁊ calefactio digitorum omnium tanta que non separatur ēt in illo tempore extrema infrā cōsueuerūt in febribus: ⁊ febris que addit̄ in nocte ꝑ cibum ⁊ curuitas vnguliū ꝑ dissolutionē carnium sub eis: ⁊ impinguatio oculorum cū declinatione ad albedinē ⁊ citrinitatē ⁊ signa alia q̄ dicta sūt in .c. pthisis.

¶ De vlceribus pectoris ⁊ pulmonis ⁊ ex eis est pthisis. Cap. xviij.

Et vlcera aut sunt in pectore aut in velamine: aut sunt in pulmone: ⁊ est diuisio postrema. ⁊ est pthisis: aut sunt in cāna ⁊ iam diximus ea. ¶ Et magis sana horum vlcerū sunt vlcera pectoris. Et illud ideo quoniam vene pectoris sunt minores ⁊ partes pectoris sunt duriores: quare non magnificat̄ in ipso malitia: ⁊ quoniam virus non remanet in eis: imo currit ad spaciū pectoris: ⁊ nō ē ita dispositio pulmonis. ¶ Et quoniam motus eius non est fortiter sensibilis sicut motus pulmonis: imo fortasse est quietus. ¶ Et quoniam ipsum carnosum est: ⁊ carnosum est magis susceptibile consolidationis. ¶ Et multotiens accidit ꝑ vlcera pectoris facta a vulneribus putrefactiuis vt corrūpant̄ ossa ita vt indigeant actione eius quod putrefactū est in eis vt saluet̄ illud quod vicinat̄ eis. ¶ Et q̄n̄q̄ peruenit putrefactio ad illud quod sequit̄ ipsum in panniculo. ¶ Illa autē vlcera velaminis que penetrant nō consolidant̄: ⁊ non penetrantia aut cadunt in partibus neruosis ⁊ consolidant̄ aut cadunt in partibus carnosis ⁊ consolidant̄ si succurrat̄ eis in principio ⁊ non dimittant̄ apari. Nam cum apant̄ et cronica fiunt non sanant̄. ¶ In vlceribus autē pulmonis diuersificati sunt medici in hoc quod ipsa sanant̄. Dicunt enim quidā quod non sanant̄ omnino: quoniam consolidatio indiget quiete ⁊ illic non est quies. Sed Gal. diuersificat̄ ab eis ⁊ existimauit quod solus motus non prohibet consolidationē nisi adiungāt̄ sibi reliqua prohibentia. Et signo illius est quod velamen etiam mouet̄: ⁊ q̄n̄q̄ sanant̄ vlcera eius. ¶ Sed Galeni ipsius sermo in vlceribus pulmonis est quod si accidant solutione singularis non ab apate. neque corrosione humoris corrosiui: imo ꝑ egritudinē aliā tunc dum permanent vlcera ⁊ nō fiunt adhuc saniosa neque apant̄ recipiūt sanitatē. ¶ Et similiter illa que sunt ex vlceribus in quibus aduenit sputum ⁊ non sunt saniosa. Sed que sunt ab apate aut corrosione non recipiūt sanitatē quoniam vlcus saniosum tunc non est possibile vt sanet̄ nisi cū mūdificatione saniei: ⁊ illud fit cum tussi: ⁊ tussis augmentū efficit in dilatatione vlceris ⁊ disruptione eius. ¶ Et cōmotio facta in ea addit in dolore: ⁊ dolor addit in attractione materie ad partē. ⁊ medicine exiccatiue sunt prohibentes sputū ⁊ mundificatiue sunt lenificantes vlcus. ¶ Et facta ab humore corrosiuo non sanat̄ absque rectificatione eius: ⁊ illud nō peruenit nisi in spacio in quo fili oz aut vt vlcus vlceret̄ ⁊ fiat fistula que non consolidat̄ omnino: aut dilatet̄ adeo donec corrodat totū corpus pulmonis. ¶ Et in factis post apa q̄n̄q̄ aggregantur iste intentiones. ¶ Et ex adiuuantibus ad prauitatem

consolidationis est motus et etiam essentia venarum que sunt in pulmone magnarum amplarum duarũ. Illud nãq; est ex eis que difficilem faciunt consolidationẽ rupture. ¶ Et iterum longitudo spatij inter introitum medicine bibite et inter pulmonem: et necessitas debilitatis virtutis eius ad hoc vt perueniant iste medicine ad vlcus sunt ex adiuuantibus ad hoc. ¶ Et medicine frigide sunt tarde non penetrantes. et que sunt calide addunt in febre que comitatur vlcera pulmonis. Et exiccatiue sunt nociue ethice que comitanť ea. Et humectatiue prohibent consolidationem vlcerum. Nam cura vlcerum oium est exiccatio: et ꝓprie hmoi vlcerũ ad que veniunt humiditates desuper et desubtus. ¶ Et hec quidem infirmitas recipit omnem curam cum est in principio: et est super panniculum tegentem cãnã intrinsecus et in suba pulmonis carnosa non est facile suscipiens. in cartilaginibus vero ipsis non recipit. ¶ Et homines magis susceptibiles cure ptisis sunt infantes: et vlcera pulmõis magis salua sunt illa que sunt ex genere cruste cum non est illic causa in cõplexione: et ipso humore que faciat vlcus siccum impetiginosũ. ¶ Et qñq; accidit ptisico vt ꝓtendať cũ eo ptisis ꝓducens eũ spatio tpis. et silr extendiť a iuuentute vsq; ad senectutẽ. ¶ Et ego iã vidi mulierẽ vixisse in ptisi circiter. xxiij. ãnos: aut plus parũ. ¶ Et hũtes vlcera pulmonis leduntť valde ab autũno. et qñ eis ptisis est occultũ detegit ipsã in patientẽ eam introitus autũni super ipm. ¶ Et nomen qdem ptisis qñq; ꝓcediť alie egritudini cum aqua non est febris. Sed pulmo est suscipiens humores grossos viscosos ex catarro qui effundunť ad ipm semp et ꝯstringit meatus eius: quare patientes cadunt in ꝯstrictionẽ anhelitus et tussim frequentẽ que ꝑducit ad debilitatem virtutis eorum et corporũ arefactionem: et sunt vere ꝑducentes cursu asmaticorũ: tunc si fuerit motus paruus oportebit vt adminiscať curis eoꝝ aliquid cure asmaticorum.

¶ De causis vlcerum pulmonis. Cap. xix.

Causę vlcerũ pulmonis sunt catarrus mordicatiuus corrosiuus aut putrefactiuus pp suam vicinitatẽ cũ qua pulmo non sanatur vsq; quo maturetur: aut sanies hmoi generis currẽs ad pulmonem ex mẽbro alio et antecessio pipleumonie que iam cõputruit et iam vlcerata est: aut saniositas pleuresis rupte: aut aliq̃ cãꝝ sputi sanguis ꝑdictarũ aperiens venã: aut incidens eam: aut scindens ipsam: siue sit cã intrinseca sicut ebullitio sanguis: aut aliud de his que dicta sunt siue extrinseca sicut casus aut ꝑcussio. ¶ Et qñq; sunt ex cãis eoꝝ putrefactio et corrosio ꝑcedẽs in suba ipsius pulmonis. sicut accit membris. ¶ Et quandoq; multiplicatur ptisis qñ estati boreali sicce succedit autũnus pluuiosus.

¶ De preparatis ad ptisim in figura et forma et etate et regione et complexione. Cap. xx.

Sunt sunt alati hñtes pectus strictũ. hñtes spatulas nudas carne et ꝓprie posteri⁹ hñtes spatulas declives ad anteriora icidendo: et quasi vniuntq; eoꝝ sunt due ale: et qñ spatule eius sunt abscisse ab adiutorio: et ante et retro: et hñtes colla lõga et inclinantes ea ad anteriora. ¶ Et qñq; ꝓcedunt guttura ipsoꝝ et eminent. et in pectoribus qdẽ istoꝝ que sequunť ea multiplicanť ventositas et inflatio est in eis pp debilitatẽ pectoꝝ eoꝝ. ¶ Si aũt cum hoc est debilitas cerebrorum recipientiũ supfluitates: et cum hoc nõ abgeruntť cibi: tunc iam cõplenť ꝯditões et ꝓprie si fuerint hũores eoꝝ colerici. ¶ Et forme qdẽ susceptibiles ptisis velociter cum alatiõe predicta sunt lenes albe declinantes ad subalbedinem: et ẽt corpora dura spũla pp illud qd accit eis de eruptiõe venarũ. ¶ Et cõplõ susceptibilis illius est ei⁹ cuius cõplõ est frigidior. ¶ Et etas in qua multiplicať ptisis est illa que est inter octauũ et decimũ annũ vsq; ad aduẽtũ. xxx. annoꝝ. ¶ Et ipsa in regione frĩa est plus ꝓpter illud qd accidit in ea de ruptura venarũ et sputo sanguinis plurimo. est tempus in quo multiplicatur illud est autũnus.

¶ De reb⁹ a qb⁹ oꝫ vt isti custodianť. Ca. xxi.

Oportet vt isti custodianť ab oibus cibis et medicinis acutis mordicatiuis et cibus que extendũt mẽbra pectoris ex clamore aut rixa aut saltu.

¶ De signis ptisis. Cap. xxij.

Sunt vt ꝯsidereť sputũ saniei cum signis saniei ꝗm q exposuimus in forma sua in colore et inspissatione: et in alijs. Et febris minuta inseparabilis pp vicinitatẽ cordis cum loco egritudinis que fit vehemens cum cibo in nocte ꝗm ptẽ: cuꝫ fit vehemens febris ethica pp humectationẽ corporis ex cibo ꝗm q dicem in loco suo: quãuis qñq; descendant cũ ethica in ipso febres alie. s. terriana et quartana et qntana: et deterior eaꝝ est qntana: deinde media est terriana: deinde quotidiana. ¶ Et cũ accit ptisis oppent ẽt sigñiões quas numerauimus in fine capli empimatos: et supflũt vene eoꝝ oi hora: qm virtutes eoꝝ debilitanť a retentiõe nutrimẽti et regie eius. et caliditas resoluit et liq̃facit. ¶ Si aũt i sputo sunt cruste nõ remanet dubietas et ꝓcipue cũ cãe ꝑducẽtes ad ptisim ꝑdicte iã ꝓcesserũt. ¶ Nã cũ corpus incipit arefieri et extenuitates icuruari: et capilli cadere pp ꝓuatiõẽ nutrimẽti et corruptionẽ supfluitatũ tunc iam vera est. ¶ Et qñq; ꝓlũbitus fit color in principio. Et ex ipse rubescit cũ ascendũt vapores et extendũt colluꝫ et duo cornua frontis et ꝓpie qñ ꝯfirmať: et in

flāmatur extremitates eoꝝ: ⁊ proprie pedes eorum in fine dierū. Et apostemant ꝓpter corruptionē humorū ⁊ mortificationē innatī caloris extremitatū ꝓpter malitiā cōplexionis. ¶ Et illi quidē ptisici quorū causa est humor corrosiuus expuunt saliuā que habet saporem aq̄ marine salse valde. ¶ Et pulsus eoꝝ fit eis equalis cū velocitate paruus. Et qn̄q̄ accidit ei inclinatio ad ambo latera. ¶ Deinde accidit post illud in vētre rugit⁹ ⁊ trahunt ypocōdria ad superiora ⁊ vehemēs fit tussis: ⁊ destruitur appetitus cibi ꝓpter debilitatē virtutū naturaliū. ¶ Et qn̄q̄ fluit vēter eius ꝓpter casum virtutis: ⁊ quādoq̄ expuit anulos ⁊ corpa venarū: ⁊ illud contingit cū appropinquat mors. ⁊ illud qd̄ expuitur de venis si est magnū est ex pulmone ⁊ si est paruū est ex cāna: ⁊ multotiens expuunt lapillos ⁊ expuūt anulos ex cāna: ⁊ non est hoc etiā nisi ex vlcere magno: ⁊ in fine eius ingrossant sputū ⁊ saliua. Deinde intersecatur ꝓp debilitatē virtutis. ¶ Et qn̄q̄ prefocati moriuntur: ⁊ qn̄q̄ nō postponitur huiusmodi sputū: imo cadit in principio cū ptisis est ex gn̄e malo facta ex materijs grossis que nō digeruntur. ⁊ qn̄ intersecatur sputū in fine ptisis: tunc qn̄q̄ nō addit super quartū diem. ¶ Et quādoq̄ est interfecti⁹ sputi ꝓpter debilitatē virtutis: ⁊ tunc forsitan cōstringitur anhelit⁹ eoꝝ vsquequo fiat quasi nō sensibilis. ¶ Et multotiens quidē tussis in eis fit vehemēs: ⁊ perducit ad sputū sanguinis continuū: ⁊ si curetur tussis eoꝝ cū prohibitione sputi moriuntur cū leuitate adueniente eis. Si autē dimittantur tussire moriuntur spuendo sanguinē. ¶ Et ex veloci morte est q̄ si quis hēt ptisim ⁊ apparet super spatulas eius granū sicut faba moritur post quinquaginta duos dies.

¶ Tractatus quintus de principijs opanutis.

¶ De cura communium apostematū partiū pectoris ⁊ pulmonis. Cap. i.

banū ponat̄ in lana infusa in sambacino: ⁊ sup-
ponat̄ intra mȓicez. Et de eis sunt emplastra ⁊
vaporationes. Et vaporatio cum specieb᷒ pro-
uocat menstrua. Et de eis sunt suffumigatiōes
sicut cū collognitida sola. Ipsa enim ꝓuocat in
dispositione. ¶ Et similiter opoponacū ⁊ assa
⁊ serapinum ⁊ cordumeni. ¶ Et de eis sunt ēt
ne etiam ex aquis in quibus decocta sunt subti
liatiua prouocantia menstrua: sicut calamentuz
⁊ rutha ⁊ pulegium ⁊ similia.

¶ Tractat᷒. iiij. ¶ De nocumētis fit᷒ mȓi
cis ⁊ ꝯpanb᷒ eius: ⁊ que silia sunt illis. Cap. i.

c Causa est cum sup os matricis
eius egreditur aliqd quod ꝓhi-
bet coitū ex re addita lacertosa:
aut pānicularī forti: aut est illic
incarnatio ab vlcere aut creatio
ne: aut illud qd̄ est inter os vul-
ue aut os mȓicis est ſm vnū ⁊ eundem horum
modorꝫ: aut super os matricis eius qd̄ ꝓhibet
impregnationē ⁊ exitū mestruorꝫ ex pāniculo
aut incarnatione: vlceris: aut quod est eis silē:
aut meatus nō est inuētus in creatiōe: ita vt ac-
cidat virgini cū incipit mēstruari vt non inue-
niat menstrua meatū ꝓpter aliquā harū causa-
rū: q̄re accidāt ei dolores vehemētes ⁊ egritu-
do maxima. Si ergo nō ingeniet̄ ei redit san. ⁊
denigratur mulier ⁊ ſffocatur ⁊ morit̄. ¶ Et
quādoq̄ accidit vt clausa remaneat per accidens
cōceptionē: q̄re moritur ipsa ⁊ fetus eius pro-
culdubio si nō regitur: ⁊ hoc quidē nō est possi-
bile nisi aliquo modorꝫ: aut sit illud qd̄ apponi
tur ori mȓicis de clausura rare texture: aut sit
habēs foramina plura: ita q̄ posse sit mȓici at-
trahere de spmate aliqd: lꝫ. n. paruꝫ fiēti ex illo
q̄ fit conceptio: si po eius est ꝯtutis qd̄ visum est

pho ⁊ po eius qd̄ visum est. G. medico. Illud
nāq̄ qd̄ necessarium est in creādo mēbra ⁊ sper
ma femineū ſm ſmonē phi ⁊ est illud qd̄ in eo
ꝓuocat̄ ad mȓ cē intra mȓicē ſm ſmonem. G.
⁊ est spma viri vt sumat ex eo ꝯtutē odoris ſm
sniam phi. vidit. n. q̄ cum ouum galline crudū
rore aspersuz est ⁊ ꝓcedit ex eo odor spermatis
viri conuertitur ouum in conceptione.

¶ De cura clausure. Cap. ij.

c Curatio clausure est cū ferro nō cum
alio. ¶ Si ergo hec clausura appens
est: tūc modus est vt disrūpant̄ labia
vulue a clausura: ita vt ponat̄ sup vnūquodq̄
labiū pila ⁊ inuoluant̄ policeo pāno ⁊ tendant̄
labia donec disrūpant̄ ab eo qd̄ est inter ea: aut
inueris flōmo obtuso ⁊ finde siphac: ⁊ incide
carnem additaꝫ si est siphac paulatim: ita vt nō
remaneat de addita aliquid neq̄ sumas de ra-
dicali aliquid ⁊ illud fiat cum calib. ¶ Et dif-
ferentia quidem inter siphac ⁊ carnem est q̄ si-
phac non sanguinat: sed caro sanguinat: deinde
pone inter ambo labia lanam infusam in oleo ⁊
vino: ⁊ dimittat̄ tribus diebus: ⁊ admistra sup
eam aquā mellis si ea indiget: ⁊ administra de-
super vnguenta nutritiua cum cautela a consoli-
datione ⁊ glutinatione et constrictione ⁊ ꝓpter
illud qd̄ incisum est: est caro. Siphac ꝟo parū
suscipit cōsolidationē post scissuram. ¶ Qđ si
clausura fuerit profunda tūc modus est vt ꝑue-
niat ad ipsam vncinus: ⁊ si est siphac findat̄ scis
sione vna nō cū illa eq̄litate: nāꝫ forsitā coope
rit vesicam ⁊ alia: imo oportet vt caueātur alia
sicut vesica ⁊ incidatur si est caro paulatim. Et
adhereat incisioni lana infusa in vino pontico
stiptico: deinde post illud sedeat in aquis in qui
bus decocte sunt medicine mollificatiue. Po-
stea curetur cū vnguentis rectificātibus vlcera
lintīs ⁊ iniectis: deinde cum cōsolidatiuis. Et
cum apparet sanitas opꝫ vt assiduetur sup eam
coitus. ⁊ oportet vt caueātur apud hāc scissionē
⁊ incisionem due res. s. abbreuiatio in inciden-
do ⁊ in findendo quātitatē additam. illud eniꝫ
si est cōpositum est faciens possibilitatē conce-
ptionis apud coitum qui accidit cum ea: ⁊ diffi
cilem faciens partū: preparās fetum: ⁊ pregnā-
tem mori. ¶ Et caueat̄ iterū ne pertrāseat q̄nti
tatem additam ⁊ capiat de substātia mȓicis ali
quid quare aperitur matrix ⁊ doleat et incurrat
curez: et spasmum et egritudines perniciosas.
¶ Cū ergo feceris hoc oportebit vt abstineas
eam a frigore ⁊ non appropinques medicinam
frigidam actu omnino: imo oportet vt sint oēs
distillationes et iniectiones et suppositoria ex-
poliata frigore. ¶ De modo in administrā-
do hanc scissionem. Cap. iij.

p Reparetur mulieri sedes cordlumis
super quā sedeat cū pauco sustētacu-
lo ad posteriora. Cuꝫ ergo equentur

crura sua adherere faciat coxis suis: ⁊ adiūgat illa ꝗ vētri suo: ⁊ liget manus suas sub curuatura poplitū suoꝝ ⁊ ligeť ſm hāc formā fortiter: deinde medic⁹ admistret scissionē siphac: ⁊ incisionē carnis. ℂ Et qūq; idiget medic⁹ vt administret speculū: ⁊ ꝓpꝛie in eo qḋ est iter inficem cū ergo extēdiť siphac cū radijs ⁊ vicinis extēsione cū q̄ non cōpꝛimiť matrix ⁊ collū vesice: ⁊ siphac ei⁹ cōpressione nocente duo mēbꝛa in pmis cū manu ⁊ scḋo cū eo cui⁹ non excusatur ꝓcessio cū vtrisq; manib⁹ aduenit ei de acumine ferri. Et speculū qdē facit te videre illud qḋ arte efficias inde: ⁊ facit te cognoscere illud qḋ associať siphac subtil: ⁊ de mēbꝛis q̄ ꝑterierit hoc mēbꝛum .s. ex vesica ⁊ alijs. Qḋ si supfluit dimitte illud qḋ extēdisti vt redeat qḋ vehemē ti⁹ est in eo qḋ necēiuz est: deinde subleua siphac clausure cū subtilitate: deīde scinde ipm ſm obliquitatē vt nō ꝯsequať vesicā. Deinde ꝯsidera in pncipio cū scindis: ⁊ si egrediť san. pauc⁹ tūc penetra in opatione tua sine timore: ⁊ si multiplicať fluxus san. tūc finde paulatim vt nō accidāt sincopis ⁊ pulsus anhelu⁹. ℂ Et qūq; tibi est necēiuz vt dimittas instrm̄ incidēs qḋ noiať alcalib in ea vsq; in mane iuolutū in lana ligata in pāno: ⁊ cū fuerit mane cōsidereť in virtute eius. Et si fuerit fortis cureť itegra curatione: ⁊ si nō dimittať vsq; ad diē tertiū ⁊ remoueatur tūc instrm̄: ⁊ ꝯsidera dispōnē scissure cū digito ponēdo sub loco eius vt significetur tibi sūma quā necesse est te incidere post. ℂ Et cū solniť mulier ab eo qḋ curať opꝫ tunc vt sedeat in aq̄ in qua decocta sunt lenitiua cū est calida ⁊ ꝓprie cū appareat apostema. ℂ Et melius qdeꝫ est vt administreť sup eā vnguēta in calib prohibentia cōsolidationē: ⁊ melius est illud quod est concauum habens foramē vt egrediantur in eo superfluitates ⁊ vērositates. ℂ Et quādo incisio accipit carneꝫ naturalē tūc fortasse accidit cursus vrine qui non curatur.

ℂ De suspensione matricis. Cap. iiij.

q

Quandoq; accidit illud ꝓpter clausuram: ⁊ qūq; accidit ꝓpter apata calida ⁊ dura ⁊ cura eoꝝ est cura eius.

ℂ De augmento matricis ⁊ exitu ei⁹ ⁊ conuersione eius. Cap. v.

m

Matrix augmētať: aut exiit eā punitiua .s. ex casu: aut cursu vehementi: aut ipsa vociferatiōe qua ipsa vociferata est: aut sternutatiōe maxima: aut strepitu: aut vociferatiōe qua ipsa audiuit: q̄re terrefacta est aut percussione mollificante ligamēta matricis: aut ꝑp cām partus difficilis: aut part⁹ grauatiui: aut labore obstetricis in exbēdo fetū ⁊ secūdinā: aut exit⁹ fet⁹ subito: aut ꝑp humiditates mollificātes hūiditates: aut ꝑp putrefactiones accn̄tes ligamētis: ⁊ qūq; egreditur tota: ⁊ quādoq; cōuertitur ⁊ quandoq; eradicatur radix eius.

ℂ De accidentibus illius ⁊ signis. Cap. vi.

e

Accidit mulieri inde dolor in pectine magnus: ⁊ in cathi ⁊ dorso: ⁊ qūq; sunt cū hoc fe. ℂ Et accidūt ei multotiēs expssio ⁊ difficultas ꝓpterea: qꝛ matrix compꝛimit meat⁹ fecis ⁊ vrine. Et accidunt spasmus ⁊ tremor ⁊ timor sine causa. Et sentit rem rotūdā in pectine ⁊ sentit apud vuluam rē descendētem leuis tactus ⁊ ꝓpꝛie cum cōpleť conuersio. Egrediť enim qḋ intrinsecuꝫ eius est manifestū cum nō sentit foramen ei⁹ rotundum: ⁊ scitur qꝛ radix eius iam conuertiť ⁊ egreditur. Si aūt inuenis foramen ⁊ iā existit sicut est ⁊ nō conuersa tunc nō cadit nisi clausura: scias ergo illud.

ℂ De cura. Cap. vij.

n

Non speratur curatio nisi eius que recēs est in adolescētia: ⁊ īcipe in pmis a solutiōe nāe cū clystenbus ⁊ ꝓuoca vrinā cum diureticis: ⁊ cum expletū fuerit illud resupineť mulier: ⁊ aperiatur qḋ est inter crura sua ⁊ assume lanā ex vicetibus lenib⁹: ⁊ fac eā adherere matrici: deinde accipe aliā lanam ⁊ infunde eam succo acatie: aut vino in quo dissolutū sit aliquid stipticū: ⁊ pone super os matricis: ⁊ reduc cum facilitate ad interiora ita vt redeat lana tota ad anteriora: deinde accipe lanā aliam ⁊ infunde eam aceto ⁊ aqua: ⁊ pone eam super vuluā: ⁊ precipe mulieri vt iaceat super latus suum: ⁊ adiunet crura sua ⁊ seruet lanam vbi est preparata in ea ne cadat. ℂ Et pone vētosam super radicem sumitatis eius: ⁊ super dorsum ipsius. ℂ Et fac eam odorare odores bonos valde vt ascendat matrix causa earū ad superiora. ℂ Et caue ne appꝛoximare ei facias aliquid fetidum: q̄re fugiat matrix ad inferiora. ℂ Cūq; dico tertia affuerit permuta lanā eius ⁊ pone eam lanam infusam in vino in quo decocta sunt myrt⁹ ⁊ rosa ⁊ acatia ⁊ cortices granatoꝛuꝫ ⁊ alia ab istis: tepido. ℂ Et embꝛoca ex illo sup sumē eius ⁊ ipsi⁹ pectinem ⁊ administra super eā linimēta facta ex salicib ⁊ facta ex herba que nasciť super lapides cū sunt in aqua ⁊ facit lubꝛicare pedem: ⁊ facta ex lenib⁹ cum stipticis. Hoc .n. regimen qūq; sanat eaꝫ. ℂ Et fac eā sedere post illud in decoctione sqninān ⁊ myrti ⁊ rosaꝝ. ℂ Et opꝫ vt facias eā abstinere a salsis ⁊ sternutationem mouētibus ⁊ tussim ⁊ fac eam manere trāquillam ⁊ quietam.

ℂ De declinatione matricis ⁊ separatione eius. Cap. viij.

m

Matrici accidit quandoq; vt declinet ad vnam duarū partium matricis ⁊ remoueať os matricis ab oppōne ꝑ quā iniiciť ad ipaꝫ spma. ℂ Et qūq; est causa in eo durities vnius duarū partiū aut inspissatio ⁊ cōstrictio: quare diuersificanť duo latera in humiditate ⁊ mollificatione ⁊ siccitate ⁊ spasmo. ℂ Et qūq; est causa in eo repletio ⁊

vna venarū duarū partim ppie. ¶ Et qñq3 est cā in eo humores grossi viscosi in vna duarū ptium facientes illā. attrahit.n. sčdina ad ipsam: τ multotiēs accit ex eo puocatio mrícis. ¶ Et obstetrices quidē cognoscūt ptem declinatiōis per tactū cū digitis τ cognoscūt an sit a durítie aut a repletione cū facilitate τ tensione venaꝝ: τ duritiē carū τ necessitatē ei⁹ ad euandum.

¶ De cura. Cap.ix.

Portet ergo vt flobotomet spahe/na partis: cui opposita est pars declinatiōis si sentit repletio. ¶ Et si dicit obstetrix ꝙ vene in illa pte sunt tēse τ reple/te: τ illic est grossitudo τ illic est cōstrictio τ coadunatio: τ nō est illic grossitudo admistra lenitiua ex clysterib⁹ τ suppositorijs τ inunctionibus: τ admistra balneū: τ fac vt cibus bonus fiat. ¶ Et si fuerint illic huīditates euacua eas τ da ei in potu oleū de hierua τ administra etiā in suppositorijs. ¶ Et alr inunge mricem ei⁹ τ inijce in matricē eius oleū balsami τ alrazali τ silia. ¶ Et tunc forsitasse pole erit obstetrici vt intromittat digitos inunctos cū cerato aut adipe galline aut anatis: aut equet matricem τ tendat ad declinationē donec faciat cadere oppositum os matricis vulue.

¶ De apostemate calido in matrice. Cap.x.

Accidūt matrici quādoq3 apostemata calida: τ causa in eis est aut primitiua sicut pcussio: aut casus aut multitudo coitus: aut abortus: aut disruptio ex obstetrice cū recipit fetum. Et quādoq3 est causa in eis retentio mēstruoꝝ τ repletio τ multitudo humiditatis: aut inflatio inspissata que nō resoluitur. ¶ Et qñq3 fiunt pp eleuatiōnē spermatis. ¶ Et qñq3 fiunt in ore matricis: τ qñq3 in cōcauitate eius in quibusdā ptibus duoꝝ laterū τ ante τ retro. Et qđ de eis est deterius est illud qđ est cōe plurib⁹ ptib⁹: τ qñq3 fit dubellati: τ quādoq3 conuertit ad indurationem aut cancrū.

¶ De signis. Cap.xi.

Quandoq3 significant ipsum cōcauitas. stomacus enim communicat ei: quare dolet τ accidūt in eo tristitia τ angustia τ nausea τ singultus τ corrumpitur digestio τ appeti⁹ τ debilitatur. Et cerebrū cōmunicat ei: quare accidunt dolor capitis in sinciput: τ dolor in collo τ radice oculorum τ profunditate ipsorum cum grauitate τ descendit dolor donec cōsequatur extremitates τ digitos: τ duo focilia τ vtrūq3 crus τ suncturas cū mollificatione in eis: τ dolēt due partes dorsi: τ duo inguina τ pecten τ inflant. Et mirach iterum inflatur τ sentit in toto corpore grauitatē. ¶ Et accidit expressio τ difficultas ita vt nō sit ventositati meatus ad exeundū: τ illud fit ppter coartatiōnē apostematis: τ vbi coartat de meatibus plus illic fit sensibilitas vehementior. τ quādoq3 est expressio sine difficultate τ difficultas sine expressione. ¶ Et accidit in eo vt debilitet pulsus τ minoretur τ frequens fiat. ¶ Qđ si apa fuerit calidū erūt omnia accidētia ista vehementia cum febre inflammata τ cum horripilationib⁹ τ cum nigredine lingue: τ dolor fiet fortis τ pulsatio. τ multiplicabitur sudor in extremitatibus: τ quādoq3 pducit ad abscissionē vocis τ spasmū τ sincopim: τ significat partē apostematis locus pulsationis: τ cōsideratio uerū. s. an sit dolor in fumine: aut ad dorsum decliue aut ad vtrasq3 prudeo. ¶ Et quod est ppinquū ori matricis est vehemētius τ durius eo ꝙ est in concauitate. quoniā os matricis est neruosum τ est tangibile. ¶ Et illius qđ est in concauitate tact⁹ est difficilis. ¶ Et in qua cunq3 parte fit apostema declinat matrix ad cōtrariū illius τ fit difficilis somnus eius sup contrarium eius. τ fit difficilis motus localis τ eleuatio τ sessio τ incessio: τ consequitur egrā vt claudicet apud deambulationē. ¶ Et signū qđ conuertitur ad dubellati est vt sit dolor additus valde τ accidentia fiunt fortiora τ diuersificant fe. τ permiscentur τ inuenit tranquillitatem cū est fluxus ventris τ egressio vrine. ¶ Et signū collectionis cōplete est ꝙ sedatur fe. τ pulsatio: τ mouetur rigor. ¶ Et apostema quidē matricis: τ eius dubellati quādo sunt in ore matricis possibile est vt sanentur: τ si sunt pfunda nō est possibile vt sanentur.

¶ De cura apostematum calidoꝝ. Cap.xij.

Necessaria est in eis euacuatio san. cū adiuuāt sigillones famose: τ flobotomia lz conferat ad illud: est tamen in ipsa ꝙ retinet menstrua τ trahit san. ad superiora. Et flobotomia qdē saphene est vehemētiore cōmunitatis τ magis attrahēs san. ꝙ illa. ¶ Et melius quidē est vt puocētur mēstrua τ magis iuuatiuū: τ proprie ei in quo causa est retentio menstruoꝝ. ¶ Et retentio quidē in principio est vt flobotomet basilica. q̄re prohibebit effusionem materie. Deinde ꝯsequēter adhibeat flōmia saphene vt attrahat san. ad locum τ succurratur ei qđ fecit incurrere flōmia ex nocumēto basilice cōicāte ei. τ op3 vt fiat flobotomia pedibus eius ad superiora leuatis: τ ipsa iacens τ perueniat ad summū in extrahendo san. ¶ Et op3 vt phibeatur cibus τ minoretur in dieb⁹ primis vsq3 ad dies tres. ¶ Et prohibeatur aqua penitus τ pprie in die pmo: τ habitet in domo boni odoris: τ precipiat vt vigilet quantū pōt. ¶ Et vomitus vehemētis iuuamenti est ad illud. ¶ Et quādoq3 est tibi necessarium vt administres solutionē faciēs educēs humores. ¶ Et oportet vt sint in medicinis ei⁹ quod sedet nauseam τ minoretur cibus quando necessitas est: τ sedeat in pncipio in aqua dulci cōmixta cū oleo ros. bono τ embrocetur cū

stiptics ex aquis: deinde nõ fiat assiduatio sup eam cũ stiptico vt nõ induret apostema. ¶ Et de eis q̃rũ administratio est cõueniẽs in hac hora est papauer dissolutum cũ decoctiõe de quo fiat emplastrum cũ oleo omphacino aut oleo ros. aut oleo de pomis. Deinde festina cũ lenitiuis: q̃re fac embrocam ex vino et oleo ro. tepido: et suppone lanam infusam in aquis in quibus decocta sunt ea que sũt sicut malua et semẽ lini et althee et albarmel plurima cum medicinis stipticis: sicut arnoglossa et bliris. Et silr vnguẽtum factũ ex ouis et melliloto decocto in decoctione dissoluto. Et qñq3 ponit in eo oleum de croco et oleũ nardinũ: deinde fiat permutatio ad maturationem. ¶ Et ex eis que maturant ipm sunt dactili dissoluti in decoctione decocti cum sauich et oleo ros. et oleo de alcãna et ppria in statu suo. ¶ Et emplastra ex ysopo et adipe anseris et adipe vacce et medulla cerui et similibus. ¶ Et quãdo declinat egritudo curatio ei9 est tunc cũ resolutiuis puris vt sunt aqua sisimbrij et sansucus laurus et polipodiũ et similia de his que sciuisti. et ciba eam et cõforta et viuifica ipsam. ¶ Et quãdo ponunt super eam emplastra oportet vt nõ ligentur. ligatura enim nocet apostemati. ¶ In dubellati vero oportet vt occupetis in maturãdo ipsam: et si est ppinqua ori matricis et est possibilis sectio eius sm modũ regiminis clause fiat: intrinseca aũt cum possibile est vt consideret eius maturatio ex ipsamet: aut sufficit illud quod prouocat prouocatione subtili sicut lac et semen melonis cũ aliqua mucillaginũ: et eius eruptio ex ipsamet fiat. ¶ Et si possibilis est infrigidatio et resolutio tunc est melius. ¶ Et cum rũpit aldubellati tunc quandoq3 egreditur pus eius ex vulua: et oportet vt iuuetur ad mundificationẽ et resolutionem residuorum cum eis que sunt sicut vnguentum basilicon minus: et inijciatur in eam. ¶ Et quandoq3 egreditur ex vesica et tunc non oportet vt iuuamentum fiat in mundificatione eius cũ diureticis fortibus: quare effundatur materia alia ad vesicam et vincant et faciant aduenire vlcera vesice: imo subtiliteris in illo: et sis contentus illis que prouocãt subtiliter sicut lac et semen melonis cum aqua mucillaginum. ¶ Et forrasse egreditur ex via egestionis: et forrasse est necessarium vt rumpatur cũ medicinis dictis in dubellati matricis: et aliorum sicut sunt emplastra facta ex ficubus et sinapi et fimo columbino. Et post illud oportet vt mundificetur vlcus cũ eis que sunt sicut aqua mellis et iteretur illud multotiens dum inueniatur pus grossum. ¶ Cũq3 mundificatur curetur curatione vlcerũ. ¶ Et quando magnificantur accidentia in dubellati nõ est excusatio quin administrentur emplastra lenitiua facta ex farina ordei: et ex ficubus et fenugreco et semine lini et melliloto. et tunc q̃ sm

hũc modũ sunt. Et ops vt sucee res q̃s diximus in c. apostematum calidorum. et dubellati in c. alijs preter matricem: et compleas que hic abbreuiamus illic.

¶ De apate flegmatico in matrice. Ca. xiij.

a Postema flegmaticũ in mtice signisicationes apatis predicte que pendẽt cum grauitate et inflatiõe: sed nõ est cum dolore: de quo sit curandum. Et sit illic mollities extremitatũ et pectinis. ¶ Et est forma habentium hyposarcaz. ¶ Et curatio eius est curatio apostematum flegmaticoruz in viscerib9 ex eis que diximus in c. pluribus.

¶ De apostemate duro. Cap. xiiij.

a Significãt ipm apprehẽsio ei9 cũ tactu. Et q est illic difficultas ex parte vrine et fecis: aut vnius ambar. Dolore vero euẽtus minorat cũ eo dum nõ sit cancer: et sicut est res lenis. ¶ Et extenuatur cum eo corpus et debilitatur: et proprie crura. ¶ Et quandoq3 magnificatur venter et apostemantur pedes et extenuãtur crura. et accidit dispositio hydropisis: et ppie quãdo durities est sparsa: et qñq3 accidit ex eo hydropisis vera. Cum ergo nõ resoluit durities festinat ad cancrositatem. ¶ Et signũ q apa durum est cãcer aut sit cancer cũ quidẽ est vt appareat sensui est q apostema videt durũ non eq̃lis figure a quo procedunt sicut varices quod ledit tactus vehemens mali coloris et turbidi deductis ad rubedinem que est sicut rubedo fecis: et quãdoq3 trahit ad plumbeitatem et viriditatem: et cum non apparet significat ipsum grauitas. ¶ Et quod existimatur de lesione. et sentitur et communicãt in ipso pecten et duo emunctoria et due anche et inguina et peruenit lesio eius ad diaphragma et dorsum. ¶ Et multotiens accidit cum eo dolor in vtrisq3 oculis: et temporibus et frigus extremitatum: et quandoq3 est cum eo sudor plurimus. ¶ Et quandoq3 comitatur ipm pe. incipiens cũ lenitate. deinde acuitur et sit fortis cũ vehemẽtia doloris. Difficultas aũt vrine et ei9 guttatio et retẽtio stercoris ẽt aut vnius earũ sine alia est signũ in q̃ cõicat durities. Et flegmõ q̃dez si vlcerata est apparet pus non eq̃lem habens sordẽ: et est sordes sm plm mali coloris nigra et qñq3 est rubea et viridis et raro sit alba et currit ex eo humiditas acuta a mã virulenta perueniens ad viriditatez fetidam. Et quãdoq3 currit sanguis purus ppter illud qd accidit illi de corrosione ita vt existimet q illud sit mẽstrua. ¶ Et qñq3 currit res cũ qua sedat febris et sedatur dolor: et quandoq3 associantur ei signa apostematis calidi et non est ei curatio.

¶ De cura. Cap xv.

a Postema quidem durum oportet vt mediceatur et euacuetur cũ eo corpus humorib9 grossis et melãcolicis.

¶ Et administrent vnguentũ sicut diaquilon & basilicon & qđ fit ex bdellio & adipe anseris & medulla cerui & butyro omnium feꝛ ceratũ cũ oleo de lilio & alrazalꝛ: & narcisino & anetino & oleo camomellis & oleo de fenugreco & oleo de keiri: & oleo de alcanna & oleo de alacuhen: & fit cera eius cera citrina. & qñqꝫ ponit in eo vitellus oui. ¶ Et si necesse est vt sit fortius isto ponant in ipso casto: eũ & aloes & semegenũ & coagulũ leporis & ferũ & ireos & ruta & alacuben & crocus & glutẽ altbeꝛ: & gũma amigdalarũ. ¶ Et de vnguentis expꝛtis est vt infundant folia capparis i aqua donec leniãt: & terãt cũ eis caseus cũ aq̃ mellis: & fiat ex eis vnguẽtũ. ¶ Et administrent flores vitis cũ caseo & aq̃ mellis: & folia caulis & flos eius ꝯuenientia sunt apud me ad hoc. ¶ Et iterũ si supponãt sordes auris sicut dr ꝯsen. ¶ Et oꝫ vt sedeat in aq̃ in qbus sunt virtutes lenientiũ: & fiat emplm̃ cum folijs altee recentibus ꝯtritis cũ gũma amigdalarũ & adipe anseris & empla fcã ex sansuco & mellilo to & fenugreco & camomilla & altea. ¶ Cãcer ꝯo oꝫ vt medicet cũ medicatõib' cũ qbus sunt vnguẽta sedãna & humectatõe corpis & eũone sanguis ex basilica assidue & saphena post ipsaꝫ in qbusdã hoꝛis & eductõe melie: & solõne ventris: & vnguẽto arasil est ꝓprietas in eo mirabilis vt sedet doloꝛẽ eius. ¶ Et qñ fortioꝛ fit doloꝛ intende & expure in sedatõe doloris medicinas calidas & frĩas simul: & sic ꝯtentus ꝯuenientis tribus carñ & ꝓprie ad vlceratũ. ¶ Calide itaqꝫ sedantes doloꝛẽ sunt sicut decoctio fenugreci & milie: & cerant feñ ex fece olei & dimissũ in vase aereis vt sumat de floꝛe eius parũ cũ cera citrina: & deforis liniat. ¶ Et frĩe sunt empla fcã de papauere cũ coriãdro & solatro: & oleo ro. & albumine oui: & ex eo qđ resoluit ex plũbo adinuicẽ fricato cũ aqua coriandri. ¶ Et iteꝫ decoctio lentium sumã & clisterizetur cum ea. ¶ Et iterum lac asine & succus arnoglosse cõiunctim & sigillatim. ¶ Et quando aduenit ex vlceratione fluxus sanguinis administretur vnguentum fluxus sanguinis.

¶ De prefocatione matricis. Cap. xvi.

Hec egritudo filia est epilepsie & sincopi cuius initiũ est ex mrice: & puenit ad cõtrarẽ forẽ cordis & cerebri mediatione velaminis & retis & venarũ pulsantium & quietarum. ¶ Quidam vero sapientum medicorum dixerunt ꝙ non cognoscatur causa prefocationis. ¶ Verum causa in ipsa cum cõprehendit est ꝙ accit retentio menstruoꝝ aut spmatis in adolescẽtib' & viris potẽtibus in hmis cũ sint viri potẽtes & ꝟginibus & viduis. ¶ Et i fit ꝯuersio eius qđ retinet inde ad frigus fm plm̃: & ꝓprie cũ accit vt in radice sit frm̃: & addit et spissitudo & soliditas frigus aut ad frigus putrefactionẽ: & ẽ parũ. ¶ Et eo grosscit et soliditate eius ad qđ declinãt in sua cõplõne. ¶ Cũ ergo inspissat vnũ hoꝝ duorũ ante menstrua corrũpit corruptõe pdcã & declinat ad nãm vẽtosam. ¶ Et accñt due spẽs egritudinis: quarũ vna est egritudo officialis que in hmis ꝯseqt mricẽ: quare spasmat & ꝯtrahit in pꝛimis ad superioꝛa: aut ante & retro: aut ad latus dextrũ & sinistrũ fm obediẽtiã mãe retẽte in venis: & non inuenit meatuꝫ: imo dilatat venas & spasmat eas cũ dilatatõe quare doloꝛẽ facit. & qñqꝫ spargit in suba mricis & igrossat eã. deinde ꝯtrahit eã. aut nõ spargit i ipsa: imo apat ipsaꝫ deinde corrugat ipsaꝫ: quare addit malitia aut ꝓuocat sup ipm menstrua alia: quare nõ inueniẽtia cursum pducit ad nocumẽtũ in mẽbris pncipalib' vltra nocumẽtũ plm̃. ¶ Et qñqꝫ ꝯtrahit eã apatis aut malitia cõplõnis in hmis: & qñqꝫ antecedit ꝯtrio eã apatis aut malitie cõplõnis exsiccantis: qre ãtecedit opilõ oris mricis & orificioꝝ venarũ: deĩde accit retentio. & sit due declinatõeꝫ ad latera. ¶ Et scđa est egritudo mãlis cũ eo qđ facit ꝓcedere mãm retentã ad duo mẽbra pncipalia ex vapoꝛe malo venenoso: qre accit eis sicut epilepsia & sincopis. & qñ hec egritudo est fortioꝛ sincopi pura tunc antecedit sincopis sicut debilitas antecedit soꝛtius. ¶ Et que ex eis est mẽstrualis magis salua est ꝙ spmatica. Spma.n. ꝙuis sit eius gñatio a san. & ꝓprie in mulieribus ante ꝯuersionẽ: tñ est magis susceptibile ꝯuersiõis male ꝙ sanguis sicut lac gñatũ a san. susceptibilius est ꝯuersionis ꝙ san. ¶ Et qñqꝫ accñt huic egritudini piodi: & multotiens accit in autũno. et qñqꝫ sunt periodi eius tardi. ¶ Et qñqꝫ accit oi die et frequentia eius est pua: quare nõ accit hmõi apud pñũ cũ motus ille sit laborlosus: qm̃ motus matricis tunc est silis ex oibus diametris: et est gradatiuꝫ et nõ subitus: et est ad inferioꝛa et est opõ nãe: et in ipso non ꝓcedit vapoꝛ venenosus ad mẽbra pncipalia. ¶ Et deterioꝛ pfocatio mricis ẽ illa que destruit anhelitũ in eo qđ apparet ꝙ ĩnꝫ necessarius sit aliqs anhelitus. et forsasse apparet in eo qđ est sicut lana carminata suspensa coraꝫ anhelante: et destruit & sensum et motũ et assimilat morti: & plm̃ illius est cã spermatis: et cã eius qđ de eo feñ est: et sequit eam in difficultate illa que anhelitũ destruit. Sed lenioꝛ ea et minor est i gradu tertio que facit accidere spasmũ et tetanum et sincopim sine nocumento in ratione et sensu.

¶ De signis. Cap. xvij.

Quando appꝛoxinquat periodus huiusmodi egritudinis accidit oisma et difficultas anhelitus et pulsus cordis: et doloꝛ capitis. et vt loquatur sensus et debilitas discernẽdi: et ꝯbilitas et pigritia et debilitas i cruribꝰ et citrinitas coloris et alteratio eius cũ puitate fixiõis sup dispõnẽ suam.

¶ Et q̃nq; accidit ex putrefactiõe calidi vapo-ris sitis. ¶ Et q̃n addit̃ in ea accñt suberb & g-mitus rõnis & rubedo faciei & oculi & labij. & egrediunt̃ ad exteriora. & q̃nq; claudit oculos & non aperit eos & debilitat̃ anhelitus valde. De inde abscinditur fm plm. ¶ Et imaginat̃ eger quasi aliqd eleuet̃ ex pectine eius & accit stridor dentiũ: & pcussio eoꝝ & motus inuoluntarij ꝑpter corruptionẽ lacertoꝝ. & alterat̃ dispõ eius & ab-scindit̃ loquela. & difficilis fit itellectus eius qd loquit̃. ¶ Deinde accñt p̃cipue ex ea que sper-matica est syncopis & abscissio vocis & attractio cruriũ ad supiora: & apparet sup corpus ros nõ cõis imo puus. ¶ Et q̃nq; resoluit̃ ad vomitũ flegmaticũ purũ & dolorẽ capitis & dolorẽ ge-niculi & dolorẽ dorsi: & ad rugitũ & ad expulsio-nem humiditatis ex mifice. ¶ Et q̃nq; pducit ad peripleumoniã & ad sinanciũ & apata dorsi & pectoris. ¶ Et pulsus fit in ea in prima tensus spasmosus rarus: deinde fit frequens absq; or-dine & ꝑprie apud casum virtutis & ꝑpinquita-tem mortis. ¶ Et fit vrina silis loture carnis: aut fit sanguinea rubea. ¶ Et menstrualẽ qdẽ sigt retentio menstruoꝝ: & spermaticã significat elongatio spatij a coitu cum desiderio & castita-te. ¶ Et menstrualẽ q̃nq; ꝯsequit̃ exuberatio la-ctis & corpus est grauius & sensus debiliores: & dolores oculoruʒ & colli & fe. Et accñtia que se-quunt̃ retentionẽ menstruoꝝ p̃dicta sunt mani-festiora. ¶ Et cũ hoc humoris dñantis in san. apparet dñiũ & malitia sicut melici: ipse.n. facit accidere alienationẽ per cõitatẽ cerebri & synco-pim: & forte per cõitatẽ cordis: & destruit anhe-litum per cõitatẽ amboꝝ simul & per cõitatem diaphragmatis. ¶ Et flegmaticus est grauior & quietiora hʒ accñã. ¶ Et colericus ẽ acutior & magis incolumis. ¶ Spmatica vero incipit cum nocumento anhelitus & magnificat̃ timor in ea magis q̃ in mẽstruali. reliqua vero accñã non apparent in ea. ¶ Et multotiẽs qdẽ accit ex hoc q̃ obstetrix tãgit mficẽ eius spasmosã & cõmotio: & desideriũ: quare descendit sperma grossium & sanatur. ¶ Et q̃nq; expellit̃ illud ex obuiatiõe simpsius & inuenit requiẽ. ¶ Et ipsa fit silis epilepsie in plibus iudicijs in hoc q̃ su-bito accit: tñ inter ipsaʒ & epilepsiã distinguit re-tentio eiꝰ qd eleuat̃ ex mfice & pectine: & q̃ rõ non minorat̃ valde & semp. imo in dispõibus vehementibus valde. ¶ Et q̃n euadit p̃focata narrat plm eius qd fuit i ea nisi sit maxima imo-derata. ¶ Et spuma non currit sicut est cursus eius in epilepsia difficili ex cerebro & si currit se-dat egritudinẽ statim & non indiget qd ab ea ex-cuset & redeamus ad illud qd in õstrauimus in ea. epilepsie de dr̃ia. ¶ Dr̃ia vero inter ipsam & apoplexiã est manifestior & quia non cum sen-sus destruat̃ in ea fm plm integre & nõ fit gemi-tus. ¶ Dr̃ia vero inter ipsam & lethargiaʒ est q̃ cum ea non est fe. neq; pulsus est plenus vn-dosus: & principium doloris eius in capite: & est color diuersus alteratus: & in lethargia est si-tus fm dispositionem vnam.

¶ De cura. Cap. xviij.

1 Elius qdem esse cuiꝰ cã est retentio menstruoꝝ: oʒ vt regat̃ si non est illic albedo supflua: & cã retentionis non est multitudo humiditatis viscose cũ flõia ex basilica & ex saphena: addendo in omni dispõne ex administratiõe ꝓuocantiũ mẽstrua: & ꝑprie suppositoriũ acutoꝝ mordicantiũ orɡ-nificis & sunt sicut cordumeni & piper. ¶ Eu-forbium vero est valde forte in hoc faciens de-scendere menstrua statim. ¶ Et cõmotio oris mficis & ptium vulue eius est ꝯferens ei siue re-tentio fit menstrualis siue spermatica ipsa.n. fa-cit declinare matricẽ ad inferiora & ad equalita-tem. & preparat mẽstrua ad ꝓuocationẽ. ¶ Et galla qdem est mirabilis in hoc. ¶ Et nunc ex diureticis iuuatiue sunt. & ꝑprie que fiunt ex lxei-sin & fenugreco & semine lini & sansuco abrotano. ¶ Et aque thermarum vtiles sunt eis iterum. ¶ Et oʒ vt fiat flõmia ex basilica ptis que seqt̃ declinationẽ matricis. Si aũt non declinat ad latus: imo ꝯ̃ϐitur ad superiora: tũc ibi super est vt flõmes quãcunq; duarum vis aut ambas. ¶ Qñ si senseris humiditates plurimas tunc administra euacuantia eas sicut est hiera ruffi & theodoricon. ¶ Et iterum cum tu flõmaueris & euacuaueris san. fortasse necessarium erit tibi post septimũ soluere ventrem cum hiera diacol-loquintidos: & hierapigra. & q̃nq; erit necessa-rium vt iteres hoc super eam. ¶ Et fortasse erit tibi necessariũ vt euacues & in potu tribuas pil-lulas de rapña: & pillulas fetidas: deinde ponas ventosas post tres dies super dorsuʒ & mirach. & q̃nq; super coxas & inguina. & subtilia regi-men. & calefac inferiora cum fricatione & vapo-rationibus & vnctionibus. ¶ Deinde da ei in potu qd sit sicut castoreum & myrrha cum aqua mellis & saggenea: & diamarte: & diapipercon: & diaciminũ: & serapinũ cuʒ aqua anisi: aut aqua faseoloꝝ rubeorũ. ¶ Et garofili iuuatiui sunt iterum. ¶ Et de potionibus bonis est vt suma-tur catuni quantitas galle & detur in potu cuʒ aqua ruthe: aut aqua decoctiõis agnicasti. ¶ Et agaricum est valde bonuʒ in hac egritudine q̃n potatur cum vino. ¶ Et castoreum q̃nq; sanat integre. & silr blacte bizantie. & silr squilla: aut ace-tum eius cum sorbetur: aut oximel eius aceto-sum. ¶ Alsosir vero cum ex eo in potu sumitur est in eo sanitas. ¶ Et iterum detur in potu de eo pondus ʒ.ij. aldeci in vino forti & potus olei de keruá est valde iuuatiuus. ¶ Et iterũ sumat in potu succum foliorum agnicasti cum vino & oleo. ¶ Et iteruʒ sumatur pondus ʒ.i. opopo-naci & terria ʒ.i. castorei: detur in potu cum vi-

no: est.n. lunarium valde diureticu3. ¶ Et de emplastris ⁊ vaporationibus quecun3 subtiliat san. ⁊ faciunt cum colericum. ¶ Et de supposi torijs bonis est sag3enee cum oleo de lilio quã titas auellane ⁊ suppone collyrium ex aldeci cũ vino. ¶ Et iterum sumant storacis liquide vir iij. piperis thuris ambor. añ. vn. i. adipis ana/ tis. vn. iiij. se. vrtice. vn. iiij. fiat ex eis licinium ⁊ supponatur. ¶ Et iterum administret ex cliste ribus ⁊ collyrijs factis ex eis que calefaciunt ⁊ prouocant ⁊ soluunt ventrem. ¶ Si aũt cã eius est retentio spermatis: tunc op3 vt nuptui trada tur ⁊ vs3 ad illam horam: op3 vt vtatur exerci tio ⁊ exiccatiuis spermatis sicut ruba ⁊ cala/ mento ⁊ se. almaru ⁊ electuario diacimino cum eis que sunt sicut decoctio de radicibus. ¶ Et op3 vt intromittat obstetrix manus suas in vul/ uam eius inictas oleo de lilio: aut nardino: aut laurino: ⁊ commoueat portam vulue ⁊ portã ma tricis motione plurima leui. ⁊ necessarium est vt associetur ei cum delectatiõe dolor ⁊ sit sicut est dispõ coitus. Ipsa.n. fortasse expellet spma factum ⁊ sanabitur. ¶ Et silr cum supponunt res mordicatiue commotionẽ facientes sicut sag 3enea cum oleo laurino ⁊ sicut.33. ⁊ piper ⁊ cor dumeni sunt mirabiles i hoc. ¶ Et caue in hu iusmodi dispõne flõmiã: imo administra in hac diuisione que excitant caliditatẽ. ⁊ cura curatio ne syncopis. ¶ Et confert ad illud ⁊ accidentia eius mala confectio noiata confectio iuuamen/ ti: qm iuuamentum eius est mirabile vehemẽs. ¶ Et sag3enea ⁊ mitridatum ⁊ medicamen de musco ⁊ tyriaca. ¶ Et si. timet de medicamine musci ⁊ mitridato cõsuis sit in eis cõmotio sper matis tamen confortatio eorum quã faciũt cor di ⁊ nãe ad expellendũ resistit illi ⁊ vincit ipm: ⁊ serapinũ ⁊ gariofili mirabilia sunt etiam.

¶ De regimine eius cum cõmouet. Cap. xix.

Oportet vt fundat super caput oleu3 odoriferum confortatiuu3 calefactu3 valde sicut oleum nardinu3: aut oleũ de ben. ¶ Et incipe ad faciendã cõ motionem predictam ⁊ proprie cum facienti/ bus pruritum mordicatiuum. ¶ Et supponã/ tur collyria predicta prouocatiua: ⁊ supposito/ ria trahentia matricem ad inferiora sicut galia: ⁊ olea odorifera sicut oleum de ben ⁊ sambaci num ⁊ sicut oleum albacuben ⁊ oleum de folio ⁊ reliqua olea odorifera acuta ad que declinat matrix: ⁊ cum hoc est in eis subtiliatio ⁊ prouo/ catio. ¶ Et similiter suffumiga eam subtus cũ musco ⁊ xiloaloe: ⁊ suffumiga eam cum musco contrito super lapides ignitos. Et laue vel lici/ nia cum coloe ⁊ algalia. ¶ Et tene anhelitum eius ⁊ nares ipsius. ¶ Et moue ad vomitum cum pena intromissa in gutture eius: ipsa.n. in/ uenit cum vomitu requiem ⁊ leuitatem. ¶ Et fac eam sternutare: ⁊ fac eam odorare fetida.

¶ Et fac adherere inferioribus eius ventosas plurimas attrahentes san. ⁊ matricem ad infe/ riora proprie super emunctoria ⁊ coxas: aut su per illud quod est contrarium parti declinatio nis: si fuerit declinatio vt attrahatur matrix ⁊ san. ad inferiora. ¶ Et frica pedes eius fortiter ¶ Et fac adherere anchas eius ⁊ pectinẽ ipsi⁹. ⁊ coxas ⁊ crura ⁊ stringe eas ligando a superio ribus ad inferiora. ¶ Et suffumigetur cum as que sunt sicut oleum alrazalt: ⁊ medicine cali/ de rubificantes in quibus sit qd sit sicut eufor/ bium. ⁊ suppone ano eius sicut ea que resoluunt ventositatem ⁊ lini stomacum iterum cum eis ⁊ voca eam ⁊ cõmoue. ¶ Cum ergo fiunt ei oia illa ⁊ nõ redit ei anhelit⁹ ei⁹ tũc neccñ ẽ vt effun datur oleum feruens super caput eius. Aut cau terizetur synciput eius si non fuerit excusatio in de. ¶ Et quandoq3 euadit cum flobotomia.

¶ Et caue ne eis des in potu vinum: quoniã aqua est ei conuenientior: ⁊ carnes grossas ⁊ ea que addunt in carne ⁊ spermate.

¶ De emorroydibus ⁊ bothor ⁊ moro que apparent in matrice ⁊ clauo. Cap. xx.

Quandoq3 eueniunt in matrice emor roydes ⁊ accidit qñq3 in ea sicut mo rum sicut dictũ est in masculis. ¶ Et quandoq3 apparent sup eam bothor diuerse quare quedam dicuntur albasce: quo/ niam sunt similes capitibus albasce: ⁊ quãdoq3 sunt albe. ¶ Et quandoq3 apparent super eam bothor vt verruce: aut claui successione raga/ diarum et successione apostematum durorum. ¶ Et non est possibile vt sanentur emorroydes nisi que ex eis sunt extra matricem. ¶ Et parũ sanantur facte in pfundo. ¶ Et quandoq3 se/ quitur illam cuius menstrua retinentur appa/ ritio emorroydaru3 in ano suo et in eo qd appa ret de matrice sua. nam speratur q aperiantur et mundificent: et fit cum eis securitas ab egri/ tudinibus difficilibus quas facit retentio men struoru3. ¶ Et possibile est vt appareant emor roydes et similia illis in speculo cui opponitur vulua fm modum quem diximus in.c. ragadia rum. ¶ Et cum imprimuntur in speculo non euacuantur quin aut appareãt in hora doloris et est hora retentionis menstruorum eius: et vi deant rubee dure: aut in hora quietis et videan tur detumefacte: et illud est apud cursum eius quod currit ex eis de re nigra sicut fex.

¶ De curationibus emorroydarum. Cap. xxi.

Si emorroydes non dolent nisi p pter vehementiam inflationis earu3 et soliditatis earum: quare oportet vt liniantur et preparent ad currendũ. ¶ Quod si non iuuant per hoc et emorroydes non sunt late ample non est excusatio quin ad/ ministretur ferrum fm modum quẽ diximus in administratione emorroydarũ ani cũ caliditas

doto. et illud est cum sunt extra matricē. ℭ Cū ergo inciduntur ponantur sup incisurā atramentū et alumen et cortex thuris: et que sunt similia illis. ℭ Cūqꝫ voluntas est vt fiat illud intromittatur mulier in domo frā et incidatur illud ex ea i ipsa: et precipiatur ei vt subleuet pedes suos ad parietē duabus horis: et faciat adherere dorso suo: et pectini et macerie sue panos ifusos aquis stipticis infrātos niue. ℭ Et si forsan sanguis nō abscindatur tūc pone sup pectinē et sup dorsum et que sequuntur ipm ventosas adherentes: et suppone lanā infusam in aqua decoctōis stipticorum in qua sit dissoluta acacia et hypoquistidos et litiū et similia. Et fiat vt sedeat in aquis stipticis. ℭ Et si fuerit emorroydes late ample: tunc nō labores ad incidendū eas: sed administra sup eas exiccatiua fortiter retinētia sanguinē sicut sunt pāni infusi succo berberis: aut acetose: sup qđ puluerizata sint litiū et acacia et similia: et ligentur extrema eius cum strictura et precipue vt dormiant fm figuras seruantē illud qđ suppositū est: et rege eam regie fluxus san. supflui. ℭ Et de lenificatiōe carū est vt sedeat mulier in aquis qbus decocta sunt lenificantia sicut altea et camomilla et fenugrecum et se. lini. et mellilotū. ℭ Et administra sup eas ex oleis sicut oleū de pice et de lilio et oleum de mellīloto. ℭ Sedeat hūs eas in decoctiōe fenugreci et lenificantiū cum aliquo oleo. ℭ Et supponatur pessaria fcā ex ysopo et nitro et resina.

ℭ De carne addita et lōgitudine allabie et apparitiōe sicut virga et rei noiate fursus. Cap.xxij.

Qandoqꝫ orit in ore mřicis caro addita. et qñqꝫ apparet sup mulierē res que est sicut virga cōmouens sub coitu. ℭ Et qñqꝫ aduenit ei vt faciat cū mulieribus sicut qđ fit eis cum qbus coit. et qñqꝫ est illud batarū magnū. ℭ Et fursus qdem est caro addita orta in ore mřicis que qñqꝫ plongatur: et qñqꝫ abbreuiatur et non plongatur nisi in estate et abbreuiatur in hyeme. et summa quidem medicorum testificatur illud sicut Archigenes et G. et negat illud Hyppocrates medicus.

ℭ De cura. Cap.xxiij.

Vrige quidem et albattara curatio est incisio post conuersionem eius super ceruicem suam. ℭ Et retine ventrem eius: et incidatur illud ex profundo et ex radice: vt non accidat fluxus san. ℭ Carnem vero aliam fortasse: possibile est curare cum medicinis corrodentibus carnem de illis que administrantur in capitulo suo. ℭ Et fortasse non est excusatio quin incidatur et tunc currit cursu emorroydarum. ℭ Et fursus quidem ligatur cum filo ligatura stricta et dimittitur duobus diebus aut tribus: et fortasse minuitur dimissio eius ita donec putrefiat et incidatur vt nō noceatur cursus san.

ℭ De aqua in matrice. Cap.xxiiij.

Qandoqꝫ aggregatur in matricibus mulierum aqua et prouocatur ea.

ℭ De signis. Cap.xxv.

Signa sunt qꝫ antecedit retentio menstruorum: et multiplicatur rugitus in ventre proprie cum mouetur. Et ambulat: et accidit in iferioribus ventris aqua molle. ℭ Et quādoqꝫ fit sicut hydropica et multiplicatur cursus humiditatis aquose. ℭ Et qñqꝫ estimat qꝫ sit pgnās. et qñqꝫ ē vulua eius in hoc vt procedat ab ea aqua plurima subito.

ℭ De cura. Cap.xxvi.

Curatio eius est vt administretur flomia si indiget ea: et exercitiū. ℭ Et vt faciāt eam sedere in rebus prouocātibus aquositatē fortis prouocationis et res que administrātur in emplis hydropisis donec maturet. ℭ Deinde approximentur ei prouocantia menstrua cum fortitudine: et dentur in potu prouocantia vrinam. ℭ Et non est malū si clisterizetur clisteribus hydropicorum et cum collyrijs prouocantibus aquam et menstrua. Et suppositio ellebori albi cōfert ei et extrahit aquā plurimam.

ℭ De inflatione in matrice et cognitione eius. Capitulum. xxvij.

Qandoqꝫ est ei prima in hoc vt eueniant inflatio et ventositas in matrice percussio aut casus et sicut illud quare debilitatur cōplō eius. ℭ Et qñqꝫ est difficultas partus et cōuersio oris mřicis: aut frigus facit ei superuenire opilōnē opilando os mřicis coartando ventositatē in vacuitate eius aut in vacuitate villorū ipsius: aut in angulis eius. ℭ Et illa que est in vacuitate est debilior: deinde que est in angulis: postea que est in concauitate. ℭ Qñqꝫ fit fortis virtus retentionis ventositatis in matrice et villis eius vsqꝫquo consequitur dolor extensus ad pectinem et dilatatur in inguinibus et eleuatur vsqꝫ ad coxas et vsqꝫ ad diapragma et stomacū. et vocem sicut est vox tympani et hydropisis tympanitis. ℭ Et quandoqꝫ est permutabilis et associantur ei pulsio et pulsatio et punctio et punctura quam vaporationes cum virtutibus caliditatis sedant et redit cū reditu frigoris. et compressio permutat eam in rugitu et augmentatur cum ea pectenis et fortasse remanet hec ventositas spatio vite. ℭ Et existimant quidam qꝫ dominium matricis super sperma resoluit hanc ventositatem quasi non sit.

ℭ De cura. Cap.xxviij.

Confert ad illud potus longodion et sagzenea in aqua radicum et se. post euacuationem materiei facientis illud a corpore et a matrice cum eis que sunt sicut hierapigra proprie. ℭ Et si chronica sit egritudo tunc cum eis q sunt sicut hiera archigenis. ℭ Et oleum al hzelengi imitatiuā

est valde ad hoc. ¶ Et quãqz supponunt collyria ex eis que sunt sicut bdellium et xilobalsamum et se. eius cũ oleo nardino et oleo de ruta. ¶ Et quãqz embrocat cũ oleo de ruta et oleo anetino. ¶ Et quãqz ponunt super inficem emplã facta ex eis que sunt sicut ruta: et se. agnicasti et cyminum et centaurea et alberenge sis. et sansucus et anisum et calamentum et cassia et ameos et reliq̃ semina. ¶ Et quãqz fit vt sedeat in aquis in quibus decocte sunt medicine amplor pdictorũ. et quãqz fiunt cum spẽbus calidis. et quãqz apponũtur pectini et matrici ventose cum igne.

¶ De vẽtositate inficis nõ inflãte. Ca. xxix.

Entit hõs eã q̃si sit res in ea inuoluta suspẽsa et videt sepationem doloris permutari. ¶ De cura. Cap. xxx.

Cura est vt sumat omni die. ʒ. i. et ʒ. de dyamarte cum. ʒ. i. cymini et sexta. ʒ. vnius masticis.

¶ Fen. xxij. de egritudinib⁹ in extremitate mẽbrorum: que est duo tractatus.

¶ Tractatus. i. de eo quod accidit eis de nocumentis quantitatis et situs.

¶ De forma zirbi et duor siphac. Cap. i.

Oportet vt scias q̃ sup ventrem post cutẽ sũt duo pãniculi quorũ vn⁹ noiat siphac et cõprehẽdit intestina et calefacit ea sua spissitudine et vnctuositate: et cõprehẽdit lacertos: et scdõ est iterior et noiat berit̃eron et noiat rõi duo: qsi q̃ singularis sit ab eo qd̃ tegit ipm est sicut spa sup quã sũt sime et addinẽces molles et foramia: et pinuat desup velamini. et pcessio ei⁹ ẽ ex supino et ẽ sub illis sub cute vẽtris et pãniculo ei⁹. et adherẽt ei duo ex lacertis vẽtris dexter et sinister adherentia vehemẽti. ¶ Deinde pinuat post eos ambos velamini i pub⁹ eius carnosis pinuatione vniuõis post pinuationẽ suam cũ stõ post pfirmationẽ et soliditatẽ sube eius et illa cõtinuatio est pinuatio dilatata. ¶ Uerum ipsa cũ continuat epi est subtilis valde. et est ei in eleuatione sua ad stõm et in reflexione sua descẽdendo ab eo firmitudo cũ opposiũõe venar et arteriarũ magnar suspẽsar cũ eo et descendit subtus et fit zirbũ. ¶ Et currit sup pẽm alberiterõ ab iferiori oesubtilib⁹ lacertis dilatatis sup ventrẽ tunica vna: et forsitan existiat q̃ sit pe eius pp continuationẽ ei⁹ et silitudinẽ suã cũ eo in neruositate. Cum ergo singularis sit ab eo alberiterõ est subtilis texture valde et ille est alberiton vine et subtili⁹ eius et puri⁹ ipsius est apud epiglotalẽ et oitũ pãniculi itimieci et costar ex hoc pãniculo. Et iuuamẽtũ hmõi siphac est reple qd̃ est iter lacertos vẽtris et itestina et stringẽ locum et phibẽ supfluitates ne cadãt in locis vacuis cũ adiutorio diaphragmatis qd̃ est posteri⁹: et cõprimẽ posteri⁹ itestina et viscera euanua supflui tates cum prima sunt ad expelledũ qd̃ est in eis de fece et aq̃ hydropisis et vanis et phibere inflationẽ vehementẽ: et ligat viscera ligamento forti: et est in dorso sicut res vna et lacertis oẽs posterius sup carnẽ glãdosaz q̃si substratam eis et ventis magnis et meatib⁹ pinuatis iter itestina et stõm. ¶ Quidã vo dñt nõ prãsir vt dicat q̃ in siphac sint gña villor cõtextorũ frm partes noias villor q̃ sunt insira pcuti trũ nãlis. Et istis qd̃ nõ est pole vt dicãt illud in tunicis venar et vesice et inficis nisi de aliq̃ pãniculor imo est corp⁹ singulare: et illa duo velamina tamina sunt viscerũ cõcauitatis iferioris. Cũq̃ puenũt ad pectinẽ sũt in eis duo foramina stricta q̃si ipsa ambo sint per que trãsit lũbare a dextris et sinistra in eis isepabilia donec fiant sicut due ciste duor ouorum. ¶ Et sub duob⁹ velaminib⁹: est zirbũ. zirbũ qd̃ ẽ cõpositũ ex duob⁹ pãniculis: quor vn⁹ coopit aliũ iter q̃s sunt arterie plime et vene pauciores eis. et figura ei⁹ ẽ sicut cistis: et ligatũ cũ stõ et mesaraicis et cũ colon. et eius pcessio est ex eo qd̃ descẽdit ex superfluitate beruceron apud stõm et duodenuz et eo quod ascẽdit ex super fluitate eius et apud pectinem. Primũ ergo qd̃ occurrit de ventre est cutis. Deinde sub ipsa est panniculus primus et noiat aggregatio eor mirach: deinde sunt lacerti. ¶ Postea beruceron: deinde zirbum: deinde intestina.

¶ De ruptura et his q̃ assimilant ei. Cap. ij.

Ruptura fit p solonẽ pãniculi a singularitate sua et casum hiiture in eo quẽ penetrat corp⁹ qd̃ fuit cõprehẽsuz in eo ante scissurã: aut pp̃ter dilatationez stricture in meatu: aut solutionez. Et cũ accidit illud taliter q̃ quãdo incedit penetrãs puenit ad testiculos noiat ramex et hernia qd̃ autẽ est pter h̃ noiat noie cõtratis hernia testiculi et varices eius et duritiẽs ipsius. Et duritiẽs qdẽ folliculi testiculorum cadit in zirbo. ¶ Accidit eni quãdoq; vt dilatent duo foramina predicta pp debilitatem eor: aut dirumpat et egrediat qd̃ sequitur eadem humiditate glutinosa: aut humorosã: aut mollificatiua aut pp̃ter adiutoriũ ex percussione: aut motu: aut casu: aut retẽtione spermatis moti: et prohibiti ab expulsione aut ascẽsione mulieris sup virũ: aut labore anhelit⁹ in coitu. et pp̃ter sup replõnẽ: et fit coitus sup nauseatiuã sacietatẽ et aggregationẽ vẽtositatis et egestionis in vẽtre: quare descendit aut zirbũ: aut velamẽ et intestina: et pp̃ter monoculũ. q̃si est solutuz nõ ligatũ: aut hũiditates que effũdunt ad extra expulsionẽ nãe. aut gñantur apud eos pp̃ter frig⁹ ipsor et pũersionẽ san. ad aq̃sitatẽ. et fortasse accit ei pãniculus. porus. et quãqz est pp̃ter hũiditatẽ sanguineã et feculẽtã vbi est cã ei⁹ pcussio: aut casus aut vẽtositas inflatiua. ¶ Et quãqz confert curatio cum ferro.

¶ Et quandoq3 nascit illic caro addita ⁊ qñq3 ingrossatur osseū aut iduratur ex aq̄te aut pinguedine q̄re assimilant ramici ⁊ nominant hernia carnis. ⁊ qñq3 simul in inguinibus. ¶ Et qñq3 inflātur vene eius ⁊ nominat hernia varicosa. Et qñq3 mollificat mollificatione vehemēti absq3 ruptura: q̄re plongatur ⁊ assimilat herniie itez. ¶ Et qñq3 accidit ruptura sup testiculos ⁊ puenit apud inguina. ¶ Et qd̄ est supra ea in sumine est maloz accñtium ⁊ in duobus emictorijs. ⁊ illa q̄ accit supra sumē est parū p caro fm cōparatione ad alias: qm̄ ille loc⁹ sustētat⁹ est lacertis ⁊ qd̄ sub eo est eueĩ extremitatib⁹ lacertoz. Et qñq3 accit sumini aug^m ⁊ ē de gn̄e rupture iterū. ¶ Et omne qd̄ est ex ruptura super sumē est maloz accñtium q̄tūis sit pue additionis. ⁊ nō dolēt in pn̄° : qm̄ expulsuz i ea sunt intestina minuta ⁊ sunt ex ip̄sa coartata ⁊ coartant fecem ⁊ euomit eā: ⁊ est de genere ileos ⁊ inquietudine eius ⁊ angustia ipsius: verū illa q̄ est sub⁹ est magis susceptibilis dilatatiōis ⁊ magis incedēs in additiōe ⁊ nō dolet in principio. ¶ Et scias q̄ ramex intestinoz ⁊ zirbi est egritudo fortis difficilis q̄tūis sit pua. ⁊ ramex aq̄ est egritudo facilis ⁊ si sit magna.

¶ De signis. Cap. iij.

o Signū aūt cōe rupturis est additio apparēs ⁊ sentitur inter siphac itrinsecū ⁊ inter mirach. ⁊ addit eius appitio apud motum ⁊ cōp̄rehēsionē anhelitus. ¶ Et ei⁹ q̄ est ppter dilatationē meat⁹ signū est q̄ apparet paulatim i osseo absq3 motu laborioso ⁊ vociferatione ⁊ alijs ⁊ est ramex testiculi. Qd̄ aūt est ppter illud qd̄ ē supra ē ppter disruptionē pculdubio ⁊ nō ꝯfert ei exiccatio. Et signuz eius que est ex intestinis penetrātib⁹ in scissuraz est reditio eius cū velocitate cū resupinat ⁊ sensibilitas rugit⁹ ⁊ ppter cum premit. ¶ Illā vo que fit ex zirbo ⁊ siphac sigt aduētus eius paulatim ⁊ est ad pfundiū cū equalitate in situ: ⁊ nō sentitur in illa ramice rugit⁹. ⁊ fm plm est quātitatis parue in quātitate pfūditatis. ⁊ quādoq3 egreditur totaliter ⁊ habet quātitatē magnam: ⁊ est difficilis sanatiōis sicut hernia intestini. verū eius tact⁹ nō est diuersus a tactu hernie intestini ⁊ vētositatis. ⁊ reditio eius q̄ est ex intestino ⁊ zirbo difficilior est q̄3 ventose. ¶ Et ramex quidē aque cognoscit per tactū ⁊ tēsionez ossei ⁊ per splendorē ⁊ lenitatē. ⁊ ipsa iterū nō redit ⁊ nō ingredit. ¶ Et hernie vētose cognitio est quoniā inflatio vētosa manifesta est. ⁊ vētosa quidē redit absq3 cōpressiōe plima ⁊ dolore: ⁊ quādoq3 redit in dispōne: ⁊ resupinatio nō facit eā velocioris redit⁹ q̄3 hora alia. Iudicium nāq3 eius in resupinatiōe ⁊ nō resupinatiōe sile ē cū nō sit grauitas ei neq3 lubricitas. Sed in ea q̄ est ex intestinis est diuersum qm̄ est apd̄ resupinationē facilior parū. ¶ Et qñq3 accit ex eadē doloris vehementes ppterea q̄ ostēdit osseum ⁊ quādoq3 cōprimit testiculū. Et carnose signuz est q̄ est in ipso osseo nō itra ipsum ⁊ est cum duritie ⁊ grossitie ⁊ diuersitate vic. ⁊ qñq3 est ex lapideitate aq̄tis duri ⁊ noiat buria. ¶ Hernia vo varricosa cognoscit ex venis repletis ⁊ ex corrosione vrinali in ea. cum mollificatione testiculoz ⁊ phibitione a cursibus et motib⁹ ⁊ illa que est in arterijs tactus cuz digitis comprehendit. et illa que nō est in eis imo in venis nutriētibus illa membra nō comprehēdit tactus.

¶ De cura. Cap. iiij.

Emplastrum bonum. ℞. granorum alkerua mundatorum. ℥. iij. terantur cum. ℥. i. butyri vaccini optime ⁊ proijciantur desuper. ℥. i. mellis vt faciat ipsum viscosum ⁊ fiat cum eo emplastrum ⁊ proprie super iuncturas siccas ⁊ quando〈que〉 ponitur cum eo ex aceto forti. ℥. i. ¶ Et emplastratio cum stercore vaccino est fortis valde in doloribus iuncturarum ⁊ dorsi ⁊ genuum: ⁊ est quasi melior pluribus aliis. Emplastrum forte. ℞. olei antiqui lb. i. ⁊. ſ. ⁊ nitri alexandrini ⁊ glutem albonn amborum. an. lb. i. eufor. ℥. i. cereos. ℥. ij. ⁊ farine fenugreci lb. i. ſ. ⁊ fiat ex eis emplastrum. ¶ Et iterum bdellium opoponacum adeps liquefactus iuuatiua sunt ei valde quod fit ex crudo spuma orcae in genibus: ⁊ iuncturis. ¶ Emplastrum fugitiuum resolutiuum nitri dauic. i. ammoniaci: fiat ex eis emplastrum: aut sumatur euforbium ⁊ teratur cum oleo de lilio ⁊ liniatur cum eo. ¶ Emplastrum forte. ℞. baurac ⁊ galiam ⁊ piretrum ⁊ stafisagriam ⁊ calcem: misceantur omnia ⁊ liniantur ex eis iuncture cum melle ⁊ aliquantulo aceto. ¶ Emplastrum bonum ⁊ resolutiuum ammoniaci ⁊ kaij sumantur partes equales terantur cum oleo omphacino ⁊ vino antiquo ⁊ farina fabarum emplastretur cum oleo calido. ¶ Et emplastrum ex cinere ciclaminis ⁊ melle est mirabile valde. ¶ Et de emplastris bonis que necessaria sunt ad confortandum membrum ⁊ resoluendum residuum: ⁊ non indigetur eis nisi post euacuationem integram: de quibus est emplastrum. ℞. sauine ⁊ nucis cupressi ⁊ ossium adustorum partes equales: ⁊ aluminis part. i. dragaganti sextam partis. i. ⁊ glutinis piscium quantum sufficit ad congregandum. ¶ Aliud faciens operationes in egritudinibus plures: ⁊ illud ideo quoniam aperit ⁊ extrahit spinas ⁊ ossa putrida ex profundo ⁊ confert mollificationi iuuamentum manifestum. ℞. se. vrtice mundati ⁊ spume baurach ⁊ salis ammoniaci ⁊ aristo. ro. ⁊ radicis collo. ⁊ gummis alimbat omnium. an. aur. xx. fenug. ⁊ piperis ⁊ macropiperis omnium. an. aur. x. ammoniaci aur. xij. cordumeni ⁊ xilobalsami ⁊ thuris ⁊ myrrhe ⁊ adipis caput ⁊ gumme pini omnium. an. aur. x. cere. lib. iij. dabl. lib. viij. lactis fici siluestris aure. viij. olei de lilio quantum sufficit ad liquefactionem medicinarum humidarum: ⁊ vini optimi quantum sufficit ad conficiendas medicinas siccas commisceantur omnia ⁊ fricentur ⁊ administrentur. ¶ Aliud conferens in hora ad sciaticam ⁊ dolorem manus ⁊ pedes ⁊ dolorem reliquarum iuncturarum sumatur fenug. ⁊ proijciatur in vase testeo ⁊ proijciatur desuper aceti commixti quantum sufficit ⁊ coquatur super prunas vs〈que〉 quo dissoluatur in decoctione: deinde proijciatur desuper mellis quantum sufficit ⁊ bulliat secundo: ⁊ reseruetur. ¶ Aliud simile illi picis de miera lib. iij. fecis aceti sicce aduste lib. i. baurach lib. i. ſ. gumme pini ⁊ cere ⁊ sulfuris non adusti ⁊ stafisagrie omnium lib. i. piretri lib. ſ. cordumeni lib. vnum.

¶ De vnctionibus in huiusmodi intentione proficientibus. Cap. xi.

Oleum de colloquintida: ⁊ oleum de castoreo: ⁊ oleum de sinapi: ⁊ oleum de kerua: ⁊ oleum de nuce romana ⁊ proprie quando aduritur ⁊ currit: ⁊ oleum de collo. factum ex decoctione eius cum oleo ro. donec consumatur aqua: ⁊ oleum de costo vtilium est: ⁊ proprie cum storace aut cum assos olei de costo. ¶ Et de vnguentis bonis iuuatiuis est oleum in quo decoquitur vipa ⁊ est ex eis que sanant sanatione integra. ¶ Et de eis est ole. vulpinum

num. Cuius modus est vt sumantur x. vespertiliones decollati: ⁊ sumatur de succo almarniaco: ⁊ olei antiqui lib. 5. ⁊ aristol. ℥. iiij. ⁊ castorei ʒ. iiij. ⁊ costi ℥. iiij. decoquantur omnia simul donec consumatur aqua ⁊ remaneat oleum.

¶ De embrocatio in illa intentione. Cap. xij.

Embroca sedativa iuvativa experta: sumatur galla ⁊ ordeum ⁊ lactuce decoquant cum aceto donec discoquantur ⁊ dissolvant: ⁊ fiat embrocatio ⁊ est conveniens ad calidum. ¶ Et iterum maiorana ⁊ anetum ⁊ folia lauri ⁊ ruta ⁊ cyminum coquantur ⁊ fiat cum eis embroca. ¶ Et ex eis iterū que conferunt ad lapideitatem iuncturarum ⁊ genu est fex aceti in omni parte cuius ponitur sexta pro barmel cōmuni super quam proiiciantur lapides igniti ⁊ fiat suffumigium faciendo cum eo suffumigationē sub lixisse aut similib⁹. ¶ Et sedeat in decoctione asini silvestris in qua ponitur oīa mēbra eius decocta cū aneto ⁊ sale ⁊ rectificatur cū seminib⁹ ⁊ porris ⁊ similib⁹. ¶ Et decoctio ordei ⁊ vulpis cui⁹ modus est vt bulliat aqua ebullitione vehementi tādiu donec minuat tertia pars eius ⁊ proiiciat sup ipsam daba aut vulpes viva decollata cum san. suo: ⁊ decoquatur donec dissolvat in decoctione ⁊ coletur aq̄ ⁊ sedeant in ea: aut proiiciatur super illā aquā oleum ⁊ decoquat donec permisceant aut donec aqua cōsumatur ⁊ remaneat oleum ⁊ sedeat in eo. Et quandoq; decoquitur in oleo sicut est.

¶ De balneatiōib⁹ ⁊ hm̄oi. Ca. xiij.

Balneatio quidem cū aquis calidis ⁊ humidis nocet eis propter illud qd liquefacit de humorib⁹ ⁊ dilatat de poris nisi in aquis thermarum. ¶ Balneatiōes de sicce cum fricatione cū nitro ⁊ sale ⁊ sepeliri in arena calida sunt iuvativa eis.

¶ De sedatis doloris callis levib⁹. Ca. xiiij.

Sumatur fenugrecum ⁊ teratur cum aceto cōmuni contritione minutissima: deinde fundat super ipsum mel ⁊ coquat donec coaguletur ⁊ liniatur postq; conteritur super tabulā sicut algalia: ⁊ involvatur loco cum panno lini ⁊ conquassetur cum oleo sisamino: ⁊ ingrossetur sicut mel ⁊ dimittatur duobus dieb⁹ aut tribus ⁊ succurrat excretationi eius cum oleo ro. Et hoc quidē conveniens est in principio egritudinis ⁊ in ascensione eius. ¶ Et iterum sumantur in principiis ⁊ in residuis mucilago fenugre. ⁊ seminis lini ⁊ conquassetur cū oleo sisami. ⁊ ingrossetur sicut mel. ¶ Et iterum quando nō est dolor valde vehemens emplastretur cum caulibus recentibus ⁊ apio. ⁊ si fuerit fortior emplastretur cū oleo irino ⁊ farina fenugre. ⁊ farina ciceris cum sirupo mellis cum pauco vino ⁊ cū aliquantulo olei de alcanna. Et iterum cinis caulū cū adipe ⁊ coito facto cum oleo camomil. bonus eis est valde.

¶ De narcoticis sedātibus dolorē. Cap. xv.

Sumant opii aur. iij. ⁊ croci aur. i. ⁊ terāt cum lacte vaccino: ⁊ proiiciatur desuper medulla panis similaginei ⁊ liniatur ⁊ fiat ex eis emplastrum ⁊ cooperiatur cum foliis ficie etiam aut lactuce ⁊ ponatur loco panis similaginei ceratum. ¶ Et iterum se. iusquiami nigri ʒ. vi. opii. i. croci. i. vini dulcis cum quo conficiantur ⁊ misceatur cum cerato. Et iterum se. iusquiami albi ⁊ opium et psilium ⁊ acatia ⁊ mugath sumantur ⁊ informentur troc. ex eis ⁊ liniantur cum lacte vaccino et reserventur cum folio. ¶ Et aloes ʒ. x. succi iusquiami ʒ. vi. iusquiami nigri ʒ. iij. ypoquistidos ʒ. vi. pomorum mandragore. xx. aur. croci aur. iiij. decoquantur poma mandragore cum aceto donec dissolvantur ⁊ proiiciatur super medicina ⁊ liniatur cum eis. Et iterum mandragora proiiciatur in butyro vaccino trita: deinde inungatur cum ea dolor. Et iterum opium et storax sumantur et fiat ex eis epithima. Et ex eis que stupefaciunt est diffusio aque plurime cum non sunt vlcera. Et iterum psilium effundat in aqua calida et cum inflatur conquassetur cū oleo ro. ⁊ infrigidetur et liniatur cum eo.

¶ De curatione ventosi. Ca. xvi.

De cetero curis gibbositatis ventose. Et de eis in quibus est iuvamentum sedando dolorem cum stupefactione est vt sumantur gentiane ⁊ rubee ⁊ ameos ⁊ aristolo. ⁊ calamentum ⁊ seminis citroli ⁊ hermodactilorum ⁊ buzeiden almehezara ⁊ almugath partes equales: opii pars ʒ. cuius dosis sit vsq; ad duas ʒ.

¶ De regimine cauterii ad eos. Cap. xvii.

Et de cauterizatione bona eis: aut de eis que surgunt loco cauterii est vt iaceat infirmus sm figurā quā opz. Et prohibeatur ei motus et conferuent circuitus doloris ⁊ impleat mediū eius sale: ⁊ ponatur desup parum olei ⁊ ponat desup pānus ⁊ sint preparata cauteria diversa: ⁊ igniantur cauteria ⁊ administrentur in primis taliter vt non sentiatur calida: deinde sentiat cū ea. deinde fiant fortia donec non possint tolerari. Cum ergo perādiderint brutē proret massa ⁊ recipiat ea vt inclinetur quatenus egrediantur sal ⁊ oleū: deinde cooperiantur cum lana ⁊ ligetur. Et opz vt sit sup caput infirmi vas plenum aqua ⁊ aq̄ ro. cū qua abstergant facies eius quando sudat ⁊ caveat ne caro dureatur ⁊ vlceretur.

¶ De cura calide. Cap. xviii.

Oportet vt curent cum eis que infrigidant ⁊ humectāt ex olerib⁹ ⁊ carnibus ⁊ cibis ⁊ fructib⁹. ⁊ linimentis ⁊ embrocis ⁊ ceratariis: ⁊ exercitentur cū equalitate: ⁊ balneetur cū aqua dulci postq; effunditur super extremitates eorum aq̄ frā in do-

nis prima. et administretur tina tepida: deinde submergat in aqua tepida subito semel: et fundatur super pedes eorum aqua frigida. et oportet ut soluant et prouocatione vtantur cum eis in quibus non est calefactio plurima sicut syrupus ro. et diacidonites solutiuum. ¶ Medicamen bonum in quo est prouocatio et solutio et sedatio doloris. ℞. se. melonis: se. citruli et hermoda. al. et almugaith omnium an. p. i. opij tertiam partis i. aggregentur omnia: et sit dosis eius. ʒ. iiij. cum ʒ. iiij. uccari. est enim presentis iuuamenti.

¶ De epithimatibus. Cap. xix.

Eis quando ipsa sunt frigida stiptica sicut sandali: tunc fortasse ledunt imo oportet ut sint teporem facientia et leniant. ¶ Et quando leduntur cum infrigidantibus propter tensionem eorum administrentur ea que mollificant sicut rob et oleum ro. et ceratum. Et quandoque ponitur super illud pannus infusus aqua et aceto. ¶ Et de eis que sunt experta est succus extremitatum canne humidis. cum enim ex eo linimentum fit sedatur dolor statim. Et iterum terantur glandes optime et decoquantur vehementer et embrocetur cum eis hora longa: et cum tolerant infrigidantia et non faciunt eis dolores propter inspissationem tunc non est aliquid sicut aqua endiuie et aqua solatri et aqua sempiuiue et aqua blitorum et cucumeris et cucurbite et similia. et similiter emplastratio cum adipibus et similibus eis et cum melonibus. Ipsi enim infrigidant et leniunt simul. ¶ Et mucilla. psilij est fortis infrigidationis. ¶ Et iterum sandali et memite et similia sedant dolorem. et cum sedant dolorem oportet ut auferantur et remoueantur. ¶ Et de eis que iuuantia sunt in fine residuorum doloris iuncturarum et podagre calidorum est ut sumantur aloes et croci et myrrhe partes equales et liniatur cum aqua caulis: aut endiuie secundum quantitatem caliditatis. ¶ Et iterum ceratum cum oleo camomillino. ¶ Et iterum draquilon dissolutum in oleo camomil. ¶ Balnea que ex eis nocent sunt balnea calida. frigida vero quandoque iuuant et repercutiunt et confortant et sedant dolorem.

¶ De solutiuis. Ca. xx.

Sumantur myrabo. citri. ʒ. x. et hermodacti. et buzeiden amborum an. ʒ. iij. se. apij et anisi amborum an. ʒ. ij. conficiantur cum zuccaro soluto de quo in potu sumantur omni die. ʒ. iij. ¶ Et iterum sumatur succi cydoniorum lib. i. et sicut de vino. ℥. iij. et zuccari lib. i. et hermodactilorum aloes et diagridij ʒ. iij. et dosis eius sit ex. ʒ. ℥. vsque ad. ℥. i. et ʒ. ¶ Et iterum hermodactilorum. ʒ. x. scamonee. ʒ. i. et terra. ʒ. i. cubebe. ʒ. iij. zuccari tabarzet. ʒ. xxx. dosis eius. ʒ. iij. ¶ Et iterum scamonea decocta in duplo sui aque cydoniorum acetosorum. aut pomorum decoctione in qua consideretur substantia eius. Cum ergo incipit inspissari opilletur os eius in quo est et dimittatur donec exiccetur et sumantur de ea pondus. ʒ. x. et sumantur de tabarzet. ʒ. xx. et de cubebis contritis sicut alcohol pondus. ʒ. ii. aggregentur omnia cum iulep: et fiant inde pillule et exicentur in vmbra. et sit dosis earum pilule. ij. vsque ad iiij. i omni hora. ¶ Et cum illic est compositio tunc administra hierampigram. ¶ Et de eis que conferunt eis est sirupus ros. secundum hunc modum. Sumantur succi ros. lib. ij. et mellis lib. iiij. et scamonee assate. ℥. i. decoquantur vsque quo inspissentur: et sit dosis eius ex duobus vsque ad. v. ¶ Et iterum infundantur tamarindi cum cassiafistula in aqua endiuie et sesi. ¶ Et si non fuerit fe. sumantur decoctio mirabolanorum et sumiterre et prunorum et tamarindorum et absinthij secundum quod videtur. ¶ Et iterum buzeiden et hermodactili et rose rubee equaliter mensura sumatur de quo sumatur aut. ʒ. ʒ. est enim in ipso sedatio et infrigidatio. ¶ Et isti quidem iuuantur plurimum a cibis frigidis et grossis sicut qui fiunt de lentibus cum aceto et reliquis cibis infrigidantibus ingrossantibus sanguinem sicut ille qui fit de acetosa et ventre eorum aceto preparati et acetosum carnis vaccine. ¶ Et quandoque iuuantur plurimum cum cibis exiccantibus sicut est herbus. ¶ Et non oportet ut iciunent plurimum. ¶ Et eis quidem conceditur ex fructibus vti piris propter et prunis et malis et granatis et persicis: ego autem abhorreo eis ea que sunt sicut persica et chrysomilla et que replent sanguine aquositate plurima.

¶ De cura iuncturarum exiccatarum et conuersarum in lapideitatem. Cap. xxij.

Si sunt habentes complexiones calidas et materias grossas. Et oportet ut isti non resoluantur sine lenificatione: imo oportet ut leniantur et resoluantur simul. ¶ Et de eis quibus sanantur a lapideitate sunt emplastra facta ex farina herbi et lupinorum cum oxymelle et alaniuden et vino albo cum parte licij et ammoniaco cum vino antiquo et oleo omphacino. ¶ Et quandoque ponitur desuper farina fabarum. ¶ Et de eis que conferunt ei cuius iuncture conuerse sunt in lapideitatem aut sunt in itinere lapideitatis sunt emplastra que diximus in frigidis doloribus iuncturarum grossorum humorum: et vnctiones: et embroce cum eis que diximus. ¶ Et de illis que conferunt eis est farina lupinorum cum oxymelle: aut aceto commixto. ¶ Et iterum radix almarorb. ¶ Et iterum emplastretur cum bulbo dissoluto in aqua. ipse enim prohibet lapideitatem incipientem. ¶ Et similiter embroce ex aquis in quibus decocta sunt calamentum et albasce aut aceto: aut decoctione in qua caseus antiquus decoctus est propter in iure cassiefistule. et nitrum et euforbium et aqua cineris caulium combustorum.

¶ De cura contractionis et azemena. Ca. xxiij.

Tias oleum de andacocha potando ex eo et iungendo cum ipso est res magis conferens ei. ¶ Et modus faciendi hoc oleum est ut decoquatur andacocha cum seminibus in tanto quantum in ipso est de oleo donec cōsumatur aquositas. cuius dosis sit usque ad. ℥. iij. et minus. ¶ Et illius que ex ea ventosa est curatio currit cursu curationis ventositatis facientia ventositates. ¶ Et de eis que experta sunt ad contractum est ut sumatur pellis ouis hora qua excoriatur et ponatur super ipsum et liniatur lacte vaccino dulci et iuuatur eo. ¶ Et administratio balnei sicci et sudare in furno aut fouea ignita iuuatiua sunt.

¶ De cautela ad dolores iūcturarum. Ca. xxiiij.

Oportet ut vtatur ille qui assuetus est his doloribus flobotomia et solutione ventris in vere: et cum proximus est paroxismus vtatur regimine temperato in subtilitate. ¶ Et omnino oportet si causa in eo quod accidit ei sit multitudo humorum ut non dimittat eos multiplicari cum eo quod euacuat et cum eo quod exercitio administratur bono. ¶ Et si causa fuerit corruptio eorū opponatur illi cum euacuatione eius quod oportet et contrarietate regiminis per quod generatur. ¶ Flegma enim generatur per adiutorium ex infrigidantibus. et tu quidem scis ea et scis oppositionem eorum. ¶ Et colera generatur per adiutorium calefacientium et tu scis ea: et scis oppositionem eorum. et similiter melancolia generatur per id quod scis et opponitur ei quod generat ipsum per id quod scis. ¶ Et cū accidit euacuatio tunc ex illis que rectiora sunt est confortans membri cum stipticis ut non suscipiat superfluitates et proprie cum non timetur conuersio earum ad membra principalia causa antecessionis mundificationis: et ista sunt sicut acatie et succus virge pastoris et litium et memithe. ¶ Et uerum fricatio locorum cum sale trito et cum oleo etiam nisi sit siccitas vehemens ¶ Et quando est apostema flegmaticum et bibit habens ipsum aristo. ro. pon. ℥. ij. aliquotiens in vere et hyeme: tunc fortasse phibetur periodus eius. ¶ Et vtatur exercitio temperato et vecatione et non superfluat in eis quoniam excitant podagram et et dolores. et non adhibeat illud quo non est consuetus subito sine gradatione. ¶ Quod si illud accidat administra olea confortantia inungendo. ¶ Et oportet ut deuitent carnes grossas et omnia salsa et assenlreiffud. ¶ Et ex oleribus deuitent ea que sunt sicla et baucie et carrole et aqua melonis. Nocent. n. ipsa propterea generant humorem aquosum et conferunt per prouocationem et diuersificatur dispositio eorum in corporibus. ¶ Et deuitent potare vinum plurimum grossum: imo omne vinum. ¶ Et cibentur eis que sunt bone digestionis et velocis. ¶ Et oportet ut deuitent repletionē et annihilationem ab exercitio: et deuitent cum hoc superfluitatem in labore et exercitio et proprie super repletionem. et deuitent coitum. et minorentur in balneationibus: quoniam ipse liquefaciunt humores et faciunt eos currere ad iuncturas. ¶ Verum aque thermarum conferunt eis in hora egritudinis. ¶ Et ex eis que conferunt eis in principijs balneorum et post ipsorum expletionē: et in medio introitus eorum in ipsius est effusio aque frigide super iuncturas si non est aliquid quod prohibeat ex debilitate neruorum: et quandoque auferunt hoc nocumentum fe. ¶ Et oportet ut nō dormiant super cibum omnino quoniam est ex rebus nocibilioribus eis.

¶ De cura. Cap. xxv.

Cura que magis propria est sciatice et doloribus anche et genuum fixis est oportet ut redeatur in curationes eorum ad canones in doloribus iuncturarum. ¶ Et tu quidem scis ipsi differunt ab alijs doloribus iuncturarum. Nam repercussio in principio quandoque nocet eis nocumēto vehementi: quoniam materia profunda est et repercussio retinet eam illic et ponit eam taliter difficilis sit eius resolutio et preparat eam ad hoc ut dislocet iuncturas cum ipsa dislocet iuncturas absque repercussiōe similiter. ¶ Immo oportet si volueris sedationem doloris in principio ut sedes eos cum mollificatiuis lenificantibus nisi accidat ut sit materia subtilis valde: et sit difficilis eorum curatio in frigore et in tempore frigido et i pinguis et in tempore sinistra est difficilior. ¶ In illis vero que de eis sunt sanguinee de rebus magis conferentibus eis est flobotomia et iuuantur in dispositione per flobotomiam in primis ex manu deinde ex pede. et nō fiat flobotomia ex pede nisi post flobotomiam ex manu. ¶ Et iuuamentum fit in eis per vomitum. ¶ Ventris autem solutio quandoque vsque ad finem postponitur et est sufficientia in vomitu forti ut non trahat solutio ventris materiam ad inferiora nisi sciatur sit parua. ¶ Et de bono est ut ieiunent duobus diebus: deinde flobotometur. ¶ Et scias flobotomia sciatice vene magis est iuuatiua in sciatica saphena plurimū nisi sit dolor leuior extensus in siluestri: imo sit purus rubeus cuius tensio est ex domestico. quare erit saphena magis conferens ei quā vena sciatica huius ambe sint duo rami vene vni sicut basilica et cephalica in manibus: verum. G. rememoratur saphene et vene curuature poplitis tantum. et flobotomia vene curuature poplitis magis iuuatiua est vene sciatice et saphene simul. ¶ Et ex eis que flobotomantur est vena que est inter minimum et pedis et flobotometur post ipsam vena sciatica. et dicitur hec vena magis iuuatiua est vena sciatica si

cui salua tella magis iuuatiua est ꝙ basilica in egritudinibus epatis ⁊ splenis. ¶ Illi autem qui sunt flegmatici ex eis currunt cursu apostematum grossorum ⁊ in verificatione curatiõis. ¶ Et oportet hoc nõ oportet vt sit presumptio ad administrandum resolutiua fortia ante euacuationem propter illud qđ sciuisti cum eis que diximus. ¶ Et iam diximus ꝙ vomitus iuuatior est ꝙ vẽtris solutio pp motus mãei ad pt̃e doloris: ⁊ vomitus mouet eam ab eo. ¶ Et de eis que bona sunt in eo est si fiat cum baurach: ⁊ aceto: ⁊ cum euomuerint cum vomitiuis fortibus quibus indigetur in humoribus eorum frigidis grossis: tunc opꝫ vt sequaris illud cũ subtiliatiuis calefaciẽtibus ⁊ est necẽia in flãticis itez qñqꝫ: imo multotiẽs flõmia. ¶ Et administretur post eũoné cum eis que diximus ex diureticis ⁊ ebibitis iuuantibus ad dolorẽ iuncturaꝝ medicamen hermetis ꝓprie. nam hoc medicamen est mirabile valde camedreos gẽtiane ambarum. añ. ℥. ix. aristo. ro. ℥. ij. se. ruthe sicce lib. i. terantur ⁊ cribellent̃ cribello subtili cuius dosis sit coclearium. i. ¶ Et administrent̃ iterum vaporationes ⁊ embroce resolutiue ⁊ aque thermarum. ꝙ si non excusat tũc clysteriza. ¶ Deinde administrent̃ ventose super ancham cum incisione ⁊ sine incisione. ¶ Et pone rubificantia vesicantia ⁊ non consolident̃ donec sanetur. ¶ Et emplastroꝝ quidem administratorũ in eis diligit̃ acuitas pp duas intentiones: quarũ vna est resolutio ⁊ altera attractio ad exteriora: ⁊ abhorret̃ acuitas pp quãdã intẽtionẽ ⁊ est ꝙ ipsa exiccat mãm ⁊ in lapideitatẽ ꝯuertit ⁊ dimittit eam non recipientẽ medicinã ꝙobrez oportet vt non dimittat̃ lenificatio. ⁊ quandoqꝫ necessarie sunt ventose ⁊ earum põ pp attractionem.

¶ De embrocis ⁊ tinis. Cap. xxvi.

o Elmantur olei de alcãna lib. i. ⁊ aceti lib. ß. ⁊ nitri quarta lib. i. ⁊ cardamomi. ℥. i. ß. ⁊ ysopi. ℥. i. ß. submergatur in eo lana ⁊ vaporetur cum ea locus.

¶ Et administrent̃ tine ex aquis medicinaruꝫ singularũ resoluentium predictarum in hoc ca. ¶ Ea vero ex quibus fiunt inunctiones sunt sicut oleum costinũ ⁊ oleum de euforbio ⁊ oleuꝫ de piretro ⁊ oleum de castoreo que administrẽtur post mundificationem ⁊ cerataria cuꝫ opoponaco ⁊ euforbio ⁊ oleis predictis.

¶ De epithimatib⁹ ⁊ emplastris. Cap. xxvij.

e Emplm̃ resoluens mãm ad illud qđ apparet ex ꝓfundo. ℞. se. ruthe siluestris baccarũ lauri aniudẽ nitri secha armeni cordumeni ⁊ pulpa collogn. ameos oĩum. añ. aur. iiij. ruthe recentis picis cere ammoniaci oĩum. añ. viij. bezard aur. v. opopo. sulfuris qđ non tetigit ignis amboꝝ. añ. aur. iiij. fiat ex eis emplm̃. ¶ Et si liniat̃ sciatica ex stercore caprino ⁊ aceto forti erit sicut medicamen de sinapi ⁊ melius eo ⁊ magis iuuatiuum eo. ¶ Et emplastra rubificantia bona sunt valde: ⁊ opꝫ vt pforent̃ vesice: deinde puluerizetur sup eas medicamen exiccantiũ: deinde iteret̃ vesicatio vsqꝫ quo eueniat sanitas. ¶ Et iteruꝫ sumant̃ lib. i. baurac ⁊ lib. i. olei ⁊ fiat ex eis epithima. ¶ Et iterũ emplm̃ iuuatiuũ stafisagrie lib. i. fecis aduste lib. ij. piretri lib. ß. nasturtij lib. i. ß. bezard. ß. sulfuris lib. i. baurac tãtũdẽ olei coulas. iij. gummi pini qđ sit equale cum bezard: fiat ex oĩbus emplm̃ ⁊ administret̃. ¶ Et iterũ sumat̃ picis pars. i. sulfuris pars. i. ꝯterit sicut alcohol ⁊ liniat̃ sup anchã ⁊ ponat̃ desup charta de pãno ⁊ dimittatur vsqꝫ quo cadat per se. ¶ Et ex eis que experta sunt vt colligat̃ planta tapsie in estate duꝫ est viridior ⁊ eius ꝯtritio optima fiat qm̃ est difficilis ad ꝯterendũ: deinde aggrega ipsuꝫ cum cera ⁊ inuisca cum anche ⁊ loco doloris ⁊ liget̃ desup ⁊ dimittat̃. iiij. horis vsqꝫ ad. vi. deinde ingrediat̃ balñ. Cũqꝫ parũ rorari incipit ingrediat̃ tinã ⁊ tollat̃ ab eo emplm̃ ⁊ ponat̃ sup locũ lana cum dragaganto hebdõa vna aut. x. diebus ⁊ iteret̃ qm̃ excusat a sinapi ⁊ gũma ruthe agrestis. ¶ Et iterum stafisagria ⁊ gũma pini ⁊ gũma iterũ ruthe agrestis ⁊ cera ⁊ oleũ de ruta. ¶ Et iterũ piretrũ ⁊ dablz ⁊ flos lapidis suis ⁊ baurach ⁊ stafisagria ⁊ sumat̃ ex eis emplastrũ ⁊ qñqꝫ addit̃ in eo nasturtiũ. ¶ Et ex eis que cõferũt ad hoc ⁊ ad dolores genuũ ẽ ceratũ de euforb. ¶ Et iterum olei de alcãna. ℥. viij. ⁊ aceti ℥. iiij. nitri. ℥. ij. piretri. ℥. i. infundatur piretrũ cuꝫ oleo de alcãna postꝙ triueris ipm ⁊ pone ipsuꝫ in oleo tribus diebus ⁊ bulliat bullitõe leui: deinde ꝓijciat̃ desup acetũ ⁊ nitrũ. postea imbibat̃ in ipso lana sordida: deinde ponat̃ sup locũ dolorosum anche. ¶ Et aliud sile illi de epithimatibus. ℞. cere colate aur. c. ⁊ gluttinis alibat aur. xxv. ⁊ floris eris aur. viij. lilij ⁊ albezard ⁊ myrrhe oĩum. añ. aur. vi. ⁊ alkitran aure. v. aggrega ista ⁊ ꝯquassa ea sicut pars. i. ⁊ fac ex eis emplm̃ i. ⁊ lini cum eo locũ dolorosum pyxidis ꝓcipue si fuerit mã faciens dolorẽ san. fluxus in iunctura ipsa: aut flegma grossum vitreũ qđ iam bibit pyxis iũcture. ¶ Emplm̃ sedãs sciaticã. ℞. olei ãug. ℥. xviij. limature plũbi ⁊ salis masle gluttinis alibat oĩuꝫ. añ. au. c. limature eris rubei. ℥. iiij. floris eris abrasi ⁊ ꝯdisi ⁊ radicis almezeriõ nigri aristol. sinapis oĩum. añ. ℥. ij. ꝓijciat̃ in eo qñqꝫ piretri. ℥. i. ¶ Aliud. ℞. aniudẽ se. rute siluestris baccarum lauri ⁊ baurach ⁊ collo. secha ameos cordumeni omnium. añ. aur. iiij. ruthe hortulane humide ⁊ picis sicce gluttinis alimbant gummi pini ammoniaci adipis vitulorum omniuꝫ aur. xv. opopo. aur. vi. sulfuris nõ adusti aur. iiij. olei de alcanna. ℥. xviij. ¶ Aliud. Recipe picis humide. ℥. xviij. aristolo. ℥. x. ß. cere lib. i. gummi pini aure. iiij. sulfuris non adusti lib. i. baurach lib. i. ß. stafisagrie lasti. ⁊ est couie. ij. piretri

lib.5.cordumeni lib.i.bezard.lib.5.liquefienda liquefac et tere sicca et permisce omnia et frica eam secundum modum predictum in eo cuius reme-morationo preteriji. ¶ Et secundum quod dicitur post solutiua bona et utilia sunt pillule de hermodactulis et pillule fetide et pillule de tapsia et pille de storace et non sunt aliqua sicut pillule iuuamenti neque sicut hiera hermetis que bibatur in vere. ¶ Et illius qui bibit eam incipiunt iuncture dolorose rorem emittere et sudare et non est in ea solutio ventris plurima: imo mundificat cum subtiliatione. ¶ Et electuaria quidem medicinarum solutiuarum non sunt pulpa colloquin. et centaurea et gummi et fumusterre et tapsia et succus cucumeris asinini. ¶ Sumantur due collo. et perforentur et educatur quod in concauitatibus ambarum est ex pulpa et seminibus et carne et impleantur oleo sisa. cooperiantur ambarum foramina et dimittantur nocte vna: deinde proijciantur ambe collo. in mane illius noctis cum oleo quod est in eis ambabus in ollam et fundatur super eas ambas quantum est olei mensura.i.5. de aqua et coquantur simul vsque quo discocte sunt ambe collo. cum ergo discocte sunt ambe extrahantur et proijciantur ambe et coquantur aqua et oleum tempore sufficienti: deinde proijciatur desuper elleborus contritus puluerizatus cribellatus secundum quantitatem qua congelatur aqua et fiat sicut panis de quo fiant magdaleones secundum quantitatem auellane: et sumatur de illis auellanis. xviij. numero et sumat infirmus post balneationem. ¶ Et modus alius est vt decoquantur oleum cum succo. ¶ Et cum accidit mundificatio per solutionem ventris et vomitum et prolongatur egritudo tunc tibi conuenit vti suppositorijs et medicinis facientibus excoriationem et solutione educentibus san. sicut est decoctio cucu. asinini et colloquin. et fel vaccinum et piretrum et centaurea et nastur. et tapsia et elixatura piscium. omnia illa iuuatiua sunt eis in hac hora et forte sanant. Et quandoque ponitur in clisteribus euforbium et dicitur quod illud est nocuum valde prohibens et reliquis conuersionibus. ¶ In fine vero eis est iuuatiuum et proprie quando sequitur vesicatio. ¶ Et multotiens quidem accidit excoriatio per se et euenit cum ea sanitas. ¶ Clystere bonum excoriationem faciens: decoquantur collo. et nasturtium et radix capparis et centau. et cucume. asi. et tapsia et rubea et fiat clystere cum aqua et emplastretur ancha cum fece et est ex clysteribus iuuatiuis. ¶ Et uerum emplastretur cum aceto et fur fure calefactis. Si autem fuerit illic san. qui moriatur in ea cauterizet cum auro rubeo locus san. cauterizatione vehementi vt currat san. ex ea.

¶ De bothor iuncturarum. Cap. xxviij.

E bothor apparent in crure quasi ipse sunt fructus tamarisci aut grana viridia. ¶ Et materia earum est materia varicum et crura earum ex parte mundificationis est cura varicum et vlcerum melancolicorum quorum canonem dicemus in lib quarto.

¶ De dolore calcanei. Ca. xxix.

Quandoque accidit ex obuiatione cotereue aut casu aut coartatione calciamenti et alijs. et sanat ipsum embrocatio plurima cum aqua frigida et epithima de memite et bolo armeno resoluto.

¶ De debilitate pedis. Cap. xxx.

Jt quandoque in creatione. et fit quandoque debilitas ex labore plurimo et ex mollificatione antecedente et ex opilatione vie nutrimenti ad ipsum: sicut accidit castratis.

¶ De bothor vnguium et attractione earum. Cap. xxxi.

Propinquat cura eorum cure suppurationis. ¶ Et ex illis que conferunt illis est emplastrum cum folijs myrti: et cum folijs cupressi: et emplastrum de adipibus cum fimo caprino et stercore vaccino et confert ei nux cupressi et sauia emplastrate: et conferunt eis fistici decocti et emplastrati. ¶ Et de eis que liquefaciunt sanguinem mortuum sub attritione est farina confecta cum oleo et super ipsum posita. ¶ De inflatione vnguium et pruritu in eis. Cap. xxxij.

Lauatur cum aqua maris abluendo cum ea semper quare remouetur: aut cum decoctione lentium et herbi aut cum decoctione cucumeris et ex emplastris eius sunt nenufar et oleum et ficus decocte coniunctim et singulariter.

¶ Finit liber tertius Auicenne.

¶ Laus deo.

¶ Liber canonis quartus incipit de egritudinibus particularibus que cum accidunt non appropriantur uni membro continens septem fen.
¶ Fen prima est de febribus: et continet quatuor tractatus.
¶ Tractatus primus de febre ephimera.
¶ De diffinitione febris et generibus febris. Cap.i.

Febris est calor extraneus accensus in corde et procedens ab eo mediantibus spiritu et sanguine per arterias et venas in totum corpus. et inflammatur in eo inflammatione que nocet operationibus naturalibus: non sicut caliditas ire et laboris est non vltima ex: et impedit operationem ita ut remaneat. ¶ Et sunt quidam hominum qui diuidunt febres in duas diuisiones. prima.s. in febrem egritudinem: et in febrem accidens: et ponunt febres apatum de genere fe. accidentis. ¶ Et intentio quidem sermonis eorum est quod fe. egritudinalis est illa inter quam et eam que non est egritudo non est medium sicut febris putredinis. Putredo.n.est causa eius absque medio et non est putredo in seipsa egritudo. imo est causa egritudinis. ¶ Febris vero apatis est accidens apati existens dum est apa sequens ipsum et apa est egritudo in seipso. ¶ Et contradicenti quidem incest.ut dicat. quoniam si propterea quod fe.apatis sequitur calitatem eius et sequitur ex dolore ipsius est fisse ut sit fe. accidens: tunc oportet ut si plurimum febrium ephimerarum accidens. ¶ Et si ipsa sequitur putredinem que est in apate: tunc apa non est causa eius prima unde est apa: imo quantum ad putredinem que est in ipso. Causa igitur eius que est essentialis est putredo: et apa non est causa eius nisi per accidens. ¶ Et dicemus quod si non significauerunt per febrem accidens hoc: imo non intellexerunt per eam nisi quod ipsa sequitur apa hoc. et inuenerunt eam per inuentionem apatis. Similiter ergo est dispositio febrium putredinis per comparationem ad putredinem. ¶ Verum occupatio in huiusmodi contradictionibus est illud quod non confert in scientia medicine aliquid: et facit medicum procedere ex arte sua ad inquisitiones que fortasse impediunt ipsum ab arte sua. ¶ Procedamus ergo secundum id quod consuetum est. ¶ Dicamus ergo propterea quod febres apatum et oppilationum sunt febres accidentes et alie febres sunt egritudines: tunc conueniens est ut dicamus: quoniam propterea quod omnia que sunt in corpore hominis sunt tria genera.s.membra continentia illud quod est in eis de humiditatibus et spiritibus: quorum comparatio est comparatio parietum balnei. Et humiditas recondita et eius comparatio est comparatio aque balnei. ¶ Et spiritus animalis vitalis et naturalis et vapores effusi. ¶ Et comparatio eorum est comparatio aeris balnei: et aer balnei quando infrigidatur illud quod est vicinum ei non oportet ut ipse extinguatur imo possibile est ut remaneat et redeat et calefiat quod ei vicinum est. Similiter est vnumquodque istorum trium generum extra quod non inuenitur in homine genus corporeum. ¶ Nam si accendatur febris in membris radicalibus accensione prima sicut accenditur adustio. v.g. ut in parietibus balnei: aut per follem ferrarij: aut per ollam coci: tunc illud genus febrium nominatur fe. ethica. ¶ Et si accendit fe. accensione prima in humoribus: deinde accendatur ex eis in membris sicut accidit: ut accendatur aqua calida in balneo et ignantur latera eius causa: eius aut ius calidum in olla ut accendatur olla causa eius: tunc illud genus febrium nominatur fe. humoris. ¶ Et si accendatur fe. accensione sua prima in spiritibus et vaporibus: deinde accendatur ex eis in membris et humoribus sicut accidit ut perueniat ad balneum aer ignis qui accendatur in eo: et calefaciat aerem eius et perueniat ad aquam et parietes. tunc genus illud febris nominatur fe. ephimera. quoniam est accensa in re subtili que resoluitur cum velocitate. et raro pertransit diem cum nocte sua. nisi conuertatur ad genus illud febrium. ¶ Hec ergo diuisio febrium est per modum propinquum diuisioni euenienti per differentias. ¶ Et diuiduntur fe. alio modo. Dici iterum quod de febribus sunt febres acute. Et de eis sunt non acute. Et de eis sunt chronice. Et de eis sunt non chronice. Et de eis sunt nocturne. Et de eis sunt diurne. Et de eis sunt salubres recte. Et de eis sunt habentes accidentia horribilia. Et de eis sunt dimittentes. Et de eis sunt inseparabiles. Et de eis inseparabilibus sunt quedam quibus sunt remissiones. Et de eis sunt quibus sunt intensiones. Et de eis sunt quibus sunt exforiationes. ¶ Et de eis sunt similes. Et de eis sunt frigide habentes rigorem aut horripilationem. ¶ Et de eis sunt simplices. ¶ Et de eis sunt composite.

¶ De preparatis ad febres. Cap.ij.

Dixerunt quidam quod corpora vehementius preparata ad febres sunt corpora calida et humida. et propterea cum humiditas est fortior caliditate. ¶ Et isti quidem sunt fetidi sudoris et vrine et egestionis. ¶ Et corpora calida sicca iterum sunt preparata ad febres calidas. et incipiunt prius ephimere: deinde festinant ad putredinem et adustionem: et quandoque faciunt cadere in ethicam. ¶ Et sequuntur ea ambo: que equantur in humiditate et siccitate et dominatur caliditas: et ista sunt de genere eorum in quibus incipit febris vaporis calidi: deinde permutatur ad febrem humoris postea illa in quibus equantur calor et frigus et multiplicatur humiditas: et istis quidem febres putredinis accidunt secundum plurimum incipientes. ¶ Et corpora frigida et humida: et frigida et sicca sunt longinquiora corpora a febribus et prope ab ephimera.

B

¶ De horis febrium. Cap.iij.

f Ebrium hore sunt reliquarũ egritudinum principiũ ⁊ augmentũ ⁊ status apud ultimũ ⁊ declinatio. ¶ Et sunt quandoq; particulares cũ cuiusq; paroxismi. ¶ Et timor est a principio usq; ad statũ: apud declinationẽ vero non morit̃ eger ex ipsa febre nisi per id qd̃ dicemus de cãcõitter. ¶ Et principiũ quidẽ est hora que calor nãlis suffocat̃ a mã submersa in mẽbro: tãdiu donec non appareat maturatõ aut diuersitati eius cõtrie maturationi vestigiũ. ¶ Et principiũ quidez est inuẽtũ in omni egritudine: verũ quandoq; occultat̃ sicut est eius occultatio i sinocho ⁊ epilepsia ⁊ apoplexia. ¶ Et quandoq; principiũ est occultũ paucoꝝ accñtiũ ⁊ existimat̃ q̃ non sit principiũ in ea. ¶ Et similiter quandoq; in die primo febriũ acutarũ vident̃ nubes: ⁊ signũ maturitatis: ⁊ existimat̃ q̃ non sit ei principiũ: ⁊ non est ita. ¶ Et augmentũ quidẽ est hora in qua cõmouet̃ caliditas innata ad resistenduz mãei motu manifesto ⁊ apparent signa digõnis aut signa cõtria digõnis. ¶ Et status est hora in qua vehemens est pugna inter nãm ⁊ mãm: ⁊ apparet victoria unius ambarũ earũ sup aliam: ⁊ est hora pugne ⁊ eius spatiũ ẽ i breuib⁹ paroxismos acutos paroxismus unus: ⁊ nõ cognoscit̃ nisi postq̃ sequit̃ ipsm aut duo paroxismi: ⁊ cognoscit̃ in tertio eius: iõ q̃ non addit sup illos ambos in pluribus nisi egritudinibus macronoxijs: fortasse.n. assimilant̃ paroxismi plures in oĩbus iudicijs suis. ¶ Et illic apud statũ cõplet̃ vestigiũ digestionis aut contrarij eius. ¶ Et declinatio quidem est hora in qua calor innatus iam dominatur materiei ⁊ vincit eam ⁊ existit in congregationis eius separatione scilicet rei post rem: ⁊ tunc alleuiatur caliditas coloris occulti ⁊ expellitur ad extremitates donec resoluit̃: ⁊ multotiens ingrossatur. ¶ Et status quidem diuersificatur in egritudinibus. egritudinum enim valde acutarum longinquior status est usq; ad quatuor dies ⁊ fe. ephimere sunt de hac sũma: verũtamẽ ipse non numerantur acute: quoniã non sufficit in acuitate egritudinis vt sit status eius proximus: immo sit de egritudinibus habentibus timorem. ¶ Et sequuntur eas febres acute absolute non valde: ⁊ sunt ille quarũ status perueniunt usq; ad.xiiij. dies. ⁊ qd̃ est supra id. ¶ Et cognitio quidem egritudinum acutaruz in ordinibus suis: ⁊ chronicarum est iuuatiua in regimine cibi egri s̃m q̃ dicemus in sequentibus. ¶ Et plures quidem febrium complent principium ⁊ augmentũ ⁊ statuz in paroxismo uno ⁊ faciunt paroxismum alium declinando. ¶ Et fe. quidem diuersificantur in his tẽporibus. ¶ Et de eis quidem sunt quarũ augmentũ prolongatur. ⁊ de eis sunt quarũ declinatio prolongat̃.

¶ De cognitione horarum vniuersalium egritudinis ⁊ proprie status. Cap.iiij.

e Ognitio horarum egritudinis vniuersalium quandoq; est ex spẽ egritudinis. nam spasmus siccus ⁊ epilepsia ⁊ apoplexia ⁊ squinantia sunt ex acutis valde. Et terciana pura ⁊ causon de acutis nõ valde. Et quartana ⁊ paralysis de macronoxijs. ¶ Et quandoq; ex motu egritudinis: nam si paroxismi sunt breues significant q̃ status est propinquus sicut terciana pura. tempus enim paroxismorum eius est ex tribus horis usq; ad.xiiij. horas. ⁊ si sunt plures significant q̃ materia est grossa ⁊ status longinquus sicut in terciana non pura. ¶ Et si non fuerint illic paroxismi. immo materia eius fuerit acuta sicut sinochi: tunc egritudo erit acuta. ¶ Et si fuerit signa eius signa materie frigide grosse aut decliuis ad grossitudinẽ tunc egritudo erit non acuta. ¶ Et si remanserit cum dispositione sua tunc egritudo non erit illius acuitatis. ¶ Et quandoq; est ex virtute egri cui velociter aduenit debilitas: quare est egritudo acuta aut non apparet illud ⁊ est egritudo non acuta. ¶ Et quandoq; est ex etate ⁊ tempore: nam in tempore calido ⁊ etate calida festinat status egritudinum: ⁊ in temporibus frigidis ⁊ etatibus frigidis tardatur status egritudinuz: ⁊ similiter est dispositio regionũ. ¶ Et ex pulsu. nam si est velox frequens magnus tũc egritudo est ad acuitatem decliuis: ⁊ si non tũc non est acuta. ¶ Et ex rigore: nam si est prolixi spacij: tunc egritudo est decliuis ad prolixitatẽ ⁊ si est breuis spacij tunc egritudo ad acuitatez tendit. ⁊ quando nullo modo est rigor tunc abbreuiatur eius extensio. ¶ Et cognoscũtur hore egritudinis quandoq; ex parte horarum paroxismorum. Nam si fuerit procedentes s̃m antecessionem superfluentem: ita vt unus antecedat superfluitatem alterius tendens ad additionem: tunc egritudo erit in augmento: quoniaz de egritudinibus sunt que currunt usq; ad finẽ horarum suarum s̃m augmentum: ⁊ sunt quandoq; de genere terciane ⁊ de genere assidue: si autem steterit antecessio ⁊ steterit superfluitates: tunc sine dubio erit egritudo in statu. ¶ Et seruans horam unam est longi spacij. ⁊ si postponuntur tunc egritudo est in declinatione. ¶ Et similiter cognoscitur dispositio horaruz ex augmento accidentium febris ⁊ statione eorum ⁊ declinatione ipsorum ⁊ ex additione paroxismorum eius in longitudine ⁊ breuiatione ipsorum ⁊ fortasse diuersificantur ⁊ non assimilantur. ¶ Et quandoq; cognoscuntur ex dispositione euacuationum: nam cum accidit in paroxismo aliquo sudor aut ventris fluxus ⁊ paroxismus secundus qui est post ipm̃ est in similitudine vehementie parui ⁊ fortitudine eius aut supra ipsam tunc euacuatio eius est pp̃ multitudinem non propter fortitudinẽ ⁊ egritudo iudicatur lõga. ¶ Et quandoq; cognoscunt̃ ex pte dige-

stionis et cōtrarii digestionis secundum quod diximus: verbi gratia. cum apparet sputū cū digestione aliqua: aut vrina in qua est nubes aliq̄: tūc est principiū augmēti. ¶ Deinde quādo multiplicatur illud et apparet aut cōtrarium eius: tūc est status. ¶ Et iterū quā apparet digestio aut cōtrarium eius velociter ex sputo aut nube: tūc scias quod status est propinquus. et si tardatur tūc scias quod status est longinquus. ¶ Cognitio autem horarum particularium sic accipitur. Nam hora principii paroxismi est hora in qua coartatur pulsus: et tu iam sciuisti intētionem eius: et plūbeus fit color extremitatum et infrigidantur extrema et proprie extremitas auris et nasi vsque ad horā in qua sentitur sparsio caliditatis. et quādoque associantur principio alteratio coloris et pigritia et angustia et tarditas motuū et profunditas somni et mollificatio palpebrarum et grauitas sermonis et horripilatio inter spatulas et in dorso. et fortasse accidit i eo rigor fortis: et quādoque accidit cursus saliue et saltus tempor et tinnitus aurium et sternutatio et cōmotio mēbrorū corporis. Et vehemētius quidē debilitatur virtus propter debilitatē que est in principio aut statu. ¶ Et hore augmēti medietas prima est hora in qua pulsus incipit apparere et magnificari et velox fieri: et spargitur calor in toto corpore secundum equalitatem. ¶ Et medietas eius altera est hora in qua nō cessat hec caliditas sparsa cū equalitate augmētari. ¶ Et hora status est hora in qua remanet caliditas sparsa cū equalitate et accidentia cū dispositione sua et pulsus fit maior quam vnquam et fit vehemētius velox et frequēs. ¶ Et hora declinationis est hora in qua incipit diminutio et incipit pulsus temperari et equari. Deinde illa in qua icipit corpus sudare et perducit ad eradicationem. ¶ Et multotiens quidē accidit apud mortem dispositio que est sicut declinatio et est quasi eger euaserit et nō oportet vt tu occuperis in hoc: imo cognoscas dispositionē pulsus et an magnificetur et fortis fiat. ¶ Et si tibi videtur ponā tibi exemplū de terciana. Attende ergo quod cum terciana in pluribus dispositionibus incipit horripilatio: deinde frigus et rigor: postea sedatur rigor et minoratur frigus: et incipit calefactio: postea equatur calefactio: deinde additur: postea stat: deinde incipit minui vsquequo eradicetur. ¶ Et scias quod egritudo quandoque prolongatur: aut propter multitudinem materiei: aut propter grossitiē eius: aut propter frigus eius. et quādoque adiuuāt ad illud tempus frigidū et regio frigida et etas frigida et debilitas caloris innati et soliditas corporis.

¶ De sermone vniuersali de febribus ephimeris. Cap. v.

Cause omnium specierum febris ephimere sunt cause primitiue calefacientes essentialiter et calefaciētes per accidēs de sūma occurrētiū et assumptorum in cibo et in potu et passionū corporearū et animalium. et ex doloribus et apostemationibus apparētibus. et sunt de eis ex opilationibus quarū cā nō est primitiua. ¶ Et nō perueniunt cause earū cū vehemētia sua ad hoc vt pertrāseat illud qd inflāmat spūm: nam si pertranseāt illud. faciūt cadere in ethicā aut in speciem febrium humorum quā dicemus. ¶ Cause enim primitiue plerūque mouent antecedētes. quod si mouerint eas ad putredinē erunt febres putredinis. ¶ Et sunt quidam hominum qui existimant quod fe. ephimera non sit nisi ex labore spiritus et corporis et illud est error. ¶ Et iste quidam fe. secundum plurimum recedunt in die vno et raro pertranseunt tertium diem. ¶ Nam si pertranseant illam quāntitatem estimatur de esse earum quod ipse permutantur. ¶ Et intentio quidē permutationis est quod retentio caliditatis pertransit spiritum aut ad corpus aut humorē: licet sint de hominibus qui dicant quod ipsa quāque remanet sex diebus. et cōsumitur integre cōsumptione: cui nō esset similis si permutaretur ad genus aliud. ¶ Et hec quidem fe. est facilis curationis et difficilis cognitionis: et similiter principium ethice. ¶ Et homines quidē velocius cadentes in fe. ephimeras: et qui vehemētius leduntur ab eis si erretur in eis: sunt illi in quibus calor et siccitas sunt magis vincentes: quoniā perueniunt velociter ad ethicam et tertianam: deinde illi in quibus calor est plus deinde illi in quibus est plus siccitatis. ¶ Et cum illi qui habent complexionem siccam et calidam accidit fames et aduenuint cum ea vigilia et labor animalis et labor corporeus festinat ad ipsum fe. ephimera cum horripilatione quadam. Nō si non succurratur et cibetur statim festinabit ad ipsam fe. putredinis.

¶ De signis proprijs febrium ephimerarum distinguētibus eas ab alijs. Cap. vi.

De proprietatibus earū est quod ipse non sunt a causis antecedētibus: neque incipiunt cū coartatione. et est quod ipse nō incipiunt secundum plurimum cū rigore et frigore extremitatum et profundatione caliditatis et declinatione ad pigritiam et somnum: et submersionem pulsus et subtilitatem eius et diuersitatē eius: et paruitatem ipsius: imo fortasse accidit in principio earum similitudo frigoris et horripilationis et punctio: cuius causa est vapor chymi mali et remouetur velociter et accidit: sed raro rigor propter multitudinem vaporum ledentium lacertos propter punctionem suam superflua multitudine. ¶ Et est eius inflāmatio nō mordicatiua aspera: imo bona sicut caliditas corporis laborātis et ebrij. ¶ Et cum est vrina in primo die digesta et pulsus bonus. tunc iudica quod est febris ephimera. et illud ideo quoniam vrina non alteratur in ea inquantū ipsa est ephimera: et est sedimen eius digestum nō decliue ad calo

rem humoris: ⁊ est quãdoq; nubes eius pẽdens: ⁊ quãdoq; est natãs boni coloris: ⁊ quãdoq; accit vt nõ equet color eius: tñ eius substãtia est equa. Et nõ alteraẽ color eius nisi ꝓpter id qḋ associaẽ ei de cã alterationis vrine: q̃uis nõ fit illic febris ephimera ex eo qḋ dicemus in terriana ⁊ simili bus ei. ¶ Et pulsus est declinis ad spissitudinẽ ⁊ fortitudinẽ ⁊ magnitudinẽ nisi i ea q̃ est a pas sionibus debilitãtibus: ⁊ nisi fuerit in stomaco humor mordicatiu⁹ aut frigidus aut causa alia de his que mutãt pulsũ ꝓter febrem. ¶ Et raro quidẽ diuersificatur: si ṽo diuersificeẽ erit ei ordo: nã si diuersificeẽ illud tũc erit ꝓpter cãm aliã accidentẽ febrẽ. aut vicinantẽ ei sicut est labor vehemẽs aut mordicatio vehemens in visceribus ⁊ similia his. ¶ Et quãdoq; accidit vt induret pulsus ꝓpter frigus vehemẽs ⁊ inspissans ⁊ infrigidans aut ꝓpter caliditatẽ solis vehementẽ exiccãtem: aut ꝓpter vehementẽ laborẽ exiccantẽ: aut famẽ: aut angustias aut vigilias: aut cõones. ⁊ quãdoq; festinat i eo dilatatio ⁊ tardaẽ cõstrictio: ⁊ nõ festinat plusq̃ natũs nisi raro ⁊ cũ velocitate pauca: qm̃ necessitas euẽtationis in eo est vehemẽtior: q̃ necessitas educendi vaporẽ corruptũ: vapor nãq; in eo nõ est corruptus cõparatione sui ad equalem: imo est bonus cõparatione sui ad eũ. ¶ Et cum ambiguus fit tibi pulsus ⁊ ꝯstrictio ipsius tunc scias ex anhelitu: ⁊ pulsus quidẽ reddit post eradicationem eius ad cõsuetudinẽ eius naturalẽ in illo corpore ⁊ hoc est signũ bonũ. ¶ Et scias penitus q̄ quotiẽs vrina ⁊ pulsus sunt boni significãt q̄ fe. est ephimera: ⁊ quãdo nõ sũt boni nõ oꝑ; vt nõ sit ephimera. multotiẽs enim est in ea vrina tincta: ⁊ pulsus diuersus ⁊ debilis ⁊ paru⁹. ⁊ de illis que significant q̄ ipsa est fe. ephimera est vt sit principium eius facile ⁊ leue: ⁊ sit augmẽti eius nõ addẽs supra duas horas: ⁊ neq; associentur statui accidentia vehementia: ⁊ vt nõ accidant in ea accidẽtia praua: ⁊ nõ sit in ea ebullitio caloris vehemens: ⁊ minorentur cum ea dolores. ¶ Nõ si cum ea dolor fuerit capitis: aut dolor alius non sit fixus inseparabilis. post eradicationem eius ⁊ hec quidem significat q̄ ipsa est ephimera. ¶ Et plurimũ quidẽ eradicationis eius fit per sudorẽ ⁊ humorositatem similẽ sudori naturali nõ humoroso. ⁊ nõ fit vehemens superfluitas iterũ in quãtitate sua imo appropinquat sudori naturali in quãtitate sua. sicut est proximus ei in qualitate sua. Si ei videris sudorem plurimum tunc fe. erit non ephimera. ¶ Et de eis de quibus fe. ephimera experitur est vt ingrediatur balneum habẽs eã. Cũq; moram fecerit euenire in eo quasi horripilationem non consuetam: sciatur q̄ febris est febris putredinis: ⁊ egrediatur habẽs eã ex balneo ilico. ⁊ si nihil alteratur a dispositione sua tunc fe. erit ephimera.

¶ Permutatio fe. ephimere. Cap. vij.

c Am expedit vt febrẽ ephimeram patiẽs cibeẽ ⁊ errat medic⁹ sup eã: ⁊ nõ cibet ipsũ ꝑmutaẽ fe. in corporibus colericis ad ethicã incendẽtẽ ⁊ in corporibus carnosis ad synocã que est absq; putredine: ⁊ fortasse ꝑmutatur ad illã que est cũ putredie. ¶ Et simil̃r quãdo necessariũ ẽ adiutoriũ in aperiẽdo poros ⁊ rarificando corpus: ⁊ non fit inflãmatur in humorib⁹ retentis in corpore: inflãmatione eius qḋ calefacit cum fortitudine eius quod putrefacit.

¶ De signis permutationis febris ephimere ad febres alias. Cap. viij.

s Ignificatio illius est q̄ ipsa declinat absq; sudore. aut humorositate: aut cum sudo: ⁊ absq; mundificatiõe per sudorẽ: ⁊ est declinatio longa difficilis ⁊ absq; mundificatiõe pulsus: imo remanet in pulsu aliquid: ⁊ remanet dolor capitis si fuerit: ⁊ hoc totũ significat permutationem ad febrẽ putrefactionis humoris: aut ethicã. Nam si cause fuerint vehemẽtes: aut prolongeẽ mora eius permutabitur ad ethicam. ¶ Nõ si ad ethicam ꝑmutetur videbis tactũ arteriarũ calidum valde: ⁊ videbis febrẽ silem vel fixã ⁊ in oĩbus mẽbris additur calefactio sup repletionem: ⁊ in tpe acceptionis cibi: aut videbis pulsum seruare equalitatẽ cum duritie ⁊ paruitate. ¶ Et videbis signa reliqua que diximus de signis ethice. ¶ Et qñ permutaẽ ad genus febriũ qḋ nominaẽ synoca absq; putredine videbis additionẽ ⁊ repletionem caliditatis ⁊ inflãmationẽ speciei. ¶ Et quãdo permutatur ad febres putredinis apparent horripilatio ⁊ diuersitas pulsus ⁊ paruitas ⁊ coartatio. ⁊ est caliditas modicatiua sicca ⁊ vehemẽtia accidentium. ¶ In vrina autem fortasse remanet digestio ex substantia ⁊ in pluribus non apparet in ea digestio.

¶ De curationibus febris ephimere ꝯm modum vniuersalem. Cap. ix.

Dixerunt quidam quod scorpio femina maior est masculo. masculus enim extenuatus: est minus et femina pinguis magna et aculeus femine est subulis et masculi aculeus grossus. ¶ Et accidit ut quibusdam scorpionibus sint duo aculei secundum quod existimant quidam: quasi dimittunt duo foramina apud puncturam suam: et infrigidatur punctura et calefit reliquum corpus: et infrigidatur sudor iterum. ¶ Scorpio autem cum alio est magnus et prohibet multotiens cum ventus cum volat ab hoc ut cadat: quare vadit cum eo de regione in regionem. ¶ Et in dispositionibus quidem caude scorpionum diuersificatio est: de eis enim sunt qui habent sex spondiles: quorum malitia fit fortis in tempore ortus alschara et interficit morsus eius: et de eis sunt qui habent pauciores. ¶ Et existimauerunt quidam quod scorpiones sunt nouem colorum: albi: citrini: rubei et cineritij: ferrandi: et virides. ¶ Et de eis sunt aurei habentes nigras caudas et extremitates caudarum: et de eis sunt vinosi coloris de quorum percussione sentitur punctura acus et dolor nociuus. et de eis sunt fumosi et accidunt de morsu eorum risus et permixtio rationis.

¶ De eo quod accidit de punctura eorum et eius cura. Cap.iij.

Accidit puncture eius ut appareat ab hora sua apate duro rubeo et dolor protensus. et quandoque inflatur et quandoque infrigidatur et imaginatur apud eum quod corpus eius comprimatur cum pilis salis. ¶ Et accidunt dolores subito et punctura sicut punctura acus: et sequuntur illud sudor et tremor labij et frigus eius et expulsio vomitu rei viscose que congelatur super ipsum: et horripilatio et ruptura pilorum et tremor et frigus extremitatum propter earum que sequuntur vulnus et mollificatio totius corporis et extinctia amborum inguinum et tensio virge: et accidit inflatio in ventre: et fortasse excitatur super morsum bubus. et propter si fuerit morsus in inferiore: et accidunt apata ascellarum. et eructuatio plurima: et propter si fuerit percussio superius et alteratur color. ¶ Si autem scorpio fuerit vehementis malitie erunt accidentia mala valde quare superfluit dispositio predicte et est punctura sicut cauterium aduredo: et corpus totum rigorem patitur cum frigore: et eleuatur super labium humiditas viscosa que congelatur super ipsum et currit ex oculo similiter humiditas. deinde coagulatur lippa in angulis: et cadit alteratio forme et egreditur anus et apparet priapus et ingrossatur lingua et stridet dentes et spasmatur membra posteriora et quandoque ponuntur quidam dentes super alios et non aperiuntur et est signum mala. ¶ Inquit Gal. Si sua percussione inuenerit arterias accidet sincopis: aut inuenerit neruos accidet spasmus: aut inuenerit venas accidet putrefactio. ¶ Cura. Curetur per canones communes et per vaporationem cum eis que sunt sicut sal et milium et silia. et primum quod facio est suctio cum conditionibus suis: et reliqua que dicta sunt in attractione et administrentur super ipsum medicine acute subtiles velocis inflammationis sicut sunt assa et alleum et piretrum verum stercus est de melioribus medicinis ei. et similiter est auellana inda et ois auellana et herba cuius folia sunt quasi folia sausuci expansa super terram secundum rotunditatem cuius diameter est vnius palmi et in sapore eius est viscositas cuius gustus est sicut gustus alanabac recentis et bibitur cum aqua et sedat dolorem statim. ¶ Et dixerunt iterum herbas et arbores cum nominibus suis quas ego non noui. ¶ Et iterum arbor cuius crus eleuatur super terram quantitate vnius digiti: deinde nascuntur virge equales que eleuantur quantitate vnius cubiti et apparet super eas res sicut bala cuius sapor est sapor bala. i. succus palme in quo dactuli nascitur cuius potus sedat dolores statim et napi barbari sunt vltimi in hoc. et cepa squille est mirabilis quando comeditur et conferunt ei tyriaca magna et mitridatum et tyriaca esdre et tyriaca dyatessaron et sagzenea et medicamen de assa: et assa est medicamen bonum ei: et vinus albus et alharmel est ex eis que experta sunt nunc. ¶ Et cartamum campestre secundum quod testatur Gal. si retinuerit ipsum sedat dolorem et est de speciebus carduorum pungitiuorum. ¶ Et dixerunt quidam: si in potu detur in napello quantum est granum sisami sedat dolorem eius subito et non interficit quoniam interficiens est vsque ad mediam. ʒ. ¶ Et de medicis bonis ei sunt allea bibus vino super ea post horam. ¶ Et propter quod sunt cum equali quantitate nucum et comeditur de ambobus circiter vn. i. ¶ Et oportet post acceptionem alleorum et vini ut preparetur in loco vehementius estiuo et si ingenietur ut eius preparatio sit super vaporem aque calide erit iuuamentum. Et intentio quod in hoc est ut sudet. et intentio in hoc ut sudet est mouere materiam ad exteriora et sudare in balneo est vehementius iuuamentum ei. Et cum mouet bibat vinum purum. ¶ Tyriaca bona: aristo. lo. gentiana lauri cortex radicum capparis: radices collogn. absinthium nabathi vene citrine vinus alba aggregentur cum melle. ¶ Alia bona. Seminis rubee campestris cymini ethiopici sesis andachoca: opium ana. alsusef aceti quantum sufficit ad conficiendum. gummi quantum conglutinet aceti et aggregat medicinas et sit dosis eius aur. i. et non addatur super illud in eo quando est timor imo si necessarium est post horam aliam addere detur in potu mediis aur. alius. ¶ Tyriaca alia. Recipe alleorum et nu-

cis amborum añ. partem vnam: foliorũ ruthe sicce τ alitit τ myrrhe cuiuslibet añ. partem mediã conficiantur cum lacte τ fit dosis eius.ʒ.iij.cũ vino. ℂ Tyriaca bõa ei: castorei piperis albi myrrhe opij oium añ. partes equales: informent ex eis trocisci: cuius dosis fit tres oboli cum quatuor vn. vini. τ ɔfert iterũ morsui rutele. ℂ Et iterum opoponacum myrrha galbanũ castoreũ τ piper album cõficiantur cũ storace τ mellle cum equalitate. ℂ Et medicamen exercitua le cuius confectio h̄ est: radicis collognitide radicis capparis absinthij aristo. longe taraxacõ omnium añ. partes equales cuius dosis fit pueris tertia.ʒ.i. τ magnis est mirabilis virtutis cui non est par. ℂ Reliqua que bibunt ex medicinis bonis est alitit τ iterum vins alba τ iterũ cordumeni pondus.ʒ.ij. cum vino τ ciperi τ grana myrti τ albedarungi τ semen eius τ semen acetose campestris τ altaraxacon τ endiuia τ serapinum bibitũ τ linitum τ calamentum campestre τ cancri fluuialis si bibatur cum lacte asinino τ arabes quidam dant in potu morso pondus.ʒ.i. de radicibus colloquintide τ confert ei iuuamentũ visibiliter. ℂ Et quidã experti sunt salem masse qñ ex eo sicco sumitur quantũ plauta manus capit. ℂ Et existimauerũt quidã q alsinẽ viridis quando conficit cum butyro cocto vaccino post cõtritionem τ cribellationem τ sumitur ex eo ꝓpe duos aureos est maximi iuuamenti τ ei qui comedit raphanũ τ albedarũgi nõ nocet scorpio. ℂ Et locusta que nõ habet alas magni corporis que nominat hercules cũ exiccatur τ bibit cũ vino cõfert. ℂ Inquit fidelis: q si in potu dentur morsis ab eo opium τ semẽ iusquiami albi equali mensura confecta cũ melle cõferunt. ℂ Et existimauerũt quidã q encaustrũ indũ iuuatiuũ est bibitũ sicut confert linitum. ℂ Et agaricum est mirabilis iuuamenti τ fructus aphodilli τ flos eius τ bacche lauri ꝓprie τ semen alandacocha τ folia raphani τ hemech baucianum. ℂ Et iterum aristolo. nigelle radicis oppoponaci semis harmel partes equales cuius dosis fit au. duo cũ vino. Et iterum piretri aristol. baucie añ. pars.i. piperis pars.ß. maroch quarta partis vni9 cuius dosis fit sicut faba. ℂ Et iterũ aristolo. longe piretri equales partes cõficiantur cũ melle: cuius dosis fit.ʒ.ij. cum vino. ℂ Et iterum myrrhe oppoponaci opij ptes equales vitis albe partes.iiij. fiant ex eis trocisci. ℂ Et iterum corticũ radicũ aristolo. longe piretri amborum añ. pars.i. detur in potu quãtitas necessaria. ℂ Et dixerũt quidam: sumant fecis vini.ʒ.vi. τ sulfuris citrini ʒ.viij. seminis ruthe.ʒ.iij. τ castorei τ semis erucce amborum añ.ʒ.ij. aggregẽtur cũ sanguine testudinis marine cuius dosis sicut.ʒ.i. cum.v.vn. vini epithimata τ emplastra. ℂ Scorpio ipse est de emplis bonis ad scorpionẽ τ cauda ei9 iterũ.

ℂ Et iterum planta que dicitur planta scorpionis propter similitudinem quã cũ ea habet ꝗ̃uis ipse stupefaciat illum qd cũ ea emplastratur in dispõne sanitatis τ mortificat sanguinem in eo fm q existimat quidam iudeorũ. ℂ Et mus cũ finditur τ ponit super puncturam scorpionis iuuat cum ꝯtinuitate τ silr rana. ℂ Et nos quidẽ iam experti sumus encaustrũ indũ liniẽdo τ cõtulit τ sedauit dolorem. ℂ Et silr lac ficuũ imaturarum τ castoreũ. τ anacardus fm q quidaꝫ dicunt est mirabilis in hoc sedãs dolorem τ alcali est bonum: τ sulphur viuum cum gũmia pini aut glutino albori τ caro piscis salita τ allea decocta τ butyrum coctum ponãtur calida. Et iterum semen raphani aut semen altee: aut ambo cum sale. ℂ Et iterũ ordeum cũ succo ruthe: aut decoctione eius. ℂ Et iterum furfur tritici decoctus cum fimo columbino τ albedarungi est de epithimatibus bonis sedans dolorem statim. τ similiter sunt radices collogn. taraxacon τ endiuia τ amomũ cũ albedarungi. ℂ Epithima bonũ est sansucus siccus τ iterũ sal vrine est ex medicinis post quas nõ est iuuamentum. ℂ Et ex eis que conferunt ei est vt teneat morsum sup vaporem calidũ supuenientem a lapide ignito. ℂ Et ex embrocis eius est decoctio furfuris τ decoctio vrine τ decoctio camomille ẽ mirabilis τ aqua maris calefacta τ succus andacoche: aut decoctio eius vnaqueqꝫ est mirabilis τ napta alba calefacta est mirabilis. τ oleũ in quo decoctum est stellio cum distillatur super morsum calidum est mirabilis iuuamenti.

ℂ De algerarat τ cura eius. Cap. iiij.

Isti sunt sicut scorpiões hñtes corp9 gibbosũ: acutas caudas: τ eorũ venenũ est calidũ τ multiplicant in alcoꝫ τ in ascari honõito τ ꝓprie in muneris alanitudẽ. τ qñ mordẽt non curat de eis in hora illa: imo in mane aut post deinde accit angustia τ alterat color. τ qñqꝫ accit icteritia τ apat lingua τ vlcerat locus pũcture τ mingit sanguinẽ: τ qñqꝫ retinet nã: τ fortasse cõuertitur esse eius ad pditionẽ τ incipit cũ pulsu cordis τ sincopi τ nõ opꝫ vt negligat pp lenitatẽ situs eius: qꝛ h̄ ẽ mali venenũ. ℂ Cura. Post curã cõem meliores curatiões sunt cauterizare locũ τ potiões aq̃ lactuce amare τ aq̃ altararacon τ aque ordei τ oĩa extinctiua. ꝓpẽ cũ fortis fit inflatio τ melior curationũ eius expertus est sanich malorũ cum aqua frigida. ℂ Et dixit qdã radix polij cũ bibitur cum aqua cõfert. τ enula est medicamen bonũ ei fm q dicit. τ tyriaca alhascari est bona cuius descriptio est h̄. ℂ Corticũ capparis gentiane absinthij romani aristol. ro. oium añ. pars i. terant oĩa τ fit dosis eius pondus.ʒ.ij. ℂ Tyriaca ali3 eis: taraxacõ sicce τ foliorũ malorũ acetosorũ coriãdri oiũ partes eq̃les sumant puluetes eius ꝗ̃tum in vola manus capit. ℂ Et cuꝫ

accidit ei inflatio vehemēs sedetur cum aquis
fructuū ⁊ succo eoꝝ infrātis. ¶ Et si acciderit
pulsus cordis confert sirupus de malis alsemi⁹
⁊ sauich de malis. ⁊ lac valde acetosuꝫ cum tro-
ciscis de camphora. ⁊ si angustia sit fortior tunc
adhibeantur aque fructuū cum oleo rosꝫ. infri-
gidato. ¶ Qđ si nō retineatur disterizetur ⁊ si
mingit sanguinem flobotomeť ⁊ administretur
curatio mictus sanguinis. ¶ Et si opaꝫ lingua
flobotomeť vena que est sub ea ⁊ gargarizet cuꝫ
aq̄ endiuie ⁊ sirupo acetoso. ¶ Et si acciderit i
morsu corrosio curetur cum medicamine acu-
to: ⁊ in partib⁹ eius cum boloarmeno ⁊ acetoli
nito. ⁊ curetur cura vlcerum malignorum.

¶ De spē araneaꝝ ⁊ alscabē ⁊ rutelaꝝ. Ca. v.

D

E rutelis quidem iam dixerunt illi q
ꝯsiderāt ⁊ experiunť has res q̄ sunt
sex species: deinde diuersificati sunt
interpretando de ꝓprietate oīs spē-
carum. ¶ Dixerūt eni quidā antiquoꝝ medi-
corum q̄ prima spēs earū nominať albarbasiō
rotūde figure vnci coloris ⁊ significaꝫ p vnicuꝫ
colorem ille qui est ad nigredinē declinis. ¶ Et
scđa noiatur anchos: ⁊ est latioris corpis illa ro
tunde figure. ⁊ in ptib⁹ que sunt in collo ei⁹ sunt
squāme apparētes sup os eius sunt tria corpo-
ra eminentia ꝓcedentia ad exteriora rara lenia.
¶ Et tertia est murlzion ⁊ est in magnitudine
apis magne noiate agerus ⁊ color eius est ad ci
nereitatem declinis ⁊ tegitur corpus eius cor-
porib⁹ eminētib⁹ paruis rubeis ⁊ proprie apud
dorsum eius. ¶ Et q̄rta est saglaticosiō: q̄si to-
tum corpus eius ⁊ caput ei⁹ est duruꝫ: ⁊ est hñs
alas sicut sunt ale formice magne. ¶ Et quinta
est suchon: nā ipsa est longi corpis subtilis ⁊ su-
per corpus eius sunt puncta ⁊ ꝓprie apud ca-
put eius ⁊ ipsius collum. ¶ Et sexta est furbu-
lentis: nā ipsa est lōgi corpis viridis coloris cui
est q̄si aculeus sub collo ipsius. ¶ Et iste medi-
cus posuit puncture omnium specierum rutela-
rum accīntia vna ⁊ addidit alius accidētia pro-
pria. ¶ Et alius ab his duob⁹ viris dixit. Rut-
tela est animal simile aranee que noiaꝫ alfehed
⁊ est venatrix muscarū ⁊ spēs eius sunt plures.
Et fm q̄ dixit Gal. sunt duodecim spēs ⁊ eaꝝ
deterior est egyptiaca. ¶ De eis enim est rubea
quasi ipsa sit aranea rotūda ⁊ de eis est alba ha-
bens rotundū ventrem paruū os stellata ⁊ ipsa
est acuti dorsi cuꝫ lineis lucidis. ⁊ de eis est cītri
napilosa. ⁊ de eis est vna appropriata h noie. ⁊
de eis est cuius mediū capitis ⁊ pedes sunt bre-
uia declinia ad posteriora: ⁊ cum vult pungere
ꝓijcit se super pedes suos: ⁊ quādo vult bibe-
re euomit humiditatē paucā: ⁊ ē subtilior vnca
ꝑmo. ⁊ de eis est formicalis similiꝫ formice rube
um habens collum nigrū caput album dorsuꝫ
pūctatū colorib⁹ diuersis. ⁊ de eis est vespalis ru
bea similis vespe. ¶ Deinde pōit vnicuiqꝫ ea-
rum accidentia. ⁊ de eis est alkesenari que noia-
tur per hoc ꝓpter paruitatem suā ⁊ est quasi sit
herbus rotunda paruum habens os ⁊ subalbi-
dum ventrem albos pedes ⁊ multoꝝ pilorum.
¶ Egyptiaca vero que dicta fuit prius est mali-
gna habens ventrem magnum ⁊ caput magnū
simile aiali quod volat in circuitu candele.

¶ De eo qđ accidit ei queꝫ momordit rutela vniuersaliter ⁊ de distinctione. Cap. vi.

I

Nquit Gal. Non accidit morsu rute
le quod accidit puncture scorpionis
quāobrem non obuiat vene ledendo
⁊ non facit difficultatē egestionis fm
plurimuꝫ. ¶ Et inquit: ille qui dixit species ru-
telarum ⁊ nominauit eas nominibuꝫ primis q̄
omnes ille cōmunicant in apostematione loci
morsionis: ⁊ est locus morsionis in primis ho-
ris rubens ⁊ in plurimis eorum est coagulatio
sanguinis viridis in quo habeť prurit⁹ ⁊ quod
sequitur ipm: ⁊ quādoqꝫ extenditť vsqꝫ ad crus
⁊ addiderunt alij q̄ est illic eminentia plurima
valde ⁊ inflatio. ¶ Et dixit primus ⁊ accit mē-
bris mēbris neruosis ⁊ ossibus frigiditas sem p
s. eis que sunt sicut genua ⁊ alchatim ⁊ dorsum ⁊
spatule: ⁊ fortassis infrigidatur corpus ⁊ tremit
⁊ horripilatur. ¶ Inquit. ⁊ sunt illic dolor ve-
hemens clamosus ⁊ vigilie ⁊ citrinitas coloris:
⁊ imaginatur in oculis q̄ ambo sunt humidio-
res q̄s cōsueuerunt ⁊ distillant lachryme guttis
frequentibus ⁊ sentitur in inferiorem partem ven
tris: ⁊ ꝓprie ꝓpe pectinem sicut vacuatio ⁊ ina-
nitio: ⁊ incipit nā expellere materiā aquosaꝫ su
perius ⁊ iferius ⁊ q̄nqꝫ apparet in illa materia
qđ est sicut tela aranee: ⁊ accidit inguinib⁹ ⁊ te-
sticulis inflatio ⁊ uirgæ contractio sicut spas-
mus: quorum forsitan dilatatio nō equat ⁊ ac-
cidit dolor oris stōi: ⁊ nausea: ⁊ emittit corp⁹ su-
dorem frigidum: ⁊ fortasse capitis incurrit do-
lorem sicut est dolor capitis patientium bursen.
¶ Et addiderūt alij q̄ accidit faciei citrinitas
⁊ corporis grauitas ⁊ vrine mor⁹ cui fortasse asso
ciatur punctura. ⁊ quandoqꝫ egreditur cum ea
sicut aranea ⁊ accidit neruis ⁊ genibus ⁊ pecti-
ni tensio vehemēs: ⁊ similiter in stomaco ⁊ lin
gua abbreuiatio ⁊ retentio ⁊ fortes fiunt dolo-
res. ¶ Inquit primus: ꝓprietas autem speciei
sexte fm q̄ narrauerūt est q̄ accidunt ex ea do-
lor vehemens in stomaco: ⁊ rigor vehemens
valde cū tremore plurimo valde. h dixit. ¶ Di-
stinctio vero quam dixerunt Gal. ⁊ alij est q̄ ipsi
dixerunt ex morsu quidem eius que de illis ru-
bea est accidit dolor paruus velocis sedationis.
¶ In nigre vero aut varie morsu fit fortis do-
lor cum horripilatione ⁊ frigore ⁊ tremore ⁊
grauitate in corio ⁊ pruritu ⁊ putrefactione ⁊
mollificatione ventris ⁊ fluxu eius. ¶ In stel-
late vero morsu fit fortis dolor cum pruritu: ⁊
horripilatione ⁊ stupore capitis ⁊ mollificatiōe

corporis. ¶ Ex vnea vero accidunt dolor vehemens in loco percussionis: ⁊ frigus corporis totius ⁊ horripilatio ⁊ tremor ⁊ spasmus ⁊ sudor cutis frigidus: abscisio vocis ⁊ stupor in corpore toto: ⁊ apostema in vētre ⁊ tensio in virga ⁊ pectine ⁊ vomitus rei absq3 volūtate ⁊ vrina turbida. ¶ Uerum nigra fumosa est maligna: ⁊ accidit ex ea dolor stomaci ⁊ frequentia vomitus ⁊ dolor capitis ⁊ tussis consecutiua ⁊ difficultas egerēdi interficiens velociter. ¶ Ex morsu autem citrine pilose fit dolor fortis valde ⁊ accidunt tremor ⁊ sudor frigidus cum inflatione ventris: ⁊ interficit multotiens. ¶ Et addunt quidam eorum in narrando quādā vnea3 de erectione virge: ⁊ tensione priapi ⁊ abscisione vocis: ⁊ expulsione spermatis ⁊ spasmo: ⁊ illud non est fidum existens ex eis que approbamus. ¶ Formicalis aute3 morsus est vehemēs parum dolorosus. Sed ex eis accidunt vesicatio corporis ⁊ grauitas lingue. ¶ Ex vespali vero accidunt apostemata in loco ⁊ spasmus profundus somnus dominans ⁊ debilitas amborum genuum. ¶ Ueru3 alkesinan est maligna cuius accidētia sunt de genere accidentiū vnee: sed ipsa sunt difficiliora accītibus vnee. ¶ Egyptiaca vero est maligna ⁊ facit accidere dolore3 capitis vehementem ⁊ profunditatem somni ⁊ succedit ei mors: ⁊ vita.

¶ De cura. Cap. vij.

i In cura eorum iteru3 administratur canon vniuersalis ex attractione ⁊ suctione ⁊ linitur cum aqua salsa ⁊ dantur tyriace predicte in capitulo scorpionum ⁊ balnea ⁊ tina sunt velociores res in sedando dolores eorum. Nam cum ipsi humectantur in tina sedatur dolor eorū ⁊ si egrediuntur ab ea redit: quare oportet vt balneentur omni hora. ¶ Tyriaca bona ad rutelam ⁊ draconem marinum ⁊ genera serpentum. ¶ Dixerunt. detur in potu in morsu eorum que sunt sicut surturugon medicamen huiusmodi: bdellij al. aristo. radicis lilij celestis spice celtice eruce pireti dauci ellebori nigri ⁊ cumini ⁊ aphodilli ⁊ foliorum agēbin ⁊ afuniton capitu3 granatorum coaguli leporis cinamomi cancri fluuialis storacis succi papaueris carpobalsami omnium. añ. vn. terantur ⁊ conficiantur ⁊ informentur trocisci quoru3 vnusquisq3 sit vnius aurei. ⁊ est dosis vna: detur in potu cum vino ⁊ semine alandacoche ⁊ nuce cupressi ⁊ semie apij.

¶ Relique medicine. Grana pini ⁊ cuminum ethiopicum ⁊ folia arboris aldulb: ⁊ cortices eius ⁊ semen alandacoche ⁊ cicer niger ⁊ proprie campestre. ⁊ grana magna sunt bona valde ⁊ semen abrotani ⁊ semen aneti ⁊ aristologia ⁊ fructus tamarisci ⁊ succus semperuiue ⁊ lac lactuce campestris ⁊ dosis cuiuslibet istorum sit pondus. ij. aur. cum vino. ¶ Iterum vinum in quo decocta est nux cupressi ⁊ proprie cum cinamomo ⁊ ius cancrorum ⁊ ius anseris ⁊ decoctio radicum asparagi cum vino ⁊ aqua. ¶ Et ex eis que ipsis in potu tribuuntur composite sunt aristolo. ⁊ cumini partes equales ⁊ sit dosis eius. ʒ. iij. in aqua calida. ¶ Tyriaca ad illud experta. ℞. nigelle. ʒ. x. dauci cimini amborum. añ. ʒ. v. radis nucis cupressi amborum. añ. ʒ. iij. spice nardi ⁊ baccarum lauri ⁊ aristolo. rotun. ⁊ carpobalsami ⁊ cinamomi gentiane seminis andacoche seminis apij omnium. añ. pondus. ʒ. ij. conficiantur cum melle: ⁊ dosis sit quantitas nucis cum vino antiquo.

¶ Epithimata ⁊ similia.

¶ De bonis eoru3 est cinis ligni fici confectus cū vino ⁊ sale ⁊ calcasia ⁊ spongia infusa in aceto ⁊ expressa ⁊ aristologia cum farina ordei cōfecta cum aceto ⁊ folia alcorsuf ⁊ porri ⁊ virge pastoris et aristo. cum arbore fici. ¶ Emplastrū bonum. Sumantur cortices granatorum aristolo. et farina ordei cu3 aceto administrentur post ablutionem vulneris cum aqua et sale. ¶ Et de vnguentis est oleum de andacocha embrocatū calefactu3. ¶ Et de embrocis est aqua marina calefacta. Et omnis aqua salsa: et decoctio alcorsuf et decoctio nucis cupressi.

¶ De scichi et cura eius. Cap. viij.

h Hec est sicut aranea habēs plures pedes ⁊ longos et dixerunt: accidūt ex morsu eius dolor stomaci et vomitus et difficultas vrine et egestionis et est interficiens. et egyptiacum est deterius. dico autem q̄ ego nescio an hoc egyptiacu3 est illud qd̄ predictum est in capitulo rutele aut illud. et cura eius est cura rutele.

¶ De aranea et signis ei⁹ et curatōib⁹ ei⁹. C. ix.

a Accidunt ex morsu eius vētositas plurima in ventre cum horripilatione et frigore extremitatum et erigitur virga. ¶ Et cura eorum est ex genere cure rutele. ¶ Et confert eis sumere in potu vinū alicuius quantitatis post aliam tota die et ponere morsione3 in vino vt sudare in balneo. ¶ Et de medicinis eorum sunt nigella et vinum et ruta sicca cum vino sola aut cum ciperis.

¶ De duobus animalibus que dixerunt quidam sapientum medicorum. Cap. x.

s Sunt ambo iterum de genere cuius preteriit rememoratio. Uerum ego non scio esse eorum et an ipsa ingrediantur in eis que sunt preterita aut non et cognoscuntur per hoc quod habent quatuor mandibulas. ¶ Inquit ille sapiens: sunt ambo ex genere rutele: et vnum eorum est latum habens pedes albos: et super caput eius sunt due eminentie quarum vna descendit in anteriore parte capitis: secundum rectitudinem: et altera transit incidendo hanc in latitu-

dine: quare facit imaginari illud qd habet duo ora ⁊ quatuor mandibulas. In illo vero loco eminentiarum sunt due linee facientes imaginari illam imaginationem. Et accidit ex morsu eorum illud quod accidit ex morsu scorpionum. ⁊ dolor vehemens: ⁊ albedo coloris morsionis ⁊ extenuatio faciei ⁊ capitis ⁊ vigilie. ℭ Et cura illius est cura morsionis rutele. ⁊ medicine magis proprie de illis que sunt ad rutela sunt ozimū ⁊ radix opoponaci ⁊ alandacocha ⁊ abrotanū.

ℭ De animali alio nominato tuharse. Ca.xi.

Oc animal retulit ille sapiens ⁊ dixit: accidunt ex morsu eius dolor vehemens ⁊ rubedo ⁊ difficultas vrine. ⁊ conferunt patienti per ipsum fructus tamarisci ⁊ cyminum campestre ⁊ folia nucis ⁊ allea ⁊ vinum dulce.

ℭ De pediculo vulturis nominato dehe persice: ⁊ méluce grece: ⁊ ragarius indice. ⁊ hec bestia ē sicut pediculus aut sic͂ pullus alcādā. C.xij.

Ixit Gal. est paruus a quo non cauetur ⁊ forsasse non videt͂ morsus eius ⁊ est ex eis que faciūt erūpere sanguinem per vrinā et per nares ⁊ in ano ⁊ ex stomaco per vomitum ⁊ ex pectore ⁊ pulmone ⁊ ex radicibus dentium. ⁊ quandoq͂ magnificatur timor in eo: quare non recipit medicinā cuius cura est similis cure algerarati. ℭ Et ex eis que ei propria est sunt vt liniatur morsio cū bezahar ⁊ cum succo lactuce ⁊ sandalis rubeis ⁊ confert morsui eius lac lactuce ⁊ caprinum ⁊ butyrum crudum ⁊ terra sigillata ⁊ algeduar ⁊ portulaca ⁊ succus eius ⁊ psilium ⁊ mucilago eius ⁊ reliqua extinguentia sicut aqua endiuie ⁊ aqua lactuce ⁊ cucurbite ⁊ citroli.

ℭ De altamul ⁊ porco lupi. Cap.xiij.

St bestia habens multos pedes acuti veneni ⁊ est in iudicio pediculi vulturis ⁊ vesparum.

ℭ De vespa. Cap.xiiij.

St vehementioris calefactionis quā apis ⁊ accidunt ex morsu eius dolor ⁊ rubedo ⁊ apostema. ⁊ de vespis magnis est genus habentium capita nigra ⁊ habentium aculeos plurimos interficiēs. ℭ Et magne qdem sunt maioris cautele prorsus ⁊ magis perniciose. quapropter forsasse pducunt ad spasmum ⁊ ad debilitatem genuum: sed in paruarum iterum morsu quandoq͂ magnificatur timor. quare faciunt accidere vesicas ⁊ grauant linguam.

ℭ De cura. Cap.xv.

Dministretur desuper ex suctione illud qd scis ⁊ si magnificatur timor, tunc illud quod succurrit tunc est pōdus medie.ʒ. seminis sansuci: quoniā sedat dolorem in loco eius: aut tres vole coriādri sicci: ⁊ sumat succos infrigidantes cognitos ⁊ potus infrigidantes. ⁊ quandoq͂ supponitur glaties sicut collyrium ⁊ confert. ℭ Et de epithimatibus eius est aqua malue ⁊ aqua albedarūgi ⁊ citroli sunt mirabiles cum proprietate sua. ⁊ altea iterum ⁊ blitis ⁊ solatrum ⁊ sisamum cōtritum ⁊ folia eius. ℭ Et iterum ficus ⁊ acetum ⁊ limum ⁊ aqua agreste. ℭ Et iterū stercus vaccinum proprie cum aceto. ⁊ iterum folia sisimbrij ⁊ folia lauri recentis. ℭ Et iterum sumantur opium ⁊ semen iusquiami nigri ⁊ camphora ⁊ liniatur cum succis frigidis ⁊ tegatur cum panno lini infuso in aqua frigida: ⁊ liniatur in circuitu eius cum luto ⁊ aceto ⁊ similiter herba fluminis cum aceto est mirabilis. ⁊ similiter viriditas que accidit super cursum aque. ℭ Et iterum scdm qd existimant quidam vaporetur cum aqua ⁊ sale ⁊ liniatur cum lacte fici. ℭ Et iterū suriga parietum cum aceto. ℭ Et quandoq͂ fiūt ex aquis horum ⁊ decoctionibus ipsorum embroce. ℭ Et expertum est qd quando membrum dimittitur in aqua calida hora vna. deinde permutatur subito ad aquam salsam mixtam cum aceto sedatur statim. ⁊ de fricationibus eius sunt musce: quoniam ipse sedant dolorem.

ℭ De apibus ⁊ cura ipsarum. Cap.xvi.

Abent dispositiones proximas vespe nisi quia dimittunt aculeum in punctura. ℭ Et cura eius proxima est cure vesparum.

ℭ De formica volante ⁊ re alia eis simili. Capitulum. xvij.

Lla est dispositionis proxime api ⁊ sanior ea. Et dico qd de habentibus mucronem ⁊ aculeum est res similis formice volanti. veritamen est lōgior eo plurimum ⁊ non est in grossitudine eius ⁊ habet pedes araneales longos curuos longiores pedibus vesparum: ⁊ cingulum qd habet est citrinum: ⁊ non est ei ⁊ ingenio ad fabricandum habitaculum suum quod est vespis: immo fabricat ipsum de luto habentem orificia lata ⁊ facit pullos sicut aranea qui cum egrediuntur de cauernis suis incedunt ambulatione aranee quasi excorientur posterius ⁊ volant ⁊ apud me est de iudicio vesparum.

ℭ De stellione ⁊ lacerta. Cap.xviij.

Uādo mordet dimittit i loco sui morsus dentes paruos subtiles nigros ⁊ non cessat locus dolere ⁊ prurire donec auferatur cum seca aut cutello trāseunte super eos ⁊ asumat eos ⁊ colligat eos: quare sedatur dolor. ℭ Et quandoq͂ extrahit dentes eius oleum ⁊ cinis: deinde sugatur locus ⁊ ponatur in aqua calida. ℭ Et dictum est qd comedere altaxaracon valde iuuatiuum est ad morsum eius. qd si dolor magnificetur detur in potu tyriaca rutele.

ℭ De animali habente.xliiij.pedes. Cap.xix.

Si animal cognitum per intromissio-
e nem auris ⁊ quandoque est in longitu-
dine eius palmus unus. ⁊ habet in om-
ni latere viginti duos pedes: ⁊ quan-
doque ambulat ad anteriora: ⁊ quandoque conuerti-
tur eius dispositio. ⁊ habet secundum quod dicitur vene-
num quoddam cum quo accidit dolor paruus: qui
sedatur statim. ⁊ flos aphodilli est de tyriacis
eius ⁊ quandoque sufficit in eo administratio salis cum aceto.

℄ De morsu salamandre. Cap. xx.

Xistimatur quod ipsa sit bestia filiis lacerte
e habens quatuor pedes curte caude.
Et extimant quidam quod ipsa non adu-
ritur. Et si proijcitur in larem extinguit
ignem. ⁊ accidit ei quem mordet dolor vehemens
⁊ inflatio in corpore ⁊ grauitas lingue ⁊ punctio
eius ⁊ tremor ⁊ stupor ⁊ multotiens accidit nigre-
do membri secundum figuram rotundam ⁊ casus eius.

℄ De cura. Cap. xxi.

Ixerunt quidam: cura eius est cura
d cantaridis. ℄ Et proprius quo curantur
est ut in potu dentur resina ex quacunque
pino fuerit cum melle. ⁊ detur eis in
potu decoctio camepitheos ⁊ decoctio lilij cum
folijs vrtice ⁊ oleo. ℄ Et de eis sunt qui dant
illis ranas decoctas ⁊ dant ipsis in potu de iure
earum ⁊ emplastrant eos cum carne ipsarum ⁊
quandoque comedunt eas. ℄ Et similiter est su-
ctio testudinis campestris ⁊ marine decocte.

℄ De saculo sudurni campestre ⁊ marina. Ca. xxij.

Et ego quidem non cognosco ipsam
e ⁊ non est longinquum quin iam ex-
pleuerimus narrationem eorum. ℄ Di-
xerunt quidam accidit ex morsu cam-
pestris ut obfuscetur morsio ⁊ fiat rosei coloris
⁊ parum rubei rudine clara immo parum valde.
⁊ fiunt dolor vehemens ⁊ pruritus in corpore.
℄ Marini vero morsus est aquosi coloris. ⁊ si-
milatur ut sit cura eius cura rutele ⁊ similium.
℄ Et dixerunt quidam emplastretur cum sale
aut cinere cum vino aut cinere confectio cum
aceto squillitico aut cum sisamo adusto ⁊ vino.
℄ Et embrocetur pannus cum oleo plurimo ⁊ aqua
calida deinde ponatur desuper.

℄ De scorpione marino. Cap. xxiij.

Xistimo quod accidit ex morsu scorpio-
e nis marini inflatio ventris ⁊ forma hi-
dropica. ⁊ quandoque accidit ex eo cri-
tus ventositatis absque voluntate ⁊ opor-
tet ut caueatur in cognitione eius. ℄ Et cura eius
est cura draconis marini ⁊ rutele. Et dixit qui-
dam in cuius sermone non confidetur quod scor-
pio aque est calidi veneni.

℄ De aranea marina. Cap. xxiiij.

Idetur quod sint dispositiones eius pro-
v pinque dispositionibus scorpionis
marini.

℄ De morsu rane marine rubee. Cap. xxv.

Arrauerunt plures sapientum quod ipsa
n est maligna mala inuadens animalia
⁊ corpora ⁊ sallit ad ea ex longinquo
vt mordeat ea. ⁊ si non potest morde-
re sufflat ad ipsa exsufflationem nociuam. ℄ Et
accidunt ex morsu eius apostema magnum ⁊ per-
ditio velox. ℄ Dico simile est vt sit cura eius
cum tyriaca magna ⁊ quod est eius generis.

℄ De summa curationis reptilium marinorum
venenosorum. Cap. xxvi.

Ixerunt: oportet vt curentur cum ty-
d riacis ⁊ cum eis quibus curatur ve-
nenum frigidum ⁊ cum medicinis ru-
telarum ⁊ tyriaca earum.

℄ Fen septima de decoratione que est tres tractatus.

℄ Tractatus primus de dispositionibus capil-
lorum ⁊ in ipso sunt furfures. Cap. i.

Apillus nascitur ex vapore fumo-
so cum coagulatur in poris tor-
c tur super eos ⁊ proprie per illud
quod assumitur ex alimento: ⁊
proprie quando est humiditas
corporis viscosa vnctuosa non
aquosa neque limosa sicut arborum vnctuosarum
folia non cadunt. Et iam quidem dictum est in
libro primo de denigratione eius ⁊ canitie ip-
sius ⁊ reliquis coloribus. Verum quod pendet
ex sermone de decoratione est regimen substan-
tie eius cum nascentia ⁊ opilatione. ℄ Et regi-
men numerationis eius cum multiplicatione ⁊ mino-
ratione. ℄ Et regimen quantitatis eius cum ingrossa-
tione ⁊ subtiliatione ⁊ prolongatione. ℄ Et regimen figu-
re eius cum applanatione ⁊ crispatione. Et regi-
men coloris eius cum denigratione ⁊ subalba-
tione ⁊ de albatione. ℄ Et nos loquemur in
hoc tractatu secundum hanc intentionem.

℄ De causa destructionis capillorum. Cap. ij.

Apilli destruuntur vel minuuntur: aut
c propter causam in materia. aut pro-
pter causam in re in qua nascuntur.
℄ Et causa in materia est vt minore-
tur aut priuetur. Et paruitas est aut causa eius
quod ipsam submergit: aut alterat eam: aut cau-
sa paruitatis substantie prime sicut est paruitas
vaporis fumosi in pueris ⁊ mulieribus propter
multitudinem vaporis humidi: quare non na-
scitur barba in eis. ℄ Paruitas autem radicis
substantie: aut est propter accidens: aut quoniam
natura consumit eam. ℄ Illud vero quod est per acci-
dens est sicut accidit conualescentibus cum exic-
cant eos egritudines longe pthisice ⁊ ethice. qua-
re non remanet eis materia de qua cibentur ca-
pilli: quare cadunt ⁊ non nascuntur sicut acci-
dit plantis irrigatis quando non irrigantur: ⁊
sicut accidit castratis ex similitudine eorum cum
mulieribus in humiditate per frigorem pro-
pter causam testiculorum eorum. Et propterea
quod illud quod generat sperma conculcatur

in eis: ⁊ infrigidatur ⁊ peruenit frigus eius ad membra sublimia ⁊ infrigidat ea: quare non resoluitur humiditas eorum ad exiccandũ ⁊ qđ resoluitur non remanet in poris propter paruitatem suam ⁊ subtilitatem ipsius: imo egredit. ⁊ sicut accidit qui assuetevitur instius grauibus super caput suum. ¶ Illud vero qđ est ex via nature est sicut caluitium: caluitium enim accidit propter abbreuiationem materiei pilorum ex caluitio. ¶ Et illud est propter paruitatẽ eius: aut propter submersionem cerebri ab eo quod tangit ipsum de craneo: quare non imbibit ipm ea imbibitione qua imbibit cum est obuians.

¶ Illud autem quod fit propter causã in re in qua nascuntur est ſm tres modos: aut vt non penetret in eam materia pilorum: aut vt penetret in eam sed nõ retineatur: aut corrumpitur in ea ⁊ resoluatur ad qualitatem non conuenientem vt pili generentur. ¶ Et non penetrat in eã nisi propter opilationem pororũ: ⁊ non opilantur pori nisi propter vehementiam soliditatis eius per siccitatem ipsius: sicut est de adiuuantibus ad caluitium: ⁊ festinat in calida complexione propter velocitatem exiccationis eius: ⁊ ppter illud multiplicantur super preparatos ad caluitium pili corporis: ⁊ pectoris propter caliditatem complexionis eorum. Nam parum quod est ex pilis eorũ est difficilis euulsiõis. ¶ Aut propter soliditatem eius causa vestigiorum vlcerum preteritorum sicut est dispositio in glabrie. ¶ Et illud quod non retinetur in ea est propter vehementiam raritatis eius ⁊ amplitudinẽ pororum eius: sicut est ex aliquo adiuuantium ad hoc vt non nascatur barba etiam vsq; in finem vite. ¶ Aut propter siccitatem complexionis: quare constringuntur pori cum humiditate cõplexionis propter paruitatẽ caliditatis: an non vides q̃ non fit caluitium ⁊ est residuum capillorum illorum subtile facilis euulsionis sicut est mulieribus ⁊ castratis. ¶ Et illud quod corrũpitur in ea: aut est propter humorem fixum malignum sicut in alopitia ⁊ tyria: aut propter vlcera mala corrosiua sicut est in qbusdã speciebus glabriei. ¶ Et caluitiei quidem curatio est difficilis quãuis sit possibile ipsam repellere antequã incipiat aut tardare eã. ¶ Et propter illud quidem dixit. Hyppo. q̃ quando caluis varices accadunt nascuntur capilli eorum voluit intelligi depilatos per alopitiam ⁊ similia. ¶ Et pili superciliorum ⁊ palpebrarum non cadunt velociter: propterea q̃ eorum origo est spissa cerebri laginosa conseruatiua. ⁊ propter illud tardatur caluitiũ in ethiopibus ⁊ zinzi: propterea q̃ cutes eorum vehementer retinent pilos eorũ. durum.n. non euellitur ⁊ pp illud minorantur cũ eo pili. Verum ipsum seruat pilos quare nõ cadunt velociter ⁊ non depilantur. ¶ Et blesi quidem non fiunt calui propter multitudinem humiditatis cerebrorum eorum. ⁊ propter illud multiplicatur in eis diaria facta a catarro.

¶ Medicine cõseruantes capillos sunt ille in quibus est caliditas subtilis attractiua ⁊ virtus stiptica: ⁊ ille in quibus sunt proprietates qbus operantur. Et iam diximus simplices harũ medicinarũ in medicinis singularibus: ⁊ dicemus iterum in antidotario composita ad eos. ⁊ dicemus hoc de medicinis que sunt conuenientiores huic loco. ¶ Medicine igitur simplices que conueniunt ad conseruationem capillorum ad succurrendum inceptioni eorũ in casu ſm summam vicissitudinem conditionem post conditiones necessarias in regimine ipsarum sunt hmõi myrtus ⁊ grana eius ⁊ laudanum ⁊ emblici ⁊ myrabolani kebuli ⁊ myrrha ⁊ aloes ⁊ capillus veneris: ⁊ cadunt in eis galle propter stipticitatẽ earum ⁊ alseluzaharagi pprie cum vino stiptico ⁊ oleo myrtino aut oleo masticino ⁊ aqua myrti aut succo foliorum alxeridaraci. ¶ Et iterum adustum arboris lini aduste cũ semine suo linitum cum oleo. ¶ Et iterum cortices nucis adusti qñ miscent cum oleo myrtino ⁊ vino stiptico ⁊ inungunt cum eis ⁊ pprie pueri. ¶ Et ex cõpositis est illud qđ. ℞. grana myrti ⁊ gallas ⁊ emblicos ⁊ decoquant cum oleo ro. aut oleo myrtino ſm modum notum ⁊ administrentur. ¶ Et iterum folia myrti humide ⁊ laudanũ ⁊ rãnus ⁊ extremitas cupressi ⁊ grana myrti sumantur ⁊ cum eis cõmouendo tangat caput trino dissolutis cum oleo oliue. ¶ Et iterum granorum myrti nigre ⁊ sceis apij extremitatũ myrti ⁊ sceis sicle ⁊ extremitatũ rãni oĩuz. ãñ. para. L. capilliveneris ⁊ laudani amborũ. ãñ. pars. S. vini nigri partes. vi. dissoluantur medicine in ipso decoquendo donec ⁊ remaneant tertia vini: deinde proijciantur desuper oleum oliue aromatizatum cum ciperis ⁊ spica partes. ij. ¶ Et iterũ decoctio eius donec ferueat tribus ebullitionibus: deinde colentur aqua ⁊ oleum a medicinis cum expressione vehementi ⁊ ponantur in vase vitreato qđ sit ad modũ pyxidis ⁊ pcurat ⁊ administret apud necessitatẽ: est.n. pseruatiuum ⁊ denigratiuũ. ¶ Et iterũ sceis apij ⁊ sceis sicle ⁊ capilli veneris ⁊ thuris oium. ãñ. vn. ij. nuces. xv. numero corticum pini lib. i. ⁊ assentur oia in noctẽ furno posita in vase lutato ⁊ dimittantur donec adurantur omnes partes eorũ ⁊ conterantur contritione ⁊ proijciatur super ea lib. i. adipis vrsi que est melior adipe anseris ⁊ reponat ⁊ quotiens indiget eo liqfiat in oleo aromatico ⁊ administret. ⁊ confert iterũ caluitiei incipiẽti. ¶ Et iterum sumatur lib. i. S. vini stiptici ⁊ laudani. vn. i. corticum pini adustorũ. vn. ij. capilli veneris combusti. vn. iij. adipis vrsi lib. i. succi solani. vnc. iij. S. decoquatur laudanum in vino cocto donec inspissetur ⁊ proijciantur super ipsum medicine ⁊ misceantur ⁊ reponant; ⁊ quãdo

do indigetur eo sumatur ex ipso aliquid in oleo aromatico. & melius oleū est oleū nardinū & liniatur & quādoq3 linitur sine oleo. ❡ Et ex eis que sunt lenia est vt sumātur myrrha & laudanum & oleum myrtinū & ꝓprie qd̄ fit ex oleo de keiri & aqua myrti decocte in vino stiptico & misceanť sm̄ ꝙ exigit illud qd̄ est prius & liniať cum eo. ❡ Aut sumantur folia floꝝ papaueris rufficū oleo myrtino & inungať caput & dimittať in nocte: deinde balneetur. ipsum. n. conseruat & denigrat. ❡ Aut sumanť laudanū & capillus veneris & cinis corticū pini & adeps vrsi & vim pōtici quantū sufficit cōmixtis et sicut oleo masticino aut myrtino. ❡ Aut sumātur capilli veneris & laudani equaliter & olei myrtini omnium añ. aur. i. rute montane aur. ij. teranť cum vino stiptico & misceantur cū adipe vrsi & administrentur. ❡ Medicamē conseruās pilos supercilio rū. ℞. rosarum papaueris russi partes. iiij. fumi terre cum radicibus suis. & extremitatū ficiom nium añ. partem. i. laudani partes. iij. capilli veneris partes. ij. conterātur et administretur cuz oleo masticino. ❡ Simile et iterū: radicū vitis albe aut radicuz alafras & cineris arboris pini recentis omnium añ. pars. i. baurach partes. ij. misceantur cū oleo myrtino aromatico: h̄ ergo est sermo plurimus. ❡ At vo si fuerit cā siccitas complexiōis & paucitas sanguinis: delitijs foueatur corpus & cibetur eis que sunt boni nutrimenti: & pinguia ex ipsis in quibus est declinatio ad caliditatem subtilē. ❡ Et dimittat omne salsum & acetosum et ponticū: et dimittat coitum. et de vino dimittat illud qd̄ est antiquuz. Et assiduet balneationē cum aquis dulcib⁹. ❡ Et nō approximeť corpori nitrū nec vsnē neq3 sapo: imo qd̄ fit sicut farina fabarū aut grana melonis aut creta & psiliū et similia. ❡ Et si fuerit ꝓpterea ꝙ pori cōstricti sunt valde indigeť eis que resoluunt & rarificant: et diligitur vt ponātur in cibo ea que aperiūt sicut sinapis et allea & porri et liniatur cutis iterū cum eis que sunt sicut gūma rute siluestris & sinapis et calamētū et ruta. et cepe et administreť in balneo aque resoluentes et abluatur caput cuz baurach et spuma maris. Et op3 vt abstineat patiēs illud ab oleis. ❡ Et ad illud quod est ꝓpter raritatē cōferūt medicine predicte quarū declinationis plm̄ est ad stipticitatem et epithimata & olea stiptica et intr oitus balnei et administratio tepide: deinde consecutio cum frigida subito.

❡ De plībus embrocis capilloꝝ. Ca. iij.

Qures embroce capilloꝝ sunt in q̄rū substantia est viscositas ex qua possibile est vt capilli assumant et sunt sicut folia sisami et folia cucurbite et olea in quib⁹ sunt calitas & stipticitas: sicut oleū de lilio mixtū cum cera aut sicut est oleū de alcāna et oleum myrtinum ꝓprie et cadit in illis ablutio capitis cum infusione colloquintide. ❡ Et ex eis que conferunt in hoc est vt sumatur laudanum et dissoluatur quod de eo bonum est in testeo vase lutato super prunas subtiles liquefactione facta in oleo oliue et puluerizeť sup ipsuz aliquid de nucleis oliuarū combustis et cōmisceantur omnia super prunas cōmixtione subtili et administreť. ❡ Et folijs quidez alzerideracti & aqua foliorum eius inest proprietas bona in hoc & corpori seminis lini administrato cū oleo sisamino. ❡ Compositū sumātur folia alzerideraet & capillus veneris recens romanus & myrrha & emblici & commonendo tegatur cum eis caput in quibusdam ablutionibus cognitis. Et iterum sinapis & ponatur in decoctione sicle & abluatur cum ea caput & inungatur post ipsas cū oleo myrtino aut cū oleo de emblicis. ❡ Cōpositum bonum. ℞. fellis taurini & fellis vrsi & myrabolanorum emblicoꝝ kebulorum & bellericoꝝ & sedeguaram & gallarum integrarū omnium añ. partem. i. teranť & nutriantur cū succo solatri. vij. diebus: deinde exiccenť & administretur ex eis epithimata cū aliqua decoctione post ablutionem capitis & barbe cum aqua & melle & nitro contrito. ❡ Et iterum ordei contriti ʒ. xxx. emblicorum. ʒ. v. decoquantur cū aqua decoctione vehementi donec aqua sumat virtutē amborum & decoquantur in illa aqua existente in ipsa olei vio. quantum est medietas aq̄ & laudani pondus. ʒ. iij. foliorum sisami & foliorum altee & foliorum cucurbite humidorum aut siccorum omniū añ. pōdus. ʒ. x. nō cesset decoq aqua donec ꝯsumātur & remaneat oleū. ❡ Descriptio alia: & refertur ad allanduz: scirēblegi. ʒ. x. decoquantur cum duabus lib. aque vsq3 quo redeat ad quartam & fundatur super eam quātum ipsa est olei de ben & aliquid ordei excoriati & aliquid laudani & decoquatur vsq3 quo redeat ad tertiam.

❡ De faciētib⁹ nasci pilos fortibus. Cap. iiij.

Et in ipsis est cura caluitiei cuius curatio est possibilis & casus supercilioꝝ & ciliorum. & oēs medicine q̄s dicemus in capl̄o alopitie: & oīs modus regiminis ex fricatione capitis & rubificatione eius & administratione eius ad ip̄m sup ip̄m: deinde administrationes medicinarū fortis attractiōis & resolutiōis cū ꝓprietate quam habent in alopitia sunt iuuatiue in caluitio & faciendo nasci pilos in depilato & in superciliјs & barba. ❡ Et in cortcib⁹ radicis salicis cum oleo est cōfortatio & conseruatio mirabilis cum denigratione. ❡ Medicine aūt de quibus est nr̄a intentio vt h̄ narremus eas q̄rum iterū sint iuuatiue in alopitia postq̄ fecerim⁹ illud qd̄ dixim⁹ in fine capituli ꝯseruatiōis capilloꝝ sunt ista. ❡ Sumātur cantarides recentes ablatis pedib⁹ & capitibus exiccate in vmbra & terātur in oleo vio. aut

decoquantur in eo aut in oleo oliue donec igrossetur: ⁊ lini cum eo vbi volueris: vesicabit enim deinde nascentur pili. ¶ Et similiter mel anacardi quando ponitur super locum cuius pili depilati sunt. ¶ Aut terantur condisi in oleo ouorum ⁊ liniat cum eo homo vbi voluerit multotiens: faciet enim nasci pilos. ¶ Aut sumatur vngula asini adusta ⁊ cornua combusta ⁊ liniantur cum oleo sisamino. est enim forte. ¶ Oua autem formicarum cum oleo de ben sunt conuenientia in facientibus nasci: ⁊ apud communitatem hominum sunt ex eis que prohibent ortum. ¶ Et ex eis que sunt experta est lacerta que est in domibus que interficiatur ⁊ exiccetur ⁊ teratur ⁊ liniatur cum oleo. ¶ Et uerum mixtura nitri pharaonis cum sambaco. ¶ Et ex eis que sunt leuiora illo est vt fiat manica ⁊ tabula de plumbo ⁊ ponatur inter ea ambo aliquid de oleis ad capillos: aut adeps ex eis que sequuntur ⁊ terantur donec resoluatur ad ipsum virtus plumbi ⁊ liniatur cum eo ⁊ emplastretur locus cum folijs fici bene decoctis ⁊ vsque ad virtutes quandam. ¶ Et iterum sumatur medulla. xx. auellanarum ⁊ assetur donec teratur ⁊ aggregetur cum oleo raphani. ¶ Aut sumatur herbe nominate harcus: priapi asini: ⁊ splenis eius assatorum omnium ana. lib. ß. laudani. xx. pondera misceantur omnia post solutionem laudani in vino ⁊ administrentur. ¶ Et ex eis que dixit Filagorius est vt sumantur adipis tauri salui. ℥. xcvi. aluthe et gumme rute agrestis ambarum ana. ℥. xxviij. myrrhe. ℥. viij. laudani tantundem: capilli veneris. ℥. xlviij. splenis asini. ℥. xcvi. assetur splen asini ⁊ teratur ⁊ aggregetur totum cum vino nigro ⁊ radatur caput ⁊ liniatur cum eo ⁊ dimittatur quinque diebus: deinde abluatur ⁊ dimittatur quiescere duobus diebus: deinde iteretur. quod si exulcerauerit curetur locus cum adipe anseris. ¶ Et iterum ad depilatos sumantur sex ventres leporum ⁊ exiccentur optime ⁊ adurantur in vase lutato ⁊ proijciatur super eos de folijs rani ⁊ de folijs myrti tantundem ⁊ de capillo veneris. ℥. viij. ⁊ adurantur vice alia in vase vitri: deinde teratur ⁊ misceatur cum tribus lib. adipis vrsi. ⁊ quantum ipsum olei de raphano ⁊ reponatur ⁊ administretur cum necessarium fuerit in oleo aliquo aromatizato: ⁊ bacce lauri ⁊ oleum de pipere ⁊ oleum de keruo: ⁊ similiter illud quod adiuuat in faciendo nasci. ¶ Et iterum cinis abrotani quando miscetur cum oleo antiquo facit nasci barbam tarde nascentem. ⁊ cinis lilij cum aqua ⁊ proprie in supercilijs. ¶ Et iterum ad supercilia: comburantur due nuces vsquequo terantur tamen ⁊ adiungatur eis ambabus aur. i. de nucleis dactilorum. similiter absque perscrutatione vltima ⁊. xv. grana piperis ⁊ bulliat cum oleo ros. ¶ Et iterum cinis abrotani ⁊ auellane aduste ⁊ laudanum ⁊ cantarides ⁊ condisi bulliant in oleo de ben in coclearío donec denigrentur ⁊ misceantur cum tanto gallie quantum ipsum est ⁊ fricetur locus ⁊ liniatur cum eo. ¶ Et iterum capillus veneris ⁊ grana myrti ⁊ semen apij adurantur parum donec denigrentur ⁊ aggregentur cum adipe vrsi ⁊ oleo raphani. ¶ Medicamen faciens nasci pilos in supercilijs. ℞. thuris aur. iiij. stercoris cocodrilli stercoris ericij marini ⁊ rute montane omnium ana. aur. i. terantur cum vino stiptico ⁊ misceantur cum adipe vrsi ⁊ administrentur. ¶ Aliud ad depilationem antiquam difficilem ex alopitia ⁊ alijs. ℞. sceba partem. i. spume maris partes. viij. euforbij ⁊ baccarum lauri amborum ana. partes iij. picis humide partes. ij. liquefiat pix cum oleo de lilio: ⁊ liquefiat in ea euforbium: deinde admisceatur cum eo relique medicine. ¶ Similiter cinis radicum arundinis aduste partes. vij. cineris ranarum partes. v. scis cruce partes. iiij. radicis altheas partes. iij. terantur cum oleo laurino ⁊ administretur.

¶ De alopitia ⁊ tyria. Cap. v.

Iam sciuisti quod causa in generando alopitiam est materia mala manens in cute in originibus radicum pilorum quare corrumpit radices originum pilorum corrodens eas, prohibens nutrimentum bonum eis. ⁊ nominatur alopitia propterea quia ipsa accidit vulpibus. ¶ Et differentia quidem inter ipsam ⁊ tyriam est quod in tyria non tantum cadunt pili: imo excoriatur cum ea cutis tenuis: sicut accidit serpenti. ⁊ fortasse accidit in ea figuratio proueniens sicut figura serpentis. ¶ Et materia quidem que facit accidere ⁊ incurrere alopitiam ⁊ tyriam: quandoque est colerica ⁊ quandoque est melancolica ⁊ quandoque est flegmatica: ⁊ quandoque est ex sanguine corrupto. ¶ Et signatur super totum illud per illud quod apparet cum fit abrasio ex colore cutis: ⁊ proprie cum fricatur illud fricatione aliqua. ¶ Et quandoque significatur illud ex regimine precedente ⁊ ex antecedentibus que associantur ei. ¶ Et ex eis que significant illud est humor dominans de illis quos sciuisti ⁊ quandoque significatur velocitas sanationis eius ⁊ tarditas ex eo quod videtur de velocitate rubificationis eius per fricationem propter velocitatem attractionis sanguinis boni ad ipsam aut tarditatem eius: quoniam fricatio plurima exulceret: quare prohibet originem pilorum.

¶ De cura. Cap. vi.

Non est dubium quin rectificatio regiminis in ea fit cum illius humoris facientis ipsam: ⁊ intromissio ciborum chimi valde boni ad corpus de illis quos sciuisti ⁊ vini temperati conuicti declinis ad impressionem dulcedinis parum cum tenuitate ⁊ claritate: nam hoc nutribilius est. ⁊ balneum confert ei ante omnem fricationem ⁊ post ipsum. ¶ Et incipiat prima res cum euacuatione corporis in primis ab humore faciente cum medicinis educentibus ipsum. Aut cum flebotomia si materia exiguerit illud: deinde cum euacuatione

capitis ab eo cum quo scivisti de caputpurgiis
et odoramentis. et gargarismis ex eis que dicta
sunt in capitulo mundificationis capitis secundum unam-
quamque superfluitatem. deinde permutandum est sup
cutem et mundificationem eius ab eo quod in ea man-
suum est: et extractionem eius ab ea et resolutionem
ipsius. ¶ Et festinandum est in hoc ut non reci-
piat cutis qualitatem mansivam malam. et non est am-
biguum in hoc quin oporteat ut medicine evanen-
tes ex locis materiam malignam sint incisive et resolu-
tive resolutione non preter exsiccationem propter ve-
hementiam calefactionis. quare adipiscatur cutis ca-
lefactionem que in futuro sit causa casus pilorum:
quamvis in principio forsitan destruat alopiciam. ¶ Quod
si fuerit calida fortis sicut gumma rube agrestis
que est radix in capitulo necesse est ut frangatur ca-
liditas eius cum oleis temperatis vicibus super
eam et cum aquis quibus subtiliatur. ¶ Et de ea qui-
dem melior est recens. Et illa super quam pre-
terierunt anni tres est debilis. Et de iudicio for-
tis est ut minoretur ipsius quantitas et frangatur
eius complexio: et festine accipiatur ab eo quod ipsa
linitur. et de iudicio debilis est ut fiat econtrario.
et oportet ut sit subtilis: et si non penetrabit virtus
eius in profundum cutis. ¶ Et oportet ut sit in il-
lis medicinis confortatio et prohibitio: ut non re-
cipiat caput materiam malignam. Et non oportet
ut associetur illi virtuti stipticitas plurima pro-
hibens materiam pervenire ad locum: deinde pe-
netrare in poros eius. Cum ergo corpus mun-
dificatum est ab illo: oportet tunc ut in eis sit vir-
tus attrahens sanguinem eius bonum et vapo-
rem eius temperatum: postquam ipsa resolverit cor-
ruptum qui est in cute ut aggreget resolutionem
corrupti propinqui et attractionem boni longin-
qui et illud post mundificationem. ¶ Et cum tu
administras has medicinas oportet ut tu consi-
deres impressionem earum. et tu incipias in eis a
debilibus in complexione et minoratione: et con-
sidera in eo quod est ex eis: quod si inveneris egrum tole-
rantem et impressionem incolumem adde in virtute. et
si non tolerat et magnificatur impressio minue quan-
titatem: et commixtionem: et stude ita ut perducat
ad exulcerationem et apertionem: et proprie in corpo-
ribus levis complexionis aut etatis aut temporis.
et si perduxerit ad apertionem et exulcerationem suc-
curre illi cum adipibus. et lini eos desuper sicut
est adeps anatis et galline et sicut ceratum leve. cum
ergo sedatur reitera cum quantitate quam tole-
rat. ¶ Cumque magnificatur res parum non cesses
facere illud donec resolvatur corruptum: et attra-
hatur bonum. ¶ Et signum quidem impressionis
medicine in ea est ut rubeat cutis cum fricatio-
nibus minoris numeri quam fricationibus quibus
rubet ante administrationem medicine. ¶ Si autem
est necessarium abluat᷑ locus cum nitro: deinde emplastret᷑ cum gũmi pini qnqꝫ dieb⁹: deinde resoluatur ⁊ pungat᷑ locus cũ acubus ⁊ exiccet᷑ ⁊ puluerizet᷑ sup ipsum sal ⁊ iteret᷑ super eũ medicamen quinqꝫ diebus alijs: fiat illud aliquoties: quĩ delebit sanguinem mortuũ ⁊ alguasiez. ¶ Aut sumãtur baurach ⁊ dragagã. cũ equalitate ⁊ informentur inde trocisci ⁊ liniantur cũ aceto ⁊ abluatur cum sapone aut liniatur cum cucurbita sicca trita bene cum pauco croco: est enim bonũ vltimũ. ¶ Aut sumatur bolus de creta ⁊ grana coni ⁊ aggregentur cum aqua saponis ⁊ liniatur. sanat enim pannum ⁊ bothor ⁊ lẽtigines. ¶ Et similiter fex olei adusti ⁊ oleũ de herbo ⁊ farina lupinorum accepta ſm equales partes: conficiãtur cũ ficubus infusis in aceto. ¶ Et de medicinis leuibus que cõferunt albaras ⁊ lentiginibus ⁊ oibus vestigijs est mucilago cydoniorum cum croco ⁊ grana cucurbite cum decoctione fenugreci. ¶ Et de eis que delent pannum sunt semẽ raphani ⁊ sinapis cõfecta cum ficubus infusis in aceto. ¶ Et medicamẽ factũ ex sinapi ⁊ arsenico qñ est ſm quantitatem que excoriat parum et nõ vlcerat ⁊ deletur. ¶ Iterum si sumatur costus cũ cinamomo que ambo conficiãtur cum aqua aldardagi ⁊ liniatur: aut sumantur terra argenti viui ⁊ semen melonis ⁊ almahaleb ⁊ amigdale amare ⁊ administrentur. ¶ Et iteruꝫ aldardagi cõfectis cum eo bdellio: ⁊ semine eruce: ⁊ iterum bdelliũ cum aceto administrentur iste medicine ⁊ quotiens mordicant auferant᷑ deinde iterent᷑. ⁊ iterum cepe croci ⁊ cepe narcisci. ¶ Et iterũ sumantur seminis eruce ⁊ amili ⁊ lithargirij albificati omnium añ. po. i. piperis croci stercoris lacerti ⁊ stercoris canis ⁊ farine fabarum ⁊ farine ordei ⁊ farine fenugreci omnium añ. pte. ij. olei amigdalarum dulciuꝫ ⁊ olei alneregil cũ quo aggregentur. ¶ Et iterum dyaquilon ſm hũc modũ: decoquat᷑ vn. i. litargirij in duab⁹ vn. olei antiqui donec resoluatur in eo: deinde sumatur mucilagis fenugreci ⁊ mucilaginis sinapis añ. vn. i. ⁊ bdellij ⁊ myrrhe amborum añ. ʒ. v. due medicine terantur: deinde super eas ambas proijciantur mucilagines ⁊ terantur vehementer: deinde aggregentur cum oleo ⁊ fiat ex eis dyaquilon. ¶ Trociscus bon⁹. ℞. mezerion ʒ. iiij. sinapis albi ʒ. x. ammoniaci ʒ. ij. bdellij ʒ. ij. dissoluantur in aqua ſm quantitatem qua residuũ aggregetur ⁊ fiant trocisci. ¶ Medicamẽ vigilantis bonum. ℞. senbesud ʒ. i. baurach ʒ. i. seminis raphani ⁊ ossis putridi ⁊ granorum alben ⁊ lapidis piperis ⁊ lupinorum ⁊ seis melonis ⁊ costi ⁊ amigdalarum amararum. fiant ex eis trocisci ⁊ administrentur. ¶ Medicamen bonum vltimum cui par non inuenitur: interficiatur argẽti viui ʒ. i. in mollificatiõe ʒ. iij. amigdalarum amararum conterendo donec non ap-

pareat eius vestigium et denigret mollitionem: deinde proijciatur quantum est totum de semine melonis trito valde et liniatur per hebdomadam vnam omni nocte et abluat in mane. ¶ Et iterum rubhe montane et ysopi amborum. ana pars. i. marmoris boli viridis terna pars vnius thuris pars. i. baurach partes. ij. et. ß. gummi albotin cum oleo ro. resoluantur baurach et marmor boli cum aqua calida et aggregentur omnia et misceatur cum eo aliquid mellis et administretur secundum cautelam ab vlceratione. ¶ Dixerunt: et de his que delent pannum est flobotomia vene leporis: verum non ponit faciem in rubedine faciei habentis aiahafa.

¶ De alguassem. Cap. vij.

q Uandoq3 eradicant alguassem due medicine quas prediximus in capitulo lentiginum. et forsitan sufficit vt abluatur locus cum nitro et ponatur super ipsum gluten albotin hebdomada vna: et stringatur ligando: deinde soluatur et fricetur cum sale bene et reiteretur super ipsum gluten albotin vsq3 quo eradicet exstirpe cum eo nigredine alguassem. ¶ Quod si illud non confert non erit excusatio quin sequatur punctio vestigiorum alguassem distillando anacardos vt vlcerent ea et corrodant ipsa.

¶ De curatione albedsianem et rubedinis superflue. Cap. viij.

a Lbedsiané est rubedo extranea similis rubedini eius in quo incipit lepra que apparet super faciem eius et super extremitates et proprie in hyme et frigore et forsitan sunt cum ea vlcera et causa eius est quia frigus coartat vaporem plurimum sanguineum. ¶ Et eius curatio est ventris solutio et flobotomia et ventose et appositio sanguisugarum: deinde administratio regiminis eius quod habet alseker in principio lepre predicti in capitulo ante hoc capi.

¶ De morphea et alguada et albaras alba et nigra. Cap. ix.

d Ifferentia inter duas morpheas et albaras albam veram est quod vtraq3 morphea est in cute. et si est profunda est parum valde: et albaras est in cute carne vsq3 ad os. ¶ Et causa communis omnibus est debilitas operationis virtutis alteratiue quum non assimilat assimilatione integra verum materia est in vtraq3 morphea subtilior: et virtus expulsiua fortior: quare expellit ad superficiem. ¶ Et materia in baras est grossior et virtus expulsiua debilior fixa in interiore parte et corrumpit complexionem eius quod penetrat in ea: quare est additio et adherentia et non fit assimulatio. tu quidem iam sciuisti has intentiones in ea. virtutum. et quum componitur hec materia conuertitur nutrimentum quod venit ad eam ad naturam suam. et si fit melius nutrimentum: sicut complexio bona conuertit materiam corruptam ad rectificationem et facit eam conuenientem sicut arbores permutantur de plantatione ad plantationem et conuertuntur a venenositate ad comestibilitatem et a comestibilitate ad venenositatem sicut narrauit Gal. et alij quod arbor nominata allabcha est in persia venenosi fructus. et cum plantatur in egypto est fructus eius de eis que comeduntur: et sicut color animalis et plante conuertunt materiam secundum membrum quum ipsa sunt eis sicut regiones. et quum membrum fit flegmaticum et caro eius est sicut caro ostrea eorum et conuertit sanguinem bonum ad complexionem suam flegmaticam et colorem suum album. ¶ Et differentia quidem inter ambas morpheas est quoniam carum est propter materiam melicam: et altera propter flegmaticam proprie. ¶ Res vero qui nominatur albaras nigra proportio ad albaras albam non est proportio morphee nigre ad morpheam albam: imo est genus diuersum in intentione ad albaras albam: et illud ideo quoniam albaras nigra est illud quod nominatur ipengo excoricatiua et est scabiositas accidens cum aspera vehemens et facit squamas sicut sunt piscium cum pruritu et est propter humorem melicum imbibentem cutem de eo qui est iuxta eam imbibitione fortiore quam imprimat in colorem tantum et est de animabus lepras et est cum malitia: et cum hoc quod que est ex ea antiqua non sanatur. et similiter que ex morphea est antiqua est magis salua quam albaras alba: et causa huius contrarius est nota. ¶ Et scias quod albaras sequitur ventosas et apparent vestigia earum et multiplicatur super ea propter illud quod attrahitur cum sanguine de humiditate et non associatur ei cuius suctio fit ventosarum et remanet in cute: et propterea quod debilitatur cutis vlcerata a complemento sue operationis.

¶ Signa.

¶ Morphee quidem nigre esse non ambigitur. Ambiguum vero est differentia inter alguada que est morphea alba et albaras mala. et de differentia quidem inter vtrasq3 est quod pili oriuntur super alguada: et sunt pili nigri et flaui et nascuntur super albaras albi non alij. et est cutis magis depressa et vehementius defossa quam cutis reliqui corporis. Et forsitan est illud in guada: sed est parum valde. Et iterum punctura cum acu extrahit ex guada sanguinem: et baras non sanguinem: imo humiditatem aquosam et hoc non sanatur. ¶ Et iterum que rubet cum fricatione est ad spem decliuis et ad hoc vt sit morphea et que non rubet per eam est mala. ¶ Differentia vero inter morpheam nigram et albaras nigram est excoricatio et squamositas et testositas: quoniam ipse non sunt in morphea nigra. ¶ Amplius albaras iterum est rara. et quoniam de ea est aspera et de ea est leniat et lenior vtrarumq3 albarum est deterior et vtraq3 nigrarum est melior quoniam est morphea. Et de ea est vehementius elongationis a colore corporis: et de ea est que est propinquior et ei est magis salua. et in ea que est submersa et non rubet: neq3 sanguinem emittit: et est vehementis dilatationis capiens locum magnum non est spes. Et similiter illa que omni hora incipit in additione: quum

complexio eius est fortis conuertens illud quod ad eam vadit ad suam similitudinem: et propter illud est mala valde.

¶ De cura morphee nigre. Cap. x.

Oportet vt incipiat cum flobotomia si fuerit illic multitudo sanguinis: et cum euacuatione humoris adusti et melancolici cum eis que sunt sicut decoctio epithymi et agarici et mirabolanorum nigrorum et polypodij et sticados cum passulis et ficubus et similibus. ¶ Et lapis armenus et lazuli: quando ponitur in medicinis eius est iuuatiuus: et elleborus et hieralogodion et hiera ruffi et alia ab illis. ¶ Et de euacuationibus sublimibus est aqua casei cum epithimo: potetur omni die pondus. ʒ.i. epithimi in cado vno aque casei. et dare in potu sambacum confert ei. ¶ Et confert ei administratio ciborum boni chimi et administratio balneorum et administratio triferarum factarum cum epithimo. ¶ Suffuf iuuatiuum ei et baras nigre. ℞. mirabolanorum nigrorum emblicorum nigelle omnium. ana. partem vnam zufere partem .i. et .ß. bibat omni die .ʒ.iij. in mane et .ʒ.ij. in sero. et quando calefit corpus dimittatur aliquot diebus: deinde iteretur. ¶ Et oportet vt precipiatur eis quatenus occupentur in dispositione rectificandi splenem si fuerit corruptus: aut debilis ab attrahendo sanguinem: et post illud administrentur epithimata fortis abstersionis: et fortiter attrahentia sanguinem sanum. cum ergo vesicatur quiescat diebus aliquot donec cadat cutis: deinde iteretur si eius fuerit necessitas. ¶ Et quandoque non dimittit cadere: imo quotiens incipit mordicare auferatur donec quiescat deinde iteretur. ¶ Et iste medicine sunt sicut gumma rute agrestis et piper et sinapis et nasturtium et lac titimalli: et tapsia et harmel et semen raphani et cortices radicum capparis et lebilzengi. et alebilzengi iterum est iuuatiuum in morphea et baras et propterea quod vehementer attrahit sanguinem et ossa putrida et nuclei oliuarum antiqui putridi collecti ex parietibus. Et omnia attractiua fortia predicta in capitulo eradicationis vestigiorum. et aque quibus liniuntur sunt aque cucumeris et seminis eius et decoctio colloquintide. ¶ Modus epithimatis boni: sumatur semen raphani et teratur cum condisi: et liniatur cum eo morphea nigra in balneo. ¶ Et iterum sumatur semen raphani et semen sinapis confecta cum ficubus decoctis in aceto. ¶ Modus epithimatis. Recipe nigelle torrefacte tapsie pice omnium. ana. ʒ.x. aluminis iameni. ʒ.ij. dragaganti gallarum amborum. ana. ʒ.ij. seminis harmel torrefacti. ʒ.v. liniatur cum aceto forti: deinde succurratur vestigijs accidentibus cum lacte mulieris. Et omnia epithimata fortia predicta in capitulo albaras et lentiginum et aliorum sunt iuuatiua ad morpheam nigram.

¶ De cura alguada et albaras. Cap. xi.

Oportet vt deinde flobotomia licet non faciat ipsam necessariam res fortis: et comedat nisi quandoque secundum ieiunium et vinum nisi purum. ¶ Et sudare in balneo confert ei si fuerit mundificati corporis. ¶ Et administretur vomitus in primis: deinde medicine euacuantes flegma si non fuerit corpus mundum: deinde diuretica et solutionem ventris facientia sicut hieras magnas et propter hiera de pulpe colloquintide et pillule que similantur ei. et hiere dentur in potu cum decoctione myrabolanorum et epithimi et polypodij et passularum et salis. ¶ Et in granis alnil est proprietas mirabilis in euacuando humorem residui morphee al. et albaras. ¶ Et de solutiuis conuenientibus eis est hierapigra composita cum pulpa colloquintide. ¶ Aut secundum hanc descriptionem Recipe cinamomi et spice xilobalsami et masticis et assari et croci et folij et calamenti fluuialis et pulpe colloquin. omnium. ana. ʒ.i. aloes. ʒ.xviij. cuius dosis sit. ʒ.i. aut aur.i. cum syrupo acetoso mellito et aqua calida. ¶ Et de solutiuis conuenientibus eis est vt sumatur myrabolanorum kebulorum emblicorum. ana. pars .i. et turbith preciij. et sit omnius pars. vn.i. dissoluatur de penidijs lib.ß. cum aqua et inspissentur et conficiatur: cuius dosis sit de tribus ad quinque. ¶ Et ego diligo vt ponatur in eo zinziberis pars .i. et administrentur confectiones triferales et electuarium nostrum huiusmodi. Recipe mirabol. nig. et thurio al. amborum. ana. partem .i. zinziberis quartam partem vnius: conficiantur cum melle passularum: et sumatur de eo omni die quantitas oui. ¶ Et iterum myrabo. nigro. emblicorum nigelle omnium partes equales: zufeti pars .i. et .ß. bibat omni die de eo. ʒ.iij. et dimittat ipsum quando febrit. ¶ Et iterum acori et macropiperis et mirabo. kebulorum et masticis et thuris et nigelle et baccarum lauri omnium equales partes: et sit dosis eius. ʒ.z. ¶ Et de eis que dicta sunt in lib. abbreuiationum est vt sumatur modius salis de marico vehementer torrefacto. et si est necessarium vt iteretur torrefactio eius fiat: et bibat super impressionem eius. ʒ.vn. muri nabati: et toleret sitim vsque ad meridiem. ¶ Et in zufera et semine eius et vino in hoc capitulo est proprietas mirabilis. ¶ Et de succo quidem extremitatum vitis amare bibatur omni die cadus vnus: quoniam exiccat albaras et prohibet additionem eius Et potare tyriacam et comedere carnem vipere est iuuatiuum valde in hoc et trocisci tyri iterum. ¶ Et de confectionibus et medicinis que sunt inter triferales et solutiuas est vt sumantur semina de zufara partes .ij. et seminis vrtice pars .ß. et aloes partis .4. aggregetur cum melle: et sit dosis. ʒ.iij. administretur illud semper. ¶ Et de hominibus sunt qui ponunt cum eo acorum et epi

thimum. ⁊ iterum alhelhengi. ʒ. ij. myrabo. ni. ʒ. ſ.
epithymi. iiij. partem. ʒ. i. potetur anno comple-
to cum complemento ſuo. xij. menſibus. ¶ Et
de eis que currunt hoc curſu: verũ est ſomnus
⁊ manifeſtioris iuuamenti: ⁊ oportet vt bibatur
per annum: est vt ſumantur acori. ʒ. vij. myrab.
kebulorum polypodij. an̄. ʒ. x. myrabo. citrinorũ
ʒ. xv. hierepigre. ʒ. xx. ſa'is indi. ʒ. vij. ſe. alzufera.
ʒ. xx. ⁊ pireti. ʒ. x. turbith. ʒ. i. pulpe collo. ʒ. xx.
agarici. ʒ. v. ⁊ ſcamonee pondus. ʒ. viij. conficia
tur cum melle origanali: ⁊ ſit doſis ex aur. i. vſq̄
ad aur. ij. ¶ Et huius quidem generis est medi
camen allandi qd̄. ℞ecipe ſe. naſturtij. viij. lri-
bean zuſera ⁊ aloes ſcotrenſis amborum. an̄. ʒ. iij.
proijciatur ſuper illud lb. i. ⁊. ſ. mellis: ⁊ inſpiſſe
tur: cuius doſis ante cibum ſit quantum neceſſe
est cum ſauic: deinde ſorbeat poſt illud. iij. ſorbi-
tiones muri. ⁊ conſeruet caput cum oleo viol ⁊
oleo ro. ⁊ cibus poſt ipſum ſit aleſſidebegi. ¶ Et
quandoq̄ permittitur vt adminiſtret logodion
⁊ theodoricon omni die ⁊ ſit eius doſis parua
vſq̄ ad. ʒ. ſ. ⁊ minus. ¶ Et quidã iam iuuerunt
cauterizando loca albaras ⁊ euaſerunt ⁊ quieue
runt. verum hoc poſſibile est in ea que est parue
quantitatis. ¶ Et cum corpus est mundum ⁊
complexio corporis est equalis tũc dimitte me
dicinas que bibuntur quoniam ipſe fortaſſe affe
rent nocumentum ⁊ minus illius est φ ipſe fa-
ciunt fluere ſanguinẽ ⁊ minorant ſpũm qui am
bo ſunt de illis quibus indigetur in curatiõe al
baras. ⁊ ſit ſufficientia ſuper curationem mem-
bri cuʒ eo qd̄ appropriatur ei de epithimatibus
⁊ eis ſimilibus. ¶ Et pone cibum eius velocis
digeſtionis in quo nõ ſit viſcoſitas neq̄ vnctuo
ſitas ⁊ deuitet olea ⁊ frumentũ coctum vt puls
⁊ que currunt curſu eorum. ¶ Medicinarum
autem ad guada ⁊ ad baras gradus primus est
vt ſint vehementis abſterſionis fortiter attrahẽ-
tes ſanguinem vehementer calefacientes com-
plexiones membri. poſt illud vero ſint vlcerati-
ue excoriatiue. ¶ Et in medicinis que ſũt ad
guada ſunt medicie que adminiſtrantur ad hoc
vt ungant. ⁊ qd̄ magis diligo est vt adminiſtren
tur medicine locales poſt fricationem ⁊ rubifi-
cationem. ⁊ vt ſit fricatio cum eis que ſunt ſicut
folia fici vſq̄quo forſitan ſanguinetur. aut poſt
puncturam acuum in locis pluribus. ¶ Et de
iuuantibus ad iuuamentum medicinaruʒ est vt
adminiſtres linimenta in ſole. ¶ Et melior me
dicinarum ad baras est illa que vlcerat: aut veſi-
cat: quoniam facit currere materiam ⁊ ſanantur
⁊ iteretur ⁊ fortaſſe nõ dimittitur vt veſicet: imo
mordicet eam: ⁊ iteratur poſt quieteʒ. ¶ Et me
dicine ad baras ſm experientiam primam ſunt
fortes de illis quas diximus ſicut elleborus ⁊
calx ⁊ arſenicum ⁊ cõdiſi ⁊ ſtaphiſagria ⁊ radix
vitis al. ⁊ gẽtiana ⁊ ſauina ⁊ gũma pini ⁊ radix
ſanguinis draconis ⁊ radix aphodilli ⁊ ſpuma
maris ⁊ aſſa ⁊ cortices radicis capparis ⁊ ſina-
pis ⁊ harmel ⁊ ſemen raphani ⁊ radix cucume
ris aſi. ⁊ eruca ⁊ rubea ⁊ cardemomũ ⁊ almeze
rion ⁊ dragantum ⁊ calcantum ⁊ arſenicum ⁊
ſulfur ⁊ allatran in balneo ⁊ bulbus ⁊ coſtus ⁊
ariſto. ⁊ flores papaueris ruffi ⁊ gumma raibe
agreſtis ⁊ euforbium. ⁊ cordu. est vehementis
iuuamenti ⁊ ſulfur iterum cum aceto faciendo
epithima poſt epithimationẽ et cepe narciſci. et
de eis que ſunt experta est ſal ammoniacus: et
oleum ouorum. ¶ Epithima bonum radix
dracontee et radix nenufaris ad guada et ſan-
guis nigri ſe pentis excoriari et radix ſcamo-
nee et folia fici ſicca et folia oleandri et enula et
folia eius et allaſtirgar. ¶ Aque vero ſint aceti
et aqua aldargari et aqua cuc. cãpeſtris et aqua
bulbi et aqua ſquille proprie et aqua ſanſuci et p
prie ſuper baras veſtigio ventoſarum et ſuccus
enule et ſurabegi carnis vipere. ¶ Et de epithi
matibus bonis ſunt tyriaca et mitridatum et lo
godion et aqua cucu. campeſtris. et de oleis. bo
nis est oleum myrtinũ in quo decocta est tapſia
adusta commixto cum eo poſt illud dragantis.
¶ Et de epithimatibus bonis ſunt cantarides
que terantur cum aceto et liniantur. ¶ Aut ſu-
matur fumus terre humidus: aut ſiccus: et po-
natur in ventre vipere decollate mundificato vẽ
tre et impleatur et fumatur et aſſetur donec de-
coquatur bene: deide extrahatur ille fumus ter
re humidus: et emplaſtret cum eo albaras: quo
niã ſanat. ¶ Aut ſumant folia oleandri recẽtia
et frigantur cum oleo donec exiccentur folia et
coletur oleum et ponatur ſuper ipſum cera cola
ta cum menſura: deinde puluerizetur deſup ſul
fur citrinum et fiat ſicut emplaſtrum et liniatur
cum eo in ſole. ¶ Epithima indorum. Sumã-
tur coſtus et tapſia inda et arſenicum rubeum et
piper et flos eris: et terantur cum aceto in vaſe
ereo. et dimittatur hebdomada vna et liniatur
cum eo et ſtet in ſole: deſtruit. n. morpheam ⁊ al
baras incipientes. ¶ Et conferunt alcali et calx
in vrinis infantium lactentium: et remouetur de
ſuper ſeptem diebus: deinde decoquatur ſicut
mel et adminiſtretur donec vlceret: deinde ſu-
mantur pix et cera et latran et cortices nucis
adusti et ſanguis pulli columbini et oleum de al
canna: et decoquantur donec permiſceantur: de
inde ponatur ſuper locum donec ſanetur et co-
lor eius ſit color corporis et melius quidem est
vt iteretur in ſole calido aliquotiens. ¶ Et ſcias
φ euacuatio habentis hanc egritudinem opor-
tet vt fiat cum debili euacuatiore ſubtili cũ gra-
datione. et aqua quidem radicum est digeſtiua
faciens viam medicine: et in fine eius bibat pil-
lulas fetidas: deinde iteret aquam radicũ dua-
bus hebdomadis: et fiat vt generetur ſanguis
eius ex carnibus calidis auium frixaruʒ: et ab-
horreat acetoſa et muza niſi zirbabegi qñq̄; et

precipiatur ei vt abstineat ab aqua et frangatur cum vino antiquo absque multiplicatione. ¶ Et oportet vt fricetur locus omni hora cum panno aspero vt attrahatur ad ipsum sanguis: et irrorentur balnea nocet et cibus grossus et fructus humidi et sicca. ¶ Et cauterium super baras est malum: et forte aspergitur et multiplicatur albaras et albaras que apparet successione cauterij ex ea aliquid non occultatur: et similiter in circuitu scalpellatum. ¶ Epithima plurime commixtionis factum ad mutuarise. ¶ Recipe sanguinis nigri excoriati vn. iij. et sanguis corui habentis pennas varias et albacarati et aliubab et pullorum alguarelsem et alsaln et testudinis marine omnium. an. vn. i. et alkitran et picis humide et napi et mellis anacardi omnium. an. vn. i. misceantur illa et exiccentur. Et sumantur aque colloquintide humide pe. i. et vini antiqui partes. ij. et aque enule partes. ij. et aque ruthe et aque synapis munde omnium. an. pars. i. aggregentur illa et sint de eis in summa. lib. x. secundum hanc descriptionem: et ponantur in patella vitreata et proijciantur super ea mellanopiperis et macropiperis et zinziberis et nigelle et castorei et piretri et condisi et gumme pigani et gariofilorum et cassie lignee et mezerion et radicis cucumeris asini et ellebori ni. et opoponaci omnium. an. vn. i. decoquantur cum aqua donec remaneat tertia: et coletur a medicis et ponatur super sanguines et commixtiones predictas donec exiccetur: deinde sumatur aqua colloquintide humide et enule humide et squille et aqua sansuci et aliquid de vino antiquo roretur super aquas: et sint omnia. lib. viij. et proijciantur super ea asse fetide et alaslufgar et vtriusque arsenici et floris eris et sulfuris omnium. an. ℥. i. s. et decoquantur in aquis vsquequo remaneat quarta et coletur et iterum iter sanguinis et humores exiccati imbibantur ex ea et terantur donec bibant totum et exiccentur: deinde liniatur cum eo in balneo. Dico autem quod possibile est vt hoc medicamen administretur leuiore sollicitudine et sit fortioris impressionis quam illud in quo laborauit medicus regis. ¶ Epithima vigilantis bonum. ℞. nigelle florum papaueris russi radicum capparis omnium. an. partem. i. tapsie licij cineris myrrhe arsenici omnium. an. ℥. s. liniatur in sole. ¶ Epithima bonum iuuatiuum: et est flos papaueris russi et alzerchasen cum aceto. ¶ Et iterum rubea tinctorum spuma maris semen raphani condisi cum aceto vini. ¶ Et iterum sumatur limature aluminis et ellebori nigri et eris adusti et cantaridarum et arsenici rubei omnium. an. ℥. i. conficiantur cum laseran dissolutis in aceto et liniatur cum quantitate quam scis. ¶ Et iterum ex dictis sapientis elleborus albus piper nigella spuma maris sulfur arsenicum rubeum rubea tinctorum tapsia flos eris cantarides: terantur cum aceto et informentur trocisci et exiccentur: et cum necesse fuerit te-

rantur cum aceto et liniantur post fricationem cum vino et liniantur. ¶ Et iterum ex libro decorationis carnon: elleborus niger vitis alba radix almezerion sulfur citrinum draganti flos eris limatura ferri spuma maris folia fici: terantur cum aceto sicut alcohol: et seruetur in vase plumbi et liniatur in sole post fricationem. ¶ Aliud gabellio. Sulfuris euforbij ellebori oium. an. ℥. i. anacardi piretri tapsie oium. an. aur. i. liniatur cum aceto. ¶ Iterum semis raphani condisi gumma pigani et mezerion rubea tinctorum tapsia nasturtium piretrum staphisagria aggregentur cum sanguine nigri excoriati: et informentur trocisci et administrentur cum aqua rubee tincture decocte vehementer colate per balneum. ¶ Et iterum rubee tincture tapsie oium. an. ℥. v. se. raphani. ℥. x. condisi. ℥. viij. liniatur cum aceto post balneum. ¶ Medicamen regale. Folia almezerion et semen eius excorticatum et elleborum niger et piper decoquantur cum submersione aceti donec bis cocta sint: deinde proijciatur in eo draganti et cantarides et limatura ferri et nitrum et spuma maris: et decoquantur donec ferueat et liniatur et toleretur et non abluatur quantum possibile est et aperiantur vesice. ¶ Aliud bonum. Mell. anacardi. ℥. vij. piretri gummi pigani. an. ℥. iij. euforbij. ℥. iij. tapsie persice. ℥. i. liniantur cum eo confecto cum lacte. ¶ Et in eis que experti sumus est vt sumantur mellis anacardi et alkebil: cuge et fimi columbini et cantaridarum et tapsie et seminis raphani et seminis synapis et rubee tincture et alcanne et indici draganti oium partes equales: vesicentur cum eo et aperiantur vesice et curentur vlcera et ueret donec sanentur. ¶ Et illud quod delet baras vestigiorum ventosarum est aqua cucu. agrestis et aqua sansuci et rubea tincture et tapsie liniuntur cum aqua albacham. ¶ In vncturis autem que administrantur super albaras non est possibile vt referantur secundum pondera eadem propter diuersitatem colorum faciei: imo in eis afferunt canones et permutant et post ponunt. de eis itaque est vt sumantur mandragora et myrrha et fex vini et magra et rubea et alumen et silia: et componantur et liniantur. ¶ Aut cum tinctura nigra quam experti sumus. ℞. cortices nucis et quod est ipse sit de alcana et quod est alcanna indico. et expcalcis et arsenici et tapsie oium. an. pe. i. rubee tincture partes. ij. aggregentur illud cum aqua cepe et administrentur secundum quod vides. ¶ Tinctura alia: lithargirium et calx galle draganti et alcanna conficiantur cum melle et cum aceto nigro et administrentur ex eis epithima. ¶ Et iterum draganti et calcanti et galle terantur et conficiantur cum aceto nigro et fricentur membrum in sole et liniantur cum eo delibutionibus aliquibus: et est tinctura remanens. ¶ Et iterum tapsia nigra et scoria ferri et draganthum citrinum et flos eris et rubea tincture et cortices granatorum: terantur cum aceto vini donec denigretur et liniatur super ipsam vinum. ¶ Et cibi habentis hanc passio-

nem sunt assata et frixa et que preparata sunt in patella: et que cocta sunt cum opilatione vasis ex carnibus leuibus cum senunibus et sit contentus vino et dimittat potum aque omnino si possibile est aut minoret ipsum. vtatur illa que ex ea decocta est aut mixta cum vino.

¶ De cura albaras nigre. Cap. xij.

Est cura morphee nigre et indiget humectatione corporis vehementiore et euacuatione fortiore. deinde administrentur magis abstersiue medicine morphee nigre. et accidit quandoque habenti eam vt iuuetur coitu. verum balneum plurimum confert ei. ¶ Quod si vehemens fiat et ad vltimum perueniat curetur curatione lepre.

¶ Tractatus tertius de eis que accidunt in cute non in colore eius de sahafati et resrengi et balsifati et aluati. ¶ De sahafati. Ca. i.

Sahafati est de summa bothor vlcerosarum: et currit consuetudo in pluribus libris vt dicatur in capitulo decorationis. et sahafati quidem incipiens est bothor que fixe leuiter diuise in numeratione locorum. deinde exulceratur vlceribus crustosis: et sunt ad rubedinem decliues. ¶ Quandoque etiam emittit virus et nominatur resrengi sahafati humida. et quandoque incipit squamis sicce et minoratio apparet in breui et aufertur velociter. ¶ Et causa quidem sahafati est humiditas mala acuta corrosiua que permiscetur sanguini et humoribus grossis iterum mali: quare grossum fit apostema et exiccatur subtile. ¶ Et causa eius que de ea sicca est: est humor melancolicus plurimus cui permiscetur humiditas acuta: quare expellitur ad cutem et corrumpit et corrodit. ¶ Balsifati vero est de genere sahafati male. ¶ Sed aluati sunt vlcera melica que apparent in crure ex eadem materia ex qua fiunt varices. ¶ Et appropinquat cura eius curationi eius.

¶ De cura. Cap. ij.

Cura eius est curationi proxima impetigis et dicemus illud. ¶ Nos vero dicemus quod tunc confert alsahafati sicce euacuatio humoris colerici et melancolici: et flegmatis salsi cum eis que sunt sicut decoctio mirabolanorum cum epithimo. et ponatur in ea aloes et scamonea et administretur postea que mollificant residuum cum humectatione sicut aqua casei et fumiterre humide: de summa cuius sumatur lb. i. et misceatur cum vtrisque mirabol. nig. et citrinorum ambarum ana. ℥. iij. epithimi pondus. ℥. ij. et salis napthi tertia. ℥. i. deinde post illud sit contentus aqua casei et epithymo: sumendo omni die pondus. ℥. xxx. de aqua casei et ℥. i. et ʒ. de epithymo si tolerat natura et non superfluat: aut secundum quod tolerauerit. ¶ Et dimittat omne quod habet dulcedinem superfluam et propter dactulos: aut amaritudinem aut acuitatem aut salsedinem. et sit contentus insipido generante humorem sanum in quo non est mordicatio: et humectatione corporis humiditate equali cum balneo et aliis. ¶ Et flobotometur vena corporis si necessitas fuerit eius ex vena que imbibit illud membrum: sicut vena frontis in sahafati facta super caput. et vena que est in cute capitis est vena que est post aures. et ipsa quidem fit secundum plurimum rei super caput et ventose iterum ad illam que est in capite. et si fuerit in membris inferioribus flobotomentur due saphene. ¶ Et cum feceris illud fricabis alsahafati fricatione forti donec sanguinetur: et stude in hoc vt currat ex ea sanguis plurimus deinde curetur cum medicinis localibus: et propter eum fricatur post sanguinationem cum sale et aceto. ¶ Ei vero quidem que de ipsa sicca est confert balneum frequens absque longitudine tensionis et euaporatio membri super vaporem aque calide: aut tepide in die aliquotiens et olea et adipes et regimen humectatiuum est nutrimento et inunctio et cum capitpurgiis. Et sunt necessarie in euacuando eam medicine attrahentes melancoliam attractione forti et durantes eam: et administretur post hoc aqua casei secundum quod dictum est. ¶ Et non est malum apponere sanguisugas iuxta: deinde necessaria est fricatio et sanguinatio. deinde administretur medicine locales. ¶ Et existimauerunt quidam quod flobotomia alsahafati ex vena propria ei sicut vena post aures ad alsahafati capitis est curatio eius: deinde liniatur cum melle et cum aqua sicle et origano. ¶ Medicine autem locales ad humidam incipientem quidem que est super corpus humidum: et corpora infantium sunt sicut alcanna et sicut indicum cum gallis adustis cum oleo alkeiri: est enim expertum vltimum sicut medicine facte ex stipticis exiccatiuis sicut sunt cortices granatorum cum aceto vini et oleo ros. et quandoque ponitur in eo litargirium. et quandoque necessarium est administrare illud in quo est abstersio iterum sicut est apostolo. ¶ Et multotiens quidem sanat illam que de ea media est fricatio cum aceto et sale et alumen viridi: quare exiccatur et cadit. ¶ Et de medicinis que sunt in istis ordinibus sunt tutia et climia et chimolea et charta combusta cum aceto et gumma pini cum balaustiis et aceto et oleo ros. ¶ Aut sumatur litargyrii et scorie argenti et amigdalarum amararum et venatinctorum omnium ana ℥. i. cum aceto et oleo ro. ¶ Et similiter radices lilii celestis et xylobal. et semen e cyminum resoluntur et gumma alborum communia. Et termilentes et magra cum aceto. et rursum amigdale amare et galle virides ghusiriqi car um coitus: et fiat ex eis epithymia cum aceto postquam preparatum fuerit cum sale. ¶ Dixerunt. ¶ Et sumantur cancri vini et terantur cum sansuco: et exprimantur et fiat capitpurgium cum eo et cum humiditate cancrorum solum. ¶ In antiqua autem et in illa que est sup

corpa dura sunt necessaria ex quibus sunt sicut colcotar et calcantum et cupressus et dragantum et caustri et sal et sulfur et terra argenti viui et vene tinctorum et medicamen de chartis et scoria eris et fuligo furni et sal ex stipticis resolutiuis: et iterum sicut lithargyrium et cerusa. Nasturtiū vero siccum ex exiccantibus est fortibus. et fimus columbinus est ex resolutiuis vehementis abstersionis et exiccationis: et similiter stercus lacerti et turdorum et ppter comedentium risi. Et emplastrum venarum est ex eis que conferunt omni sabafati. et emplastrum rubeum factum ex venis citrinis et alcanna et aristo. et cortices granatorum et lithargyriū: et medicamen quod dicemus in ca. sicce. ℭ Medicamen bonum. Chimolee sulfuris viridis cineris cucurbite et pulpe colloquintide omnium partes equales cum aceto aut coriādrum siccū adustum et nasturtium excorticatum et alcanna cum aceto et oleo ros. et iterum cinis ligni vitis et aristolo. rotū. et balaustie et galle et gumma pini cum aceto et oleo ros. ℭ Medicamen bonum valde. Abluatur alsahafati cum decoctione oleādri: deinde liniatur cum scorie eris et myrrhe pondere. ʒ. ij. et terre argenti viui thuris et aluminis iameni omnium an. ʒ. iiij. aristolo. et colcothar et cineris vitis et aloes omnium an. pondus. ʒ. i. cum aceto et oleo ros. ℭ Medicine locales ad sehafati siccam et antiquam. Que de ea fortis est indiget medicamine acuto corrodēte eā vsquequo perueniat ad carnem sanam: deinde curetur cum emplastro vlcerum: sicut ex oleo de venis: et lithargyrio et aceto et oleo. Et que est infra illam curetur cum eo cū quo curatur antiqua primia predicta: et cōferunt ei humectatio corporis cū cibis et odoramēta et clysteria et alia. ℭ Medicamen bonū ad sabafati humidā et siccā. ℞. olei amigdalarum amararū et olei sinapis amborum an. ʒ. sacratan aceti sacratani. i. siemenithe: et gallarū amborum an. aur. iij. fellis zebaragi aur. i. venarum citrinarū et baurac amborum an. aur. ʒ. terantur medicine et misceantur cum duobus oleis et aceto permixtione vehemēti cōterendo: deinde administrentur super oēm sahafati et scabiem et pediculos et depilationē et alopitiā et furfures. ℭ Et albalatati quidem est de gñe alsahafati male: et quandoque est causa eius morsus: sicut sinifes maligni. Et cura eius est cura illius. ℭ Medicamen nostrum forte ℞. aristol. et floris eris et ammoniaci et bdellij et sinapis et draganti partes equales aggregentur cum oleo de humento et aceto quantum est oleum et pauco melle et administretur.

ℭ De impetigine. Cap. iij.

Mpetigo non est longinqua a sahafati et non diuersificatur ab ea nisi cū re occulta et proprie alsabafati sicca: et pertransit vt sit alsahafati sicca impetigo malignior et deterior et magis corrosiua et longinquioris profunditatis. ℭ Et causa impetiginis est propinqua cause alsahafati: nā est aquosa berihati acuta permixta iterum materie grosse melancolice grossiori materia scabiei. ℭ Et impetigo quidē velocioris sanationis est illa cuius subtile est magis vincēs. ℭ Et impetigo quidem alia est humida sanguinea in qua apparet cum fricatur res: et est res magis salua. Et alia est sicca cuius plurimum est a flegmate salso conuerso per adustionem ad melancoliam. ℭ Et de impetigine est excorticata propter vehementiam siccitatis et multitudinem profundationis et est sicut albaras nigra et sicut cortices. ℭ Et de ea est non excorticata. Et de impetigine ambulatiua maligna. Et de ea est stans. Et de impetigine est recens. Et de ea est antiqua mala et est egritudo berihati.

ℭ De cura impetiginis. Ca. iiij.

Ndiget impetigo in radice curationis medicinis aggregantibus resolutionem et incisionem et liquefactionē et subtiliationem cum sedatione et humectatione. ℭ Et prima carū est secundum materiam grossam: et secunda est secundum materiā acutam subtilem. Et secundum dominium vnius duarum rerum est necessarium vt vincat vnum duorum regiminū. ℭ Et appositio sanguisugarum est de melioribus medicinis eius. Et est necessarium in re eius mundificare et consequenter adhibere aquā casei secundum modum quem exigit illud quod est pro fleno: et cibationis et humectationis et regiminis humectantis illud quod est necessarium alsahafati. ℭ Et similiter balneum est de sublimioribus curationibus eius: et forsitan indiget separatiōe aeris sicci. ℭ Dixerunt quidam. Et de eis que prohibent euenire impetiginem et sanant quod de ea euenit est vt in potu detur lacte ablute ablutione aloes pondus. ʒ. i. cum. iij. ʒ. decoctionis myrrhi. ℭ Et quando expāditur impetigo et multiplicatur: tunc cura eius est cura lepre.

ℭ Curationis locales. De medicinis quidem singularibus eius que recens est et media: est acetosus citri: et fortis iterum gummi arabicū cū aceto. Et gumma amigdale et gumma pini cum aceto: et storax liquida cum aceto: et sinapis cum aceto est vltima: et aqua sulphurea et aqua salsa et spuma maris et glutinū de corijs: et saliua hominis ieiuni et illud quod residet super dentes eius. et semen melonis. et radix aphodilli et alsiras cum oleo amigdalarum amararum est bonum et folia capparis cum aceto. Et saia noua vel suffumigatio cū eis confert omni impetigini cum proprietate sua et acatia et mugat. Et oleū de tritico est conueniens ei que accidit oi corpi et debili et forti et vene citrine: et incipiēti. et assiduetur effusio aque calide sup eā: deinde fricetur cū oleo vio. fiat illud secundum assiduationē. ℭ Et aqua ordei linita forsitan delet eam et proprie cū seie tamarisci. ℭ Et cōferūt alsahafati humide cucumer et mucillago psilij et succus viridi eius et aq pomi

lacte et gūma primoȝ cōfert. ¶ Ad impetiginē infantum: sumant gūme amigdalarū et glutini de corijs et storacis partes equales et aggregentur cum aceto et liniatur. ¶ Aut sumatur glutē carpentarioȝ et thus et sulphur et acetū: et terātur et administrent. ¶ Antiqua vero mala ex ea indiget medicinis fortioribus sicut succo acetositatis cum cōfortato cū decoctione et sicut oleo ciceris et oleo rizi et oleo frumēti proprie et gūma amigdalaȝ amararum et sulfure et stercore caprino adusto et spuma maris et allacrā et pix et sunt mirabilia ambo. ¶ Et similiter assiduatio epithimandi eā cum napta al. et stercus animalium predictoȝ in ca. alsahafati et agnus castus et capparis et ammoniacuȝ et elleborus et grana albē et gūma ruthe agrestis proprie precipue cum fit ex ea ceratum cuȝ oleo sinapis et sisami et ammoniacū cuȝ aceto et cordumeni et condisi et cimis balnei et condisi et vene et sinapi et nasturtium et semen eruce et mel anacardi est vltimum. ¶ Et de cōpositis est vt sumatur cordumeni et teratur et aggregetur cum oleo tritici et cimis alleoȝ cum melle: et sulfur cuȝ gūmia alborum et grana albeti cum aceto sunt fortia valde. ¶ Et ad excorticatam iterū est vt sumat thuris et dragagāti et sulfuris et aloes omnium aā. ʒ.i. et gummi. ʒ.ij. liniatur cum aceto. ¶ Aut sumantur baurach armeni aur. ʒ. olei de trinco. ʒ. iij. acetositatis cum aspalti se. eruce aā. ʒ.ij. nigelle. ʒ.i. et. ʒ. ellebori nigri dragagāti adusti amborum aā. ʒ.i. et. ʒ. fiat ex eis epithima. ¶ Aut sumatur saia noua et liniatur cum aceto. aut sumātur dragagantū et myrrha et olibanū et alumen et sulfur et aloes: conficiantur cum vino cocto et liniatur. ¶ Medicamen bonum. ℞. granorum albeti partes .x. sulfuris citrini partes. iiij. saia noue pars .i. eius contritio optime fiat et liniatur cum aceto vini et oleo antiquo. ¶ Aut sumantur stercoris camni et vsnē fullonum al. et ruthe et fuliginis furni et corticum granatorū et cineris babici et vtriusq; arsenici et sulfuris omnium equales partes dissoluatur cum aceto et oleo et liniatur.

¶ De bothor lenibus. Cap. v.

[Q]uandoq; sparguntur super nasum et super poma maxillarum bothor albe quasi ipsa sint puncta lactis propter materiam virulentam expulsam ad superficieȝ de vapore corporis. ¶ Et cura eius est omne in quo est exiccatio et resolutio sicut elleborus albus cum medietate sui de ireos de quo fiat linimentum. et semen lini et baurach et ficus et nigelle cum aceto.

¶ De scabie et pruritu. Cap. vi.

[M]ateria ex qua generatur scabies: aut est materia sanguinea cui admiscetur colera que forsitan cōuersa est in melancoliam aut cōuersa est pars eius in melancoliam: aut materia cui admiscet flegma salsum bauracheum. ¶ Et prima quidem est scabies sicca et materia sicca ad grossitudinē declinis. Et altera est scabies humida et humiditates eius est humiditas ad subtilitateȝ decliuis. ¶ Et prima quidem generatur ab acceptione in comestione salsorum et acutoȝ et amararū et specierū que pro cōdimento admiscent cibis acutarū et similiū. ¶ Et illa que est magis sparsa et corpulentior et acutioris capitis ex omnibus bothor est acutioris humoris. ¶ Et que est latior et vehementioris profunditatis eius humor est minoris acuitatis. Et cause quidem generātes materiā scabiei sunt cause generantes materiā pruritus: verum ipse sunt fortiores et appropinquāt causis generantibus pediculos et alsahafati et furfures et impetiginem et approximant eis in curatione. Et scabies quidem differt a pruritu in hoc quod cum pruritu nō sunt bothor sicut sunt in scabie: quoniaȝ ipsa est a materia subtiliore et minus declinante ad salsedinem et in ea generatur. Et fixio generis eius in cute postquam natura expellit eā est opilatio pororum. ¶ Et paruitas mundificationis aut retinetur propter debilitateȝ expulsiue sicut accidit decrepitis in fine egritudinū et proprie quando materia ē plurima aut grossa: aut propter cibos malos ex quibus generatur chimus malus acutus sicut sūt cibi salsi et acuti et similes eis: aut propter malitiā digestionis cuȝ qua putrefit cibus. ¶ Et a pruritu quidē resoluuntur cortices furfurei et non accidit ex profundo aliquid. ¶ Et pruritus quidē senilis parū obedit curationi et neq; valet ei nisi vt regatur et blandiat. Et scias quod scabies excorticata et impetigines multiplicant in autūno. Et ad vltimum mā pruritus aggregatur inter duas cutes. Nō si de ea aliquid est in corpore. tunc est scabies sicca. ¶ Et dulcia quidem generant aut pruritum et bothor et nō accidunt plurimum nisi inter digitos: quoniā sunt debiliores. Et scabies quideȝ feda attrahit vulnera et permutat ad impetigines et alsahafati. Et olea nocēt eis. Et sirupus acetosus confert eis si nō timet rasura.

¶ De cura. Ca. vij.

[C]ura quidem scabiei prima et melior est cum qua multotiens est sufficientia est eius cum eo quod educit humorē acutum adustū et flegma salsum: deinde rectificatio cibi et regimen humectationis secundum quod sciuisti in dispositionibus huius ca. ¶ Et administratio rerum aquosarum insipidarum velocitas putrefactionis quaȝ sit secura. sicut sunt melōes indi et lactuca et endiuia et similia et extrinsecus iterū. Et diminutat coitum omnino. Coitus enim mouet materias ad exteriora et excitat vaporem calidum putridum venientem ad partem superficiei cutis: quare putrefacit illic. et propter illud fetet iterū odor corporis. Et propter hoc precipitur fricatio in ablutione polutis

nis. ¶ Et de bonis quidem euacuantibus spēs matierum scabiei est decoctio epithimi cū mirabol. citrinis ⁊ fumo terre ⁊ sene ⁊ polipodio ⁊ absinthio. Et qñq3 ponunt in ea rose ⁊ semen endiuie ⁊ similia. Et qñq3 ponit in ea celidonia cū ꝓprietate que est in ipsa. Et qñq3 ponitur in ea scamonea. ¶ Et iterum pillule de aloe ⁊ scamonea sunt bone iuuatiue. ¶ Decoctio bona. Sumant myrabolanorū citrinoꝝ ⁊ passularuz añ. pōdus. ʒ. xx. decoquat cū. iiij. lib. aque donec remaneat tertia ⁊ colet ⁊ sumant d tota aq̄ due tertie lib. vni⁹ in qua fricent manib⁹ cassiefi. ʒ. x. cūq3 in ea cōfricate sunt colet iterū ⁊ ponat in ea agarici. ʒ. i. ¶ Pillule bone: ⁊ sunt pille de fumo terre. ℞. mirabo. citrinoꝝ ⁊ kebu. ⁊ nigrorum oium añ. ʒ. v. ⁊ aloes scotrensis. ʒ. vij. ⁊ scamonee. ʒ. v. sine cessatione ꝯficiant cum aq̄ fumi terre ⁊ dimittant donec exiccent ⁊ bibent vice altera ⁊ dimittant donec exiccent ⁊ fiat illud tribus vicib⁹. ⁊ in oī vice fiat sicut sorbitio deinde dimittat donec inspisset ⁊ cum pactum fiat: ⁊ fiant inde pillule. ¶ Medicamē bonū forte ad antiquam scabiem. Recipe mirabolanoꝝ citrinoꝝ ⁊ myrabolanoꝝ nigroꝝ. ⁊ emblicoꝝ ⁊ abrūga ⁊ kebuloꝝ excorticatoꝝ oium añ. ʒ. i. ⁊ turbith. ʒ. ij. cōficiant cum penidijs: ⁊ fiant ide trocisci. Et sit dosis ad solutionē itegrā ex. ʒ. x. vsq3 ad. ʒ. xv. ⁊ vsq3 ad. xx. cum aqua calida. ⁊ fortasse ponit in ea scamonea cū potantur. ¶ Et fortasse liberat ex scabie mala antiqua si assiduetur potus aloes: sed frequentet tribus diebus omni die sumendo aurt. i. deinde tertietur post diē ⁊ diem non trib⁹ diebus currētibus ꝯm dimissionem tertij: aut dimittat diebus tribus ⁊ iteretur frequētia: deinde tertietur post diē ⁊ noctem: aut quiescat prout videt ꝯ3 ꝙ presens fuerit: ⁊ curet rasura si superuenerit cū clysterib⁹: illud enim est iuuatiuū eradicās scabiem. ¶ Et bonum quidem est vt bibat ipsum infusum in aqua endiuie ⁊ cū ea sit paruz aque feniculi si nō fuerit ab aqua feniculi aliquid ꝓhibēs. Et quātitas que est in ipsa de aloe sit ex. ʒ. i. vsq3 ad aur. ⁊ quādo nō tolerat medicationem dimittatur. ¶ Et infusiones de prunis sunt iuuatiue iteꝝ. ¶ Aut sumatur rob mirabolanorum citrinoꝝ factū ex exiccatione aque in qua ipsi decocti sint exiccādo in sole: ⁊ sumat ex eo humiduz qd sit ex. v. vsq3 ad. x. cū zuccaro: ⁊ est ad colericā ⁊ humidā. Et possibile est vt fiat simile illis ex oib⁹ solutiuis bonis: ⁊ misceantur adinuicē. ¶ Et quandoq3 cōponunt adinuicē ⁊ fiunt ex eis rob ⁊ pillule. ¶ Et aq̄ calida casei ⁊ epithimū bona sunt qñ administrant oī die ꝯm ꝙ dictum est nuper in alio caplō ab isto: ⁊ cum mirabo. ⁊ succo fumiterre dieb⁹ cōtinuis est vtilis. ¶ Et de eis que currūt cursu mundificantiū cum facilitate est vt fiāt pillule de aloe cuz scamonea ⁊ croco: ⁊ sumant de eis ī oī dosi. v. cicera. ¶ Et descriptio myrabolanorum citrinorū aloes scotrensis amboꝝ añ. ʒ. i. dragaganti rosarū amborum añ. ʒ. i. croci. ʒ. iij. ¶ Et iterum sumatur ex medicamine in quo ponit abrigi: ⁊ nos iā dedimus ipsum omni die aut duob⁹ diebus ad. ʒ. ij. vsq3 ad. ʒ. iij. ¶ Dixerūt quidā. Qñ multiplicantur euacuationes ⁊ non inueniuntur vtilitates tūc melius est vt alleuiet ⁊ sufficiat dare in potu habenti passionem omni die mane ⁊ sero sanie de tritico cum zuccaro: ⁊ aqua plurima. ¶ Dixerunt: de eis que conferunt habenti scabiem siccam ⁊ pruritum ostrachinum est vt bibat tribus diebus omni die de sisamino pondus. ʒ. c. ⁊. xxx. cum medietate sui de sirupo acetoso ⁊ similibus. ¶ Et de hominibus sunt qui miscent cum eo aquā imbarū. ⁊ nos iā experti sumus hoc ⁊ fuit curatio vtilis: verūtamen debilitat stomacuz. ¶ Et de cōpositis ꝓportionalib⁹ istis medicinis est scoria argenti ⁊ lithargirium ⁊ cambil ⁊ vene: cōficiant cum aceto ⁊ oleo ros. ⁊ liniat: ⁊ hoc est ad fortem vltimum. ¶ Iterū ⁊ leuius illo est boliarmeni cāphore croci oium añ. ʒ. ß. cū aceto. ¶ Et aqua squille ⁊ oleum ro. sunt cōia ad exiccationē. ¶ Et ad illam que est fortior parum semē feniculi teratur cum aceto ⁊ oleo ros. ⁊ administret in balneo. ¶ Et iterū aqua granatoꝝ ⁊ bauracb: ⁊ melior aqua granatoꝝ est illa in qua est vir⁹ pulpe eorum: ⁊ silr farina lentium ⁊ magra ⁊ acetū misceatur ⁊ ponat in sole donec igniat deīde liniatur. ¶ Confectiones vero quib⁹ oportet eum vti sunt sicut cōfectiones quas opz potare habentes impetiginem ⁊ alsahafati ⁊ morpheā. s. que de eis sunt leues ex trifera minore cum kesmes. ¶ Et iterum sicut hec cōfectio. ℞. amili ⁊ fumi terre amboꝝ añ. ʒ. ij. ⁊ mirabolanoꝝ citrinorum pondus. ʒ. iiij. ⁊ alkesmes ablutarū duplum totius. ¶ Medicine aūt locales ad scabiem sunt omnes in quib⁹ est abstersio: ⁊ qñq3 sufficit illud cuius abstersio est cū ꝯfortatione cutis ⁊ rectificatione cōplonis eius sicut aqua maluarum ⁊ acetose ⁊ sicle ⁊ granatoꝝ ⁊ sicut furfur simile ⁊ farina lentiū excorticatarū. ¶ Et iterum acatia cum aceto ⁊ grana melonis ⁊ vēter melonis sicut est vesessengi citrinum ⁊ succus apij ⁊ deco. apij ⁊ decoctio fenugreci ⁊ aqua corticū muzi. ¶ Et fortasse indiget eis inquibus est resolutio fortis sicut pulpa collogn. ⁊ gluten alumbat cuz aqua mente ⁊ gūma pini cū aceto ⁊ dragantum assatū ⁊ ꝓprie citrinū cū aceto ⁊ oleo ros. ⁊ silr calcantū ⁊ que sunt de genere ipsius: ⁊ oleāder est fortis valde. ¶ Et fortasse sufficit acetū eius in quo ponitur: deinde coquitur cū sisamino: ⁊ misceatur cum acutis sicut oleum ros. vt prohibeat superfluitatem ⁊ sicut cortices granatorū ⁊ consimiliuz illius. ¶ Et ex eis que experta sunt est semen eruce cuius oleum sumatur et fricetur cum eo scabies ⁊ inungatur cum eo in sole cali-

do aut focillari: et tereretur quoniam est bonum et ultimum. ¶ Medicamen bonum. R. lithargirij et draganti et encaustri equales partes que terantur cum aceto vini et ponantur in urceolo testeo vitreato et sepeliatur in loco humido mense uno et administretur post illud epithimando est.n. iuuatiuum in ultimo cum pauca mordicatione. ¶ Et condisi et argentum viuū extinctū et scoria argenti et aristo. et sulfur et cábil et alkali et es adustum et almulgath et sal ammoniachus et lentes et myrrha et semen et amoniacū et flos eris et vsnen fullonū et stercus canis: et stercora predicta i capitulis alijs et cucumer asini. ¶ Et iterum cortices ligni vino adusti et pulverizent super locum scabiei inunctum cum butyro crudo: et ligetur stricte post illud et non moueatur vsq; quo destruatur. ¶ Et quādoq; confert cordumeni cum aceto et gluten alimbat cum eo.

¶ Et de compositis nostris bonis est ut fiat ex argento viuo extincto et ex folijs oleandri et ex climia argenti et lithargirio epithima cum aceto et oleo ro. supra qd dormiat i nocte et abluat corpus in mane in balneo cum aceto et vsnen viridi cum aqua calida in panno: deinde properet et inungatur cum oleo. ¶ Medicamen facile: et sumantur lithargirij et draganti citrini partes equales: terant cum aceto hebdomada una in sole et liniatur cum eo cū necesse fuerit. ¶ Et iterum argentum viuum extinctū et storax liquida et oleum rosatum aggregentur et administrētur. ¶ Et iterum argenti viui extincti et florum viol. et costi partes equales. ¶ Et iterū condisi pars.i. et magre partes.iij. et liniatur cum aceto.

¶ Et cū administras fortia exiccatiua resoluentia et sicca exiccantia. tunc consequere ea cum oleis cognitis sicut est oleum de ciperis et salicibus et nenufaris et viol. et similia illis et proprie in sicca: et in illa que est pauce humiditatis: et administra in humida ea que sunt vehementioris exiccationis: et in sicca que sunt minoris exiccationis. ¶ Et elonga illud in quo ponitur argentum viuum extinctum quantum poteris a partibus stomaci et membrorum nobilium. ¶ Cura autem pruritus sicci post euacuationem si indiget ea cū illis que scis est ut des in potu lac vaccinum acetosum et sicut balneatio cū aqua tepida et administratio inunctionum oleaginarum ex oleis frigidis et proprie quādo ponitur in eis succus apij. Et curatio scabiei sicce et pruritus sicci est vicina. ¶ Et de medicinis leuibus in hoc est papauer tritus cum aceto: et iterū folia lilij: et iterum aloes cum aqua endiuie: et sene iterum est ex eis que ponuntur in medicinis eius et aqua apij et acetū et aqua ro. sunt bona.

¶ Et de medicinis fortibus est ceratum in quo ponitur opium cum quo inungatur corpus et quiescet pruritus. ¶ Et ex medicinis fortibus est ut componatur ex medicinis pannis compositum et ponatur in eo sal ammoniacus et liniatur cum aceto et proprie super testiculos. ¶ Et iterum alumen frixum et alkitran: et hoc iterū confert pruritibus intrinsecis in vulua: et eius quod ponatur super pannum. ¶ Et senes quidem iuuantur in curatione pruritus qui accidit eis et liniantur ex fece vini cum aliquantulo aneto humido. ¶ Balnea vero pruritus et scabiei sunt sicut aqua maris calefacta aut cum dispositione sua: aut decoctio cucumeris asinini. ¶ Cibus autem habentium scabiem et pruritum sit ex eis que humectant et generant sanguinē laudabilem ex cibis decliuibus ad frigiditatem et humiditatem et equalibus. ¶ Et habentibus pruritum ostrachinum necessarium est administrare olea lenia in eis que assumunt sicut oleum amigdalinum et fisaminum et similia illis. ¶ Et scias quod ventose in utrisq; cruribus conferūt scabiei fede.

¶ De desudatione. Cap. viij.

Quandoq; fiūt bothor in corpore aut membro plurimi sudoris valde pauce ablutionis: aut parue fricationis apud ablutionem et proprie in regionibus calidis spaciose: quasi ipse sint ex materijs que sunt pigre propter suam grauitatem in consequendo sudorem velocis consumptionis propter subtilitatem sue materiei: quia retinentur in superficie cutis: et sunt quasi sint sudoris feces inobedientes ad resudandum. ¶ Et quandoq; non fiunt bothor apparentes: immo accidit et fit asperitas.

¶ De cura. Cap. ix.

Incidunt materiam eius si multiplicatur in corpore flobotomia et solutio ventris. et similiter oportet ut properet assuetus ea omni hora in euacuando humores acutos. ¶ Et ex eis que prohibent eam et auferunt ipsam sub balneatio et mundificatio: deinde administretur aqua frigida balneando in ea: et confert eis fricatio in balneo ex carne melonis cum farina lentium post sudorem: deinde alsebe fabrem post ipsum.

¶ Et caro melonis cum lentibus: et farina fabarum. Sandali vero prohibent eam a pruritu qui accidit cum ea. ¶ Cum ergo sunt cum camphora non faciunt illud. ¶ Et alcanna iterum si non abhorretur eius tinctura confert ei: et assumere illud cū assimilantur aqua granatorum: et acetosa et lentes et pruna et tamarindi. ¶ Et administratio omnis quod prohibet sudorem ex eis que sunt sicut decoctio mirti: et rosarum: et aqua coriandri i dicitur: et confert ei: aqua calefacta in sole. ¶ Et prohibent eam omnes: aque cum decoquuntur in eis stiptica. ¶ Et dimissio motus: et alienatio: a locis calidis sudare facientibus: et petere loca ventosa et flabellatio cum flabellis plu-

rimis simul et ablutio cum aqua frigida. ¶ Et iterum inunctiones ex eis que sunt sicut oleum myrtinum et oleum ro. ¶ Et butyro crudo inest proprietas maxima in ipsa proprie cum draga to et gũmi. ¶ Et iterum inunctiones in quibus est virtus lithargirij. et scorie et tutie inest proprie tas. Et cinis foliorum myrti et ammoniacum et folia lauri recentia et rutha et minutum thus.

¶ Et quandoque confert desudationi epithima glutini piscium dissolutu in aqua. et quandoque indiget fortis staphisagria et thure et sulfure.

¶ Illa vero que de ea iam vlcerata est curetur cum eis que sunt sicut vene et galle et bolum ar. et cerusa cum cera. et emplastrum de cerusa est bo num ad illud. ¶ Et forasse peruenient vlcera ista ad finem maximum corruptionis: quia erit cura eorum cura adustionis ignis: nam illa que de ea confirmata est curatur curatione alsahafati.

¶ De planta noctis. Cap. x.

Quis passus est desudationem cutis et opilationem pororum et bonitatem digestionis: quandoque accidunt in frigore noctis pruritus et asperitas et bo thor parue que nominantur planta noctis. ¶ Et causa est retentio eius quod oportet vt resoluatur propter constrictionem pororum in radice quam adiuuat in qua addit soliditas frigoris et proprie in hora in qua multiplicatur digestio et sequitur multitudinem eius multitudo vaporis et aer noctis et propter illud nominatur planta noctis: quia plurimum accidentium eius est in nocte. ¶ Et de dispositionibus huius passionis est quod pruritus in ea sit vehemens et delectat paruis deinde perducit ad dolores vehementes quos efficit in locis pruritus.

¶ De cura. Cap. xi.

Oportet vt sit regimen in dilatando poros cum balneis et inunctionibus notis ad illud: et in mundificando venas a materia plurima: et illud cũ flo botomia et euacuatione secundum quod dictum est in capitulo pruritus si fuerit illius necessitas: et non fuerit sufficientia in medicinis localibus. ¶ Medicine vero locales sunt aloes. et myrrha est de melioribus medicinis et proprie cum aqua mellis. ¶ Et similiter aloes cum farina lentiũ cum pauco aceto et melle: et aqua apij de currentibus est ei proportionalis. ¶ Et de medicinis conferentibus ei sunt fex aceti sola et baurach et alcanna et crocus.

¶ De verrucis et que ex eis sunt vt claui. et recuruis et que de eis sunt vt cornua: et que currũt cursu eorum. Cap. xij.

Ausa efficiens eas: prima est expulsio nature. Et materialis est humor grossus melancolicus. ¶ Et quandoque conuertitur melancolia a flegmate sicco valde quando multiplicatur in sanguine. Et quandoque accidit ipsi sanguini propterea quod ipse coartatur et multiplicatur. ¶ Et propter priuationem causarum putrefactionis vt conuertat ad siccitatem et frigus: et proprie in venis paruis in quarum similibus non putrefit sanguis propter suã paruitatem et propinquitatem ad causas extrinsecas: que sunt ad hoc: vt exiccent velociores quam ad hoc vt ipse putrefaciant precipue cum sanguis nõ valde est calidus in substãtia sua. ¶ Et quandoque oritur ex eis vena magna. et fit causa ad conuertendam cõplexionem eius quod peruenit membro vicino de nutrimento ad complexiones materiei sue: quare desiccatur illud et infrigidatur et multiplicantur verruce. ¶ Cum ergo cadit aut destruitur per quodlibet regimen cadunt alie et nominantur magne habentes capita sicut capita clauorum habentes subtiles radices claui et lõge recurue cornua. ¶ Et de verrucis est genus quod nominatur tusius: et inuenitur in eis: sed sit necessarium vt discernatur ab eis et findunt quãdo scindunt a sanie que est sub eis.

¶ De cura. Cap. xiij.

Roperare quidem ad minorandum sanguinem et ad euacuandum melancoliam est res que est necessaria. ¶ Et quando multiplicentur egritudo iteretur flobotomia: similiter regimen generans bonum chimum et alia de illis quorum preterijt rememoratio multotiens. ¶ Cura autem localis est cum medicinis que habent amaritudinẽ et stipticitatem ad leues ex eis: sicut est inunctio verrucarum cum oleo fisticino assidue: aut cum decoctione oleorum colata dimissa post tres dies: et aqua porri alnabati cũ sumach et oleo de ben et iterum cum folijs capparis et nuce cupressi. et oliue imature et fructus tamarisci est bonum iterum: et folia myrthi humide sunt bona ad fortes et cortices nucis humide cum ficubus siccis et xylocaracte cum pauco nocumento suo conuenientes sunt illis que de eis sunt magne et ad fortes. ¶ Et cortices radicum algarab et cinis eius cũ aceto vini. ¶ Et de eis que sunt bona et vltima est vt sumantur albarmel et alcanna: cribellentur et liniantur cum aqua frigida. Verũ quod ex eis forte est: est ad fortes sicut epithimata facta ex calce et arsenico et alcali: et proprie cum argento viuo extincto: precipue cum cinere quercus et oleo. ¶ Et sal cum aqua cepe et bolus et stercus caprinum: et iterum cantarides cum arsenico. ¶ Et iterum fex mellis anacardi est fortis in puluerizatione sua. et lac titimali quando iteratur super eas aliquotiens deijcit eas. et lachryma vitis et allzebibzengi iterum magnifice deijcit eas. et nigelle confecte cum vrina si emplastretur cum eis sunt mirabiles: et fel hirci iterum et assa et emplastrum acutum et destruens aldubelles et est emplastrũ de anacardis. ¶ Compositum equale. Corticum nucis humidorum et draganti

⁊ dragantí ⁊ calcis viue oium pars .i. terantur ⁊ cribellentur ⁊ ponantur desuper. ¶ Aut sumantur flores eris ⁊ charrarum amborum.ana. ʒ.v.⁊ pulpe colloquintide.ʒ.vi.baurach.ʒ.vi. salis ammoniaci.ʒ.vij. cali ⁊ arsenici citrini amborum.ana.ʒ.vi.fellis vaccini .ʒ.vi. vinen persici. ʒ.vij.terantur ⁊ cribellentur ⁊ liniantur desuper cum aqua saponis. ¶ Et de curationibus verrucarum est earum eradicatio. ⁊ illud quidem quandoqꝫ fit cum cánulis de péna aut de cána aut de ferro quarum concauitas fit cum quantitate in qua degluttiantur verruce deglutione in qua fit difficultas quedam: ⁊ inuoluatur super ea ⁊ profundetur parum apud radicem eius. quare eradicat eam: aut extende eas cum vncinis. donec extendantur eorum radices: deinde assumantur cum instrumento acuto submerso ad radices earum ⁊ ponatur super eas butyrū coctum post eradicationem. ¶ Et iterum quotiens tangit eas medicamen acutum ⁊ infestat auferatur medicamen acutum ⁊ ponatur desuper butyrum coctum ⁊ dimittatur parumper: deinde iteretur vsqꝫquo compleatur earum casus ⁊ inciduntur: ita vt quod est in circuitu earū secetur cum ferro subtili aperiendo in circuitu: deinde vadit super eas medicamen acutum.

¶ Et nos iam experti sumus cum nauacula profundius quantum possibile est cum cautela superficiei cutis. deinde fricando locum cum sapone ⁊ ciperis ⁊ ro. donec currit quod fluxit de sanguine ⁊ retentus est: ⁊ deijcit post illud: qḋ remansit si accipiať lignum ⁊ incendatur in igne donec inflāmetur ⁊ approximetur verrucis donec excorientur verruce: ⁊ inungantur cum manu vna vice post aliam donec odeantur.

¶ De cornibus. Cap. xiiij.

Sunt additiones spisse vngulares nascentes super iuncturas in extremitatibus propter vehementiam operationis. ¶ Et cura eorum est incisio vt resoluatur ex eis illud quod non dolet: deinde administrentur super residuum medicine vehementer acute ex medicinis verrucarum. donec cadant: deinde consequatur butyrum coctum.

¶ De fissuris que apparent super cutem ⁊ labia ⁊ extremitates apparitione in cute in omni loco. Cap. xv.

Causa omnium fissurarum est siccitas in cute adeo donec exiccetur illa siccitas: aut propter complexionem singularem: aut propter malitiam humorum mittendum materiam exiccantem acutam: aut propter calorem exiccantem: aut ventositatem exiccantem rorem: aut frigus indurans inspissans sicut accidit terre exiccate ⁊ arrefacte per ventum aut calorem ⁊ cōmotione valde vt sciatur. ¶ Et quandoqꝫ accidit causa aquarum stipticarum ⁊ illarum in quibus est virtus aluminis ⁊ similiū: quando accidit vt cum eis fiat ablutio. Et eis quidem sunt contrarie aque sulfuree ⁊ aspaltine. ¶ Et nos experti sumus differentiam inter aquam eandem ⁊ quod est in circuitu eius ⁊ aquam in sapor: ⁊ non fuit in hoc capitulo experimentum forte.

¶ De cura fissurarum communi. Cap. xvi.

Oportet vt euacuetur si fuerit humor malus. Et permutetur si fuerit complexio sicca ⁊ bibat olea proprie sisami excorticati vsqꝫ ad .℥ i. ⁊ .ß. omni die in expressione vue aut infusione passularū dulciū aliquot diebus. ⁊ similiter decoctio cancrorum fluuialium cum aqua ⁊ zuccaro: ⁊ assidue eis inungi. ¶ Et si sunt ex frigore tunc confert eis acaria: ⁊ iterum decoctio naporum ⁊ napi ⁊ folia ficie ⁊ decoctio eius: ⁊ proprie ceratis factis ex eis cum adipibus nouis ⁊ medullis ⁊ pice humida ⁊ allituran. ¶ Et si fuerit ex calore: tunc cū ceratis frigidis ⁊ humidis cōquassatis cum succis frigidis ⁊ humidis. ¶ Et rectificatio cibi ⁊ administratio balnei cū aqua calida.

¶ De fissura labiorum. Cap. xvij.

Causa in fissuris labiorum est siccitas aut propter ventum contrahentē cutem ⁊ desiccantem eam ⁊ exiccantē ipsius rorem: aut propter frigus aut propter calorem: aut propter complexionē siccam sicut scitisti. ¶ Prohibitio vero eius est vt liniatur antequā perueniatur ad ipsius curam cum ceratis ⁊ adipibus ⁊ medullis ⁊ oleo rosť. cum ysopo humida. ¶ Et ista laterū quandoqꝫ auferunt illud qḋ accidit. ¶ Et facere vt adhereant pellicule super ea sicut pellicula oui ⁊ arūdinis ⁊ cortices alleorum ⁊ ceparum. ¶ Ablationi autem eius quod de ipsis accidit de eo qḋ bonum est: est vt sumantur fex assata ⁊ gummi albotin ⁊ misceantur cum adipe sicut galline: ⁊ anseris ⁊ melle. ¶ Aut sumatur tritura gallarū imaturarum sicut puluis confecta cum gummi albotin liquefacta super ignem. ¶ Et dictum est ꝙ inungere vmbilicum in hora dormiendi aut applicare cottum submersum in oleo concauitati vmbilici est iuuatiuum ⁊ bonum.

¶ De fissuris pedum. Cap. xviij.

Quandoqꝫ accidunt propter vapores malos: ⁊ quandoqꝫ accidunt propter siccitatem ⁊ ariditatem denigrantem.

¶ Et ad summus quandoqꝫ contingit de eis squamentum ꝑ illud qḋ resoluitur ex ipsis si possibile est vt remoueatur cū assiduatione ponendi pedes in aqua calida ⁊ inungendi eos cū oleis ⁊ adipibus ⁊ proprie adipe caprarum ⁊ vaccarum ⁊ ouium confortatis parumper cum cera. ¶ Et iterum oleum de keruà proprie ⁊ oleum allicrin ⁊ oleum de furiqui est vltimum valde: ⁊ oleum effusum de lenitico opposito igni: quoniam est bonum valde. ¶ Et alciā

na est bona et proprie confecta cum decoctione alharmel et sergan vue est bona curatio eius. ¶ Et si non valeat illa indiget bucella facien te glutinationem et penetrante in ea sicut curat eam quidam post balneationem et positionem pedum in aquam calidam: tunc oportet vt ponatur dragagantum preparatum cum contritione in fissura: quoniam est mirabile. ¶ Et iterum sumantur cera et oleum sisaminum et glutinum albotin et storax liquida aggregentur: et fissuris vt bucella adhibeatur: quoniam est mirabile. ¶ Et iterum allzaran cum mollitione sisami est mirabile valde et olibanum tritum et olea et adipe iuuatiua sunt valde. ¶ Et iterum epithima ex cancro adusto contrito cum oleo oliue et est in fissuris manuum velocius et magis iuuatiuum. ¶ Aut sumatur interius cepe squille et ferueat in oleo in quo liquefactum sit glutinum albotin et ponatur in fissuris. ¶ Et glutinum albotin iterum in oleo solum est vltimum. ¶ Et iterum confectio sumatur de farina granorum allzerua emollitorum cum pauca aqua et fiat vt adhereat calcaneo. Et ipse fructus allerua est bonus ad antiquas et vlceratas. ¶ Aut sumant lithargyrium et cera et oleum et mel cum equalitate et fiat ex eis aliquid preparatum. Aut decoquantur cancri fluuiales et sisamum. et iterum sumantur sex olei et adeps anatis et glutinum albotin. ¶ Curatio bona nostra: sumatur dragagantum et teratur sicut puluis: et radicum polipodij pondus medietatis eius et karabe et thuris triturorum omnium ana tria pondera et glutinis albotin duplum dragaganti terantur omnia cum oleo de kerua et administrentur: et dicimus qui vsus fuerit inunctione calcanei omni nocte non dimittens securatur ex hoc.

¶ De fissuris manuum. Cap.xix.

Utentur curatione fissurarum pedum leniori.

¶ De fissuris que sunt inter digitos. Capitulum. xx.

Utentur cum huiusmodi et eis quidem proprium est vt emplastretur cum radice polipodij trita sicut puluis.

¶ De vlceratione alchatin. Cap.xxi.

Quandoque accidit alchatin vt rubeat in primis et findatur aut vlceretur propter multitudinem resupinationis et propterea in egris: quare oportet cum incipit rubere vt diminuatur resupinatio et administrentur desuper repercussiua. ¶ In egris vero administretur stratura ex eis que sunt sicut folia salicis ablata a virgis et sicut milia et sicut penne: et totum illud fiat implendo: sicut penne leues: aut cui similes sunt illis. Si autem exulceretur tunc emplastrum de cerusa adhibeatur.

¶ De odore horribili in cute et ascellis et vrina et egestione. Cap.xxij.

Odor corrumpitur propter putrefactionem humorum aut sudoris. ¶ Et quandoque adiuuat ad illud motus commouentes humores et dimissio ablutionis a pollutione et menstrua et retardatio eius et assumere ea que sunt sicut fenugrecum: et ea de proprietate quorum est mouere materias acutas ad manifestum corporis. De fetore vero oris iam dictum est.

¶ De cura corruptionis odoris corporis communis. Cap.xxiij.

Illud vero quod rectificat humores est euacuatio et complexio cum permutatione et acceptatione eius: cuius bona sit digestio in qualitate et quantitate: et mundificatio in balneo et alia: et assumere in ieiunio per quod sudor fit boni odoris sicut est cassia et felenian. ¶ Et iterum apium et capita cardui et asparagus et omne prouocatiuum vrine mundificatiuum sanguinis a putrefactione. verum quedam eorum sicut asparagus faciunt fetere vrinam. ¶ Et de eis que conferunt ad illud est vt bibat infusionem chrysomillorum boni odoris et chrysomilla ipsa: et linias super corpus quod fit sicut aqua mirti et aqua in qua dissolutum est alumen iamenii et almeisus et decoctio sisimbrij et mente et calamenti et sansuci et folia citri et folia salicis: et similiter inunctio cum myrto trito. ¶ Et iterum sandali proprie et ciperi et flos squinanti et calamus aromaticus et alsidre et rose et proprie sansucus et alsehesabre et alusharti et folia citri et cortex eius et folia malorum et folia lilij iuuatiua sunt in hoc.c. valde. ¶ Et iterum trocisci de rosis cum zuccaro: et iterum de eis que opilant poros et prohibent sudorem: sunt lithargyrium et tutia et cinis foliorum lilij et alumen et similia eis et myrrha et aloes et oleum myrtinum et oleum ro.

¶ De cura fetoris ascellarum. Cap.xxiiij.

Existimauerunt quidam quod fetor ascellarum et pediculi sunt ex reliquijs vestigiorum spermatis ex quo creatus est homo que iam ceciderunt in partibus ascellarum et penetrauerunt in poros cutis: et hoc non est ex eis quibus oporteret inniti. ¶ Et vt proportionetur ad vaporem materiei qui conuertitur in sperma in homine et ad mouentem ipsam in eo est melius. ¶ Cura autem eorum est quoniam oporteret curetur post mundificationem si ea indiget cum tutia et lithargirio condito et chimijs et cum cinere myrthi: et oleo myrthino. et cum aqua in qua soluitur alumen: et quandoque confitiuntur ista cum sandalis et permiscentur cum camphora. ¶ Trociscus bonus. Recipe sandalorum et cassie et galle et spice et aluminis et myrrhe et folij et ro.om-

nium ana partem.i.ꝛ turis ꝛ lithargyrij albifica ti amborum ana partes .iij. ꝛ camphore partem.ß.fiant ex eis trocisci cum aqua ro.ꝛ administrentur post exiccationem. ℂ Et iterum sumantur rosarum rubearum lib.i. ꝛ galle ꝛ spice ꝛ ciperi ꝛ myrrhe ꝛ aluminis omnium an̄.ʒ.x. fiant trocisci cum aqua rof.ꝛ administretur delibutionem faciendo. ℂ Puluis bene faciens redolere corpus ꝛ confert complexionibus calidis.℞.spice ꝛ ciperi ꝛ foliorum ꝛ florū squinanti ꝛ flora. assemune ꝛ est lubria romana omnium an̄.aur.x. rosarum siccarum ꝛ extremitatum myrti omnium an̄.aur.xx.spica ꝛ ciperum ꝛ flos squinanti ꝛ folium: madefiant cum vino odorifero ꝛ exiccētur ꝛ terantur: deinde ꝓijciātur super ea rose ꝛ extremitates myrti contrite. ꝛ dissoluatur crocus cum aqua rof.ꝛ permisce ipsum cum medicinis reliquis ꝛ exicca eas in vmbra: deinde tere ipsum ꝛ puluериza super corpus post balneationem. ita vt exiccet sudorē corpis in primis exiccatione vltima. deinde puluериza super ipsis medicinas. ℂ Aliud abscindens odorem sudoris fetidi conueniens habentibus complexiones frigidas.℞.spice aromatice ꝛ gariofilorum ꝛ amomi ꝛ xylobalsami ꝛ cassie omniū an̄.aur.iij. costi ꝛ blacte bizantie ꝛ spice inde ꝛ cinamomi omniū an̄.aur.ij. extremitatum sansuci ꝛ spice romane omnium an̄.aur. iiij.lubrie romane resoluantur ista cū vino ꝛ tere ꝛ reliqua cum aqua balsamite ꝛ administra illud. ℂ Aliud ꝯm illud exemplum abscindēs odorē sudoris ℞.cinamomi ꝛ spice inde ꝛ blacte bizantie ꝛ costi omnium an̄.ʒ.ij.absinthij ꝛ boli lacune ꝛ scorie plumbi ꝛ ceruse ablute omnium an̄.ʒ.ß.sceha ꝛ spice romane omniū an̄.ʒ. i.croci ꝛ rosarum siccarum amborum an̄.ʒ.iij. tere sicca cum aqua myrti: ꝛ crocum cū aceto vini odoriferi ꝛ administretur.

ℂ De cura vehementie fetoris stercoris ꝛ ventositatis. Cap.xxiiij.

Ft illud causa putrefactionis humorum. Et causa rerum de proprietate quarum est illud sicut alastirgar ꝛ allea ꝛ eruca ꝛ porri ꝛ alaniuden ꝛ alalthir ꝛ iterum oua eorum. ℂ Verum fetorē delet bonitas digestionis ꝛ assumere ea que declinare faciunt putrefactionem ad partem vrine sicut fenugrecum. ipsum enim facit fetere sudorē ꝛ vrinam ꝛ delet fetorem egestionis. ℂ Et vinū aromaticum aufert fetorem egestionis.

ℂ De fetore vrine. cap.xxv.

Cause fetoris vrine sunt cause fetoris egestionis. ℂ Et iterum diuretica sicut asparagus ꝛ similia.ipsa enim faciunt bonum corporis odorem: ꝛ faciunt fetere odorem vrine. Et iterum vlcera vesice ꝛ cura eius est facilis ex eis que scisti.

ℂ De pediculis ꝛ lēdinib᷒. Cap.xxvi.

Materia humiditatis in qua est caliditas aliqua cum expellitur ad cutē forsitan est tante tenuitatis ꝛ subtilitatis vt resoluatur ꝛ nō sentiaꝶ: ꝛ sequitur eam illud quod resoluitur in sudorem: ꝛ sequitur eaꝫ quod resoluitur ꝛ coagulatur in sordes: ꝛ sequitur eam quod retinetur in suprema tunicarum cutis ꝛ generantur ex ea sicut furfures ꝛ desudationes ꝛ que sunt ambabus similia: ꝛ sequitur eam qð retineꝶ profundius illo. ℂ Qð si fuerit mala valde facit sicut alopitiam et similia illi ꝛ impetiginem ꝛ alsahafati. ℂ Et si fuerit minus mala ꝛ non fuerit virtus virulenta.ꝛ non festinat ad eam putrefactio dominans vltima: ꝛ est conueniens vt sit materia recipiens vitam influitur super ipsam vita ex creatore suo ꝛ proueniunt pediculi ꝛ mouentur ꝛ egrediūtur. ℂ Et quandoqꝫ accidit de eis plurimum subito. ℂ Et quandoqꝫ adiuuant ad generationem pediculorum ꝛ mouent eos cibi boni chymi ꝛ nuꝫ motus ad illud quod apparet sicut ficus: ꝛ ad illud adiuuant motus mouentes cum ad illud precipue cum associatur ei vapor spermatis generantis sicut coitus. ℂ Et quandoqꝫ adiuuant ad illud dimissio mundificationis ꝛ ablutionis ꝛ administratio eius quod aperit poros cutis ꝛ mouet materias retentas in ea ad resolutionem ꝛ facit ingredi ad eam flatum ꝓhibentem eam a conuersionibus putrefactionis ꝛ assimilatione cum putrefactione. ℂ Et quandoqꝫ superāt pediculi adeo donec fluat sanguis habentis eos ꝛ citrinetur color eius ꝛ cadat appetitus eius ꝛ extenuetur corpus ipsius ꝛ resoluatur eius virtus.

ℂ De cura. Cap.xxvij.

Pediculi plures generati non abscissi indigent in curatione sua in primis mūdificatione corporis ꝛ ꝓprie euacuatiōe cū flobotomia ꝛ rectificatione regiminis ꝛ diminutione eius qð mouet materias ad exteriora de eis que diximus: deinde administra medicinas locales: ꝛ confert ad illud assiduatio balneationis ꝛ mūdificationis: ꝛ vt assiduet balneationē cum aqua salsa: deinde cū aq̄ dulci est melius. ℂ Et opꝫ vt assiduet ꝑmutationē vestium ꝛ induaꝶ serico ꝛ lino: ꝛ bibat medicinas īterficiētes pediculos sicut allea decocta ꝛ calamentū mōtanū. ℂ Medicine vero opꝫ vt sint exiccatiue resolutiue attractiue ad exteriora. Qð si fuerit res magna est necessarium vt misceantur cum eis virtutes venenose. ℂ Et de medicinis localibus sunt sumach ꝛ oleuꝫ ꝛ acetosa etiā ꝛ folia ei᷒ ꝛ radix ei᷒ aut alumē cuꝫ oleo aut folia azedaracꝫ aut folia granatoꝝ ꝛ semē lini ꝛ calam᷒ aromatic᷒ ꝛ cinamomum: aut folia colloquintide aut folia myrti aut folia cu

rium prohibere nutrimentum a latere altero et attrahe ipsum ad latus extenuatum cum diversificantur duo latera: sicut si sit una duarum manuum extenuata et altera pinguis: tunc enim necessarium est ut ligetur pinguis cum panno incipiendo ab inferiore ligatura non vehementi neque dolorosa cum mensura que constringat tantum: et prohibeat nutrimentum a penetratione quare redeat ad locum digestionis et attrahatur ad latus alterum. ¶ Et excita attractivam cum fricatione et proprie cum oleo aliquo: sicut oleo olive cum pauca cera calefacto fricatione non excitante. Et quotiens inflatur membrum et calefit dimittatur: deinde iteretur cum quiescit. Et si pori fuerint opilati tunc oportebit si corpus fuerit vehementis soliditatis quapropter opilentur pori mollificare cum humectatione et calefactione cum calefacientibus ex eis que assumuntur et motibus corporeis et animalibus si fuerit frigus illud quod inspissavit ipsum: et infrigidatione et humectatione si fuerit calor inspissans ipsum et faciens ipsum compactum. ¶ Et melius quo calefit membrum quod non recipit calefactionem propter frigus suum est ut siccet: deinde ponatur super ipsum rubificativum. ¶ Et si fuerit causa in extenuatione propter splenem curetur splen. ¶ Et si fuerit extenuatio propter vermes interficiantur et expellantur cum omnibus que dicta sunt in ca. eorum et adhibeatur ei delitie et amenitas et stramenta levia et habitet in umbra et dilatetur et aromatizetur et dentur in potu frigida. Ista enim confortant virtutem naturalem valde. quare bona fiet eius administratio in nutriendo et expellendo superfluitates. Et illud quidem est principium causarum pinguedinis. ¶ Et de impinguantibus est assumptio vini grossi et cibi boni chimi fortis excitantis cum digeritur sicut frumentum sine cortice coctum ut pulte et aliudabeth et rizi cum lacte et assata de carnibus propter illud quod retinetur in eis de virtute carnis et generant carnem duram. ¶ Decoctum autem ex carnibus generat mollitiem et teneritudinem non firmam. ¶ Et caro anatis est impinguativa et caro galline similiter: et caro alcubugi est ultima in eo. et similiter lub zuccari et balneum post cibum est vehementer attrahens nutrimentum ad corpus impinguativum. Verum tamen eo exponitur opilationi accidenti in epate suo proprie cum est cibus eius cibus eorum qui sunt impinguandi et propter illud multiplicatur lapis in eo qui querit hoc et illi sunt aptiores ad hoc ut in eis multiplicentur iste opilationes et lapis quorum vene sunt in creatione stricte: et sunt non omnes ita. ¶ Et cum illi sentiunt gravitatem in latere dextro: sumant in potu aperitiva in opilationibus epatis nota et sumant in potu ante cibum suum capparem cum aceto et melle et oxymelle cum seminibus ho-

nec auferatur gravitas. ¶ Et melius quidem balneum est illud quod est post digestionem primam: et cum iam descenderit cibus: licet comedere cibum post egressionem a balneo absque superfluitate est de causis impinguantibus. Et balneum quidem est bonum impinguativum pluribus hominibus et proprie illis qui sunt in dispositione que est sicut arefactio. et oportet ut sit balneum post primam digestionem scilicet. quando descenderit cibus a stomaco nisi in rebus eisdem. Et calefactio quidem est ad hoc congruum factum ex lacte de quo extractum est butyrum non facto acetoso. ¶ Et de ingenio impinguandi est retentio sanguinis super membrum ligando membrum quod ei eque distat in latere altero sicut diximus ante: et ligetur illud quod est sub membro ex quo vadit nutrimentum ad ipsum cum est pingue: aut non queratur eius impinguatio sicut cum asceid est extenuatum et planta manus est sana et pinguis: tunc ligetur apud rascetam aut cum adiutorium est extenuatum et asceid non ligetur apud cubitum a superiore parte asceid. ¶ Et ex impinguantibus est illud quod pendet ex exercitio et est omne exercitium leve tardum et totum illud sit equale post fricationem velocem bonam parvam temperatam in duritie et lenitate: et proprie fricationem cum incipit ad hoc pervenire: ut rubificet cutem post illud exercitetur cum equalitate et balneetur balneatione brevi: deinde inungatur corpus eius et fricetur fricatione sicca. deinde administrentur linimenta impinguativa. ¶ Et permutatio quidem aeris et aque est ex uno eorum que oportet observare. quoniam fortasse extenuatio est causa eorum. ¶ Et de impinguativis sunt linimenta que administrantur post motionem membrorum et ipsorum rubificationem sicut est pix sola: ita ut sit vehementer liquida aut soluta in oleo cum quantitate que faciat eam currere liniendum. ¶ Et quandoque administratur sola super cutem approximata igni donec liquefiat: deinde inviscatur et elevatur quando coagulatur. Ipsa enim attrahit nutrimentum ad membrum et retinet ipsum in eo. et removet frigus eius si fuerit causa eius debilitas virtutis aut opilatio pororum in cute: et dat ei viscositatem et asperitatem et stringit super ipsum poros et excitat virtutem attractivam: quare remanet mora tanta qua figitur et fit pars membri et non resolvitur. ¶ Et oportet ut administretur in estate semel in die in qua administratur et in hyeme bis. ¶ Et consideretur in ablatione eius a membro et dimissione ipsius super ipsum velocitas rubificationis eius et inflationis quas facit ei tarditas ipsius. Cum ipsa enim festinat in hoc non sit ultimatio in dimissione eius super ipsum et dominatione ipsius: immo removeatur velociter. Et fortasse suffi-

est ut auferatur quando inuiscatur calida ⁊ infrigidatur. ¶ Et quandoque confert ut precedat super picem fricatio velox aspera dura: deinde liniatur aut percutiatur cum virga brusci equali non nodosa ⁊ proprie iuncia donec rubeat ⁊ infletur: deinde abstineat. nam additio in fricatione ⁊ percussione resoluit: deinde inuiscetur pix calefacta cum equalitate apud ignem. Cumque coagulatur ⁊ infrigidatur auferatur ab eo euellendo subito. ¶ Et melius quidem est ut effundatur super ipsum ante picem aqua ad caliditatem ⁊ mordicationem quandam declinis deinde apponatur pix. ⁊ aque sulphuree ⁊ que sunt de aspalto sunt attractiue iterum nutrimenti ad illud quod apparet. ¶ Inquit Gal. Iam vidi venditores animalium impinguasse hoc regimine adolescentem sine natibus ⁊ factus est lenis habens pingues anchas in tempore breui. ¶ Qui vero abhorret picem vtatur loco eius oleo ex oleis oppilantibus cum caliditate quadam: ⁊ si vtatur aqua frigida ⁊ tolerat eam super corpus totum aut super membrum faciat. Et melior horarum ad illud est hora qua operatur linimentum in attractio: fortasse enim tunc virtus resoluit ipsum in sanguine. ⁊ non oportet vt fugias acuta cum prolongatur ⁊ non confert: imo oportet vt assidues fricationem cum pannis ⁊ effusionem aque calide. deinde cum fricatione cum manu: deinde adhibeas picem. ¶ Et fortasse est necessarium vt attrahatur sanguis absque fricatione: imo cum medicinis rubificantibus ⁊ cum eis que sunt sicut piretrum ⁊ sulphur ⁊ cum eis que sunt sicut gumma ruthe agrestis. ¶ Et de membris sunt quedam que egent ad impinguationem sui nutrimento pluri consueto: quoniam resoluitur ex eo iam plus consueto ⁊ indiget impinguatio superfluitate remanente precipue cum fricatio id resoluit. ¶ Et referamus nunc medicinas que assumuntur ⁊ clysteria. In eis autem que sumuntur est intentio vt medicine confortent digestionem ⁊ retineant cibum in stomaco ⁊ intestinis parum propter virtutem retentiuam: ⁊ faciunt ipsum penetrare in venis ⁊ ad partes epatis: ⁊ faciunt illud diuretica equalia ⁊ proprie cum bibuntur in cibo ⁊ post ipsum spatio paruo. Et est necessarium vt coaguletur in membro. ¶ Et faciunt illud infrigidantia ⁊ stupefacientia sicut iusquiamum album ⁊ ei similia. ¶ Et de habentibus proprietatem ⁊ que sunt nobiliorum virtutum ad temperatos est illud quod. ℞. amigdalas ⁊ fisticos excorticatos ⁊ grana viridia ⁊ sisamum ⁊ grana pini maioris: conficiantur cum melle ⁊ fiant inde pilule similes nucibus: ⁊ sumantur de eis omni die quinque nuces vsque ad .x. ⁊ bibat super eas vinum: hoc enim impinguat ⁊ bonum facit colorem: ⁊ confortat super voluntatem coeundi. ¶ Medicamen bonum quod impinguat ⁊ colorem efficit bonum. ℞. mutie farine simile: ⁊. ℥. v. sarcocolle ⁊ inuoluantur cum butyro vaccino cocto inuolutione forti ⁊ fiant ex eis trocisci ⁊ comedantur mane ⁊ vespere. Aut sumantur amigdale ⁊ auellane excorticate ⁊ grana viridia ⁊ sisamum ⁊ papauer cum equalitate ⁊ hesile. S. pars penidiorum quantum est totum: sumatur in puluere omni mane ⁊ apud somnum vsque ad .ʒ. xx. ¶ Et alhidi medicamen quod ℞. quartam hedeian de herua excorticato: cuius tritura fiat optima: fundantur super ipsum lib. ij. lactis dulcis ⁊ conficiatur bene cum farina tritici quantum ipsum tolerat ⁊ fiant trocisci ex eo quorum omnis sit. ℥. i. S. ⁊ fiant vt panis ⁊ siccentur ⁊ sumatur de eo omni die duo trocisci contriti.

¶ De regimine bono ad extenuationem factam causa crete ⁊ opilationis partium epatis ⁊ siphac. Ca. iij.

Emantur passule bone ⁊ fundantur super eas quatuor pondera ipsarum de aqua ⁊ decoquantur vsque ad medietatem ⁊ proijciatur super omne caficium passularum pondus. ij. lib. scorie ferri ⁊ pugillus vnus ameos ⁊ pugillus. i. zuccari ⁊ pugillus. i. origani ⁊ quando seruet dimittatur duobus diebus aut tribus: deinde coletur ⁊ bibat de eo in ieiunio quantitatem lib. i. ⁊ post tres horas comedat panem cum hemich capparis ⁊ porrorum: ⁊ bibat super ipsum vinum forte quantitatem lib. i. deinde quando preterierunt septem hore comedat carnem pinguem ⁊ bibat vinum purum vsque ad. iij. lib. hoc enim efficit in complexionibus fortibus operationem mirabilem ⁊ colorem facit bonum. ¶ Aut sumantur draga. ⁊ se. papa. ⁊ nucis hende ⁊ amborum been ⁊ capparis ⁊ zedoarie ⁊ almugath omnium ana. ʒ. iij. S. terantur ⁊ frigantur in butyro ⁊ proijciantur super pondus duarum minarum sauich tritici ⁊ sumatur omni die de toto vsque ad. ʒ. xxx. ⁊ decoquatur de eo sorbitio cum lacte ⁊ butyro cocto ⁊ zuccaro: sorbeat: ⁊ balneetur post ipsum balneatione leui. ¶ Aut sumantur almugath. ʒ. l. elli. ʒ. xx. draganti. ʒ. xl. zedoarie. ʒ. xxx. cribellentur ⁊ sumantur quantum est tertia totius de pane simile ⁊ quantum est tertia eius de amigda. excorticatis quantum est tertia eius de zuccaro subtili ⁊ sumatur de eo omni die pondus. ʒ. xx. in lacte ouino ⁊ expressione vue: de vnoquoque quorum sit lib. i. ⁊ fiat sorbitio ⁊ sorbeat ipsam. ¶ Et vtantur de medicinis impinguatiuis tpanis ex medullis ⁊ nux hende ⁊ alhesile proprie cum sauic: quoniam ipsum cum hoc frangat inflationem sauic ⁊ grana impinguandi. Uerum ipsa tardant in stomaco. ⁊ almugath ⁊ zedoaria ⁊ duo been: ⁊ omnia que mouent sperma ex eis que sunt sicut bulbus ⁊ herbus ⁊ fasceoli. ¶ Et ex eis que currunt cursu proprietatum est vt sumatur vermis apis ⁊ ericetur ⁊ teratur ⁊ misceatur de eo aliquid cum sauich ⁊ detur de eo in

potu aliquid. ¶ De regimine bono ad calefactos est vt sumatur dogliactis dulcis cuius non vehemens sit coagulatio neqz acetositas: imo accepta est et ablata eius viscuositas vt sit magis penetratiuum et leuius. Et detur de eo in potu extenuato quantitas .5.lib. et moretur super ipsum tribus horis donec digerat ipsum: deinde sumat de eo in potu tantundem vice altera. et abstineatur a cibo vsqz ad noctem: et sit cibus eius pullus impinguatus: et si tolerat vt bibat vinum subtile faciat. et si balneetur ante cenam sup illud cum iam biberit cadum vini tenuis puri: deinde egrediatur et cenet erit melius. ¶ Et sumatur cicer et infundatur in lacte vaccino die et nocte et si remouetur super ipsum lac et nutriatur in eo plus illo licet. Et sumatur rizi abluti albi et seminis papaueris triti et tritici et ordei triti rum omnium. aña. pondus .ʒ.xxx. et panis de simila exiccati et zuccari albi amborum. aña. pon. ʒ. xxx. amigdalarum excorticatarum .ʒ.i. aggregentur omnia et decoquatur de eo omni die pondus .ʒ. xxx. cum lacte dulci aut oleo et butyro cocto et bibat ipsum et balneetur in tina post ipsum quantitate qua resoluatur. ¶ Aut sumatur lib.i. lactis dulcis et lib.i. aque ferueat cum facilitate donec consumatur aqua et proijciatur super ipsum ℥.i. penidiorum et ℥.i. butyri vaccini cocti et oleum sisaminum et ferueat bullitione vna et sorbeatur ¶ Aut sumatur farine ciceris et fabarum et ordei et rizi partes equales: lentium excorticatarum et papaueris albi et meu excorticati omnium. aña. pars .5. tritici triti sisami excorticati amborum. aña. pars .5. zuccari partes .ij. fiat sorbitio cum lacte ouino et sorbeat in mane. ¶ Aut sumatur iusquiamum album et decoquatur in aqua decoctione bona et coletur ab eo aqua fortiter: deinde exiccetur in vmbra et ponatur i modo masse et fiat panis et coquatur in furno super laterem, vsqz massa rubeat ac si esset tosta: extrahatur et teratur: et proijciantur .ij. aure. in lib.i. pulueris facte ex sisamo et papauere: et sumatur de eo mane et vespe tres plante manus. ¶ Medicamen mirabile. Sumatur iusquiamum album et abluatur cum aqua postqz infusum est in ea die ac nocte. et exiccetur et inuoluatur butyro cocto inuolutione facili et bulliat quantum meretur et proijciatur super ipsum quadruplum sui de amigdalis excorticatis. et quantum ipsum est de nucibus et quantum ipsum est de zuccaro. et sumat de eo ad mansionem pondus .ʒ.v. ¶ Et isti quidem impinguantur cum ledrengi et solatro et lactuca et moris et carne alcubugi. ¶ Et qui ad vltimum perueniunt in extenuatione indigent ad curationem sui humectatis que diximus in .c. ethice. et in .c. siccitatis stomaci: quare redi ad ea. et isti iterum oportet vt liniantur cum pice omnibus quatuor diebus aut tribus fm modum notum. ¶ Et de illo regimine est ad infrigidatos. ¶ ℞. ellebori albi: sc. papaueris albi oium. aña. pon. ʒ.ij. baurach et granorum pini oium. aña. ʒ.ij. granorum impinguandi pō. ʒ.i.ij. hermodactilorum sc. sisgami piretri galange been albi oium. aña. pon. ʒ.i. lesile pon. ʒ.v. tritici albi mundi. i. infundatur triticum in lacte donec nigrescat: deinde exiccetur in vmbra et torrefiat et sumatur de eo in puluere omni mane et sero pon. ʒ.x. et super ipsum bibatur lac. ¶ Aliud notum. ellebori albi farine ciceris et aneos omnium ana pars .i. lesile partes .ij. cymini carmeni et piperis amborum. aña. pars .5. terantur et conficiantur et coquantur in furno vt panis et exiccentur et commisceantur cum tanto pane de simila exiccato quantum ipsum est. et fiat de eo omni die sorbitio cum lacte et sumatur aut ponatur in iure pulli pinguis et sorbeatur ante cibum. ¶ Vinum ad eos. ℞. lesile pon. ʒ.v. et dimittatur super .ij. lib. vini boni cui non sit acetositas oino: et bibat de eo tres cados mane et vespere et ad mansionem scz in omni dispositione cadum .i. et confert vt consequenter adhibeatur sauich. ¶ Et napi barbarici in sauich sunt vehementis iuuamenti ad eos calefaciendo et humectando eos. verum ipsi sunt vehementis caliditatis. ¶ Et de illo est ad humectes siccitatem qui curentur curationibus eorum cum humectantibus notis et regie ethicorum: deinde regatur ille: siccitatem cuius attrahit caliditas regie calefactorum. et ille siccitati cuius associatur frigus cum regie humectum ethicam senecte. ¶ Clysteria vero sunt oe clystere impinguans renes sicut lac ouinum et pptie qn soluitur in eo de albezard aliquid. ¶ Et de eis sunt composita que iam dicta sunt in capitulis desiderij coeundi et dicam de eis vnum. Sumatur caput ouis pinguis et mundificetur deinde teratur valde et aggregentur illi .5. lib. illiarum et .ij. lib. factis et sumatur tritici et rizi et ciceris tritorum oium. aña. quarta lib.i. postqz fuerit iam aggregatum totum illud et dissolutum in aqua et colatum et fundatur ipm et aqua eius iterum sup comestionem aliam et reducatur totum ad decoquendum in furno donec discoctum sit caput iterum: et coletur totum et sumantur de iure ℥.iij. et de pingui ℥.ij. et de farina amigdalarum et nucum amborum. aña. ℥.i. fiat clystere cum eo et dormiat sup ipm.

¶ De impinguando membrum aliquod sicut manum aut pedem et labium et nasum aut preputium aut virgam. Cap. iiij.

Possibile in hoc est illud qd appropriatur illi membro: et non est illud ex parte eius qd comeditur et bibitur quoniam illud commune est corpori: imo ex parte attractionis cibi ad ipsum et retentionis eius super ipsum et conuersionis eius ad naturam ipsius. ¶ Et illud quemadmodum scitis fit per fricationem rubicantem cum asperitate et cum medicinis rubificantibus: deinde cum fricatione que est fortior et cum effusione aque calide: deinde liniatur pice et qdaz ponunt sanguisugas et cape-

complexio eius est fortis cōuertens illud quod ad eam vadit ad suam similitudinem: et propter illud est mala valde.

¶ De cura morphee nigre. Cap. x.

Oportet vt incipiat cum flobotomia si fuerit illic multitudo sanguinis: et cum euacuatione humoris adusti et melancolici cum eis que sunt sicut de coctio epithymi et agarici et mirabolanorum nigrorum et polypodij et sticados cum passulis et ficubus et similibus. ¶ Et lapis armenus et lazuli: quando ponitur in medicinis eius est iuuatiuus: et elleborus et hieralogodion et hiera ruffi et alia ab illis. ¶ Et de euacuationibus sublimibus est aqua casei cū epithimo: potetur omni die pondus .ʒ.i. epithimi in cado vno aque casei. et dare in potu sambacum confert ei. ¶ Et confert ei administratio ciborum boni chimi et administratio balneorum et administratio trifeararum factarum cum epithimo. ¶ Suffuf iuuatiuum ei et barас nigre. ℞. mirabolanorū nigrorum emblicorum nigelle omnium. añ. partem vnam zufere partem .4. et .5. bibat omni die .ʒ.iij. in mane et .ʒ.iij. in sero. et quando calefit corpus diminuatur aliquot diebus: deinde iteretur. ¶ Et oportet vt precipiatur eis quatenus occupentur in dispositione rectificandi splenem si fuerit corruptus: aut debilis ab attrahendo sanguinem: et post illud administrentur epithimata fortis abstersionis: et fortiter attrahentia sanguinē sanum. cum ergo vesicatur quiescat diebus aliquot donec cadat cutis: deinde iteretur si eius fuerit necessitas. ¶ Et quandoque non dimittit cadere: imo quotiens incipit mordicare auferatur donec quiescat deinde iteretur. ¶ Et iste medicine sunt sicut gūma rute agrestis et piper et sinapis et nasturtium et lac titimalli: et tapsia et harmel et semen raphani et cortices radicum capparis et lhebilzengi. et allhebilzengi iterum est iuuatiuum in morphea et baras et propterea q̄ vehementer attrahit sanguinem et ossa putrida et nuclei oliuarum antiqui putridi collecti ex parietibus. Et omnia attractiua fortia predicta in capitulo eradicationis vestigiorum. et aque q̄bus liniutur sunt aque cucumeris et seminis eius et de coctio colloquintide. ¶ Modus epithimatis boni: sumatur semen raphani et teratur cū condisi: et liniatur cū eo morphea nigra in balneo. ¶ Et iterum sumatur semen raphani et semen sinapis confecta cum ficubus decoctis in aceto. ¶ Modus epithimatis. Recipe nigelle torrefacte tapsie pice omnium. añ. ʒ.x. aluminis iameni .ʒ.ij. draganti gallarum amborum. añ. ʒ.ij. seminis harmel torrefacti .ʒ.v. liniatur cum aceto forti: deinde succurratur vestigijs accidentibus cum lacte mulieris. Et omnia epithimata fortia predicta in capitulo albaras et lenniginum et aliorum sunt iuuatiua ad morpheam nigram.

¶ De cura alguada et albaras. Cap. xi.

Oportet vt deinde flobotomia licet non faciat ipsam necessariam res fortis: et coitus nisi quādoque fm ieiunium et vinum nisi purum. ¶ Et sudare in balneo confert ei si fuerit mundificans corporis. ¶ Et administretur vomitus in primis: deinde medicine euacuātes flegma si non fuerit corpus mundum: deinde diuretica et solutionem ventris facientia sicut hieras magnas et propter hiera de pulpe colloquintide et pillule que similantur ei. et here dentur in potu cum decoctiōe myrabolanorum et epithimi et polypodij et passularum et salis. ¶ Et in granis alnil est proprietas mirabilis in euacuando humorem residuū morphee al. et albaras. ¶ Et de solutiuis conuenientibus eis est hierapigra composita cū pulpa colloquintide. ¶ Aut fm hanc descriptionē. Recipe cinamomi et spice xylobalsami et masticis et assari et croci et folij et calamenti fluuialis et pulpe colloquin. omnium. añ. ʒ.i. aloes .ʒ.xviij. cuius dosis sit .ʒ.i. aut aur. i. cum syrupo acetoso mellino et aqua calida. ¶ Et de solutiuis conuenientibus eis est vt sumatur myrabolanorū kebulorum emblicorum. añ. pars .4. et turbith p̄cia iij. et sit omnius pars .5. vn. i. dissoluatur de penidijs lib. 5. cum aqua et inspissentur et conficiatur: cuius dosis sit de tribus ad quinque. ¶ Et ego diligo vt ponatur in eo zinziberis pars .i. et administrentur confectiones triferales et electuarium nostrum huiusmodi. Recipe mirabol. nig. thuris al. amborum. añ. partem .i. zinziberis quartā partem vnius: conficiantur cum melle passularum: et sumatur de eo omni die quantitas oui. ¶ Et iterum myrabo. nigro. emblicorū nigelle omnium partes equales: zuferi pars .4. et .5. bibat omni die de eo .ʒ.iij. et dimittat ipsum qñ febrit. ¶ Et iterum acori et macropiperis et myrabo. kebulorum et masticis et thuris et nigelle et baccarum lauri omnium equales partes: et sit dosis eius .ʒ.2. ¶ Et de eis que dicta sunt i lib. abbreuiationum est vt sumatur modius salis de mari co vehementer torrefacto. et si est necessarium vt iteretur torrefactio eius fiat: et bibat super impressionem eius .5. vn. muri nabati: et toleret sitim vsque ad meridiem. ¶ Et in zufera et semine eius et vino in hoc capitulo est proprietas myrabilis. ¶ Et de succo quidem extremitatum vitis amare bibatur omni die cadus vnus: quoniam exiccat albaras et prohibet additionē eius. Et potare tyriacam et comedere carnem vipere est iuuatiuum valde in hoc et trocisci tyri iterū. ¶ Et de confectionibus et medicinis que sunt inter triferales et solutiuas est vt sumantur semina de zufara partes .ij. et seminis vrtice pars .5. et aloes partis .4. aggregetur cū melle: et sit dosis .ʒ.iij. administretur illud semp. ¶ Et de hominibus sunt qui ponunt cum eo acorum et epi

nium ana partem .i. et turse et lithargyrii albificati amborum ana partes .iij. et camphore partem .S. fiant ex eis trocisci cum aqua ro. et administrentur post exiccationem. ¶ Et iterum sumantur rosarum rubearum lib. i. et galle et spice et ciperi et myrrhe et aluminis omnium ana ℥. x. fiant trocisci cum aqua ros. et administretur deliburionem faciendo. ¶ Puluis bene faciens redolere corpus et confert complexionibus calidis. ℞. spice et ciperi et foliorum et florum squinanti et flora. assenine et est lubria romana omnium ana aur. x. rosarum siccarum et extremitatum myrti omnium ana aur. xx. spica et ciperum et flos squinanti et folium: madefiant cum vino odorifero et exiccentur et terantur: deinde proiciantur super ea rose et extremitates myrti contrite. et dissoluatur crocus cum aqua ros. et permisce ipsum cum medicinis reliquis et exicca eas in vmbra: deinde tere ipsum et puluerisa super corpus post balneationem. ita vt exiccet sudorem corporis in pannis exiccatione vltima. deinde pulueriza super ipsis medicinas. ¶ Aliud abscindens odorem sudoris fetidi conueniens habentibus complexiones frigidas. ℞. spice aromatice et gariofilorum et amomi et xylobalsami et cassie omnium ana aur. iij. costi et blacte bizantie et spice inde et cinamomi omnium ana aur. ij. extremitatum sansuci et spice romane omnium ana aur. iiij. lubrie romane resoluantur ista cum vino et tere et reliqua cum aqua balsamite et administra illud. ¶ Aliud secundum illud exemplum abscindens odores sudoris ℞. cinamomi et spice inde et blacte bizantie et costi omnium ana ℥. ij. absinthij et boli lacune et scorie plumbi et ceruse ablute omnium ana ℥. S. sceha et spice romane omnium ana ℥. i. croci et rosarum siccarum amborum ana ℥. iij. tere sicca cum aqua myrti: et crocum cum aceto vini odoriferi et administretur.

¶ De cura vehementie fetoris stercoris et ventositatis. Cap. xxiiij.

Fit illud causa putrefactionis humorum. Et causa rerum de proprietate quarum est illud sicut alastirgar et allea et eruca et porri et alaniuden et alalthir et iterum oua eorum. ¶ Verum fetorem delet bonitas digestionis et assumere ea que declinare faciunt putrefactionem ad partem vrine sicut fenugrecum. ipsum enim facit fetere sudorem et vrinam et delet fetorem egestionis. ¶ Et vinum aromaticum aufert fetorem egestionis.

¶ De fetore vrine. Cap. xxv.

Cause fetoris vrine sunt cause fetoris egestionis. ¶ Et iterum diuretica sicut asparagus et similia. ipsa enim faciunt bonum corporis odorem: et faciunt fetere odorem vrine. Et iterum vlcera vesice et cura eius est facilis ex eis que scivisti.

¶ De pediculis et lendinibus. Cap. xxvi.

Materia humiditatis in qua est caliditas aliqua cum expellitur ad cutem fortasse est tante tenuitatis et subtilitatis vt resoluatur et non sentiatur: et sequitur eam illud quod resoluitur in sudorem: et sequitur eam quod resoluitur et coagulatur in sordes: et sequitur eam quod retinetur in suprema tunicarum cutis et generantur ex ea sicut furfures et desudationes et que sunt ambabus similia: et sequitur eam quod retinetur profundius illo. ¶ Quod si fuerit mala valde facit sicut alopitiam et similia illi et impetiginem et alsahafati. ¶ Et si fuerit minus mala et non fuerit virtus virulenta. et non festinat ad eam putrefactio dominans vltima: et est conueniens vt sit materia recipiens vt tam influitur super ipsam vita ex creatore suo et proueniunt pediculi et mouentur et egrediuntur. ¶ Et quandoque accidit de eis plurimum subito. ¶ Et quandoque adiuuant ad generationem pediculorum et mouent eos cibi boni chimi et tenuis motus ad illud quod apparet sicut ficus: et ad illud adiuuant motus mouentes cum ad illud precipue cum associatur ei vapor spermatis generantis sicut coitus. ¶ Et quandoque adiuuant ad illud dimissio mundificationis et ablutionis et administratio eius quod aperit poros cutis et mouet materias retentas in ea ad resolutionem et facit ingredi ad eam flatum prohibentem eam a conuersionibus putrefactionis et assimilatione cum putrefactione. ¶ Et quandoque superant pediculi adeo donec fluat sanguis habentis eos et citrinetur color eius et cadat appetitus eius et extenuetur corpus ipsius et resoluatur eius virtus.

¶ De cura. Cap. xxvij.

Pediculi plures generati non abscissi indigent in curatione sua in primis mundificatione corporis et proprie euacuatione cum flobotomia et rectificatione regiminis et dimissione eius quod mouet materias ad exteriora de eisque diximus: deinde administra medicinas locales: et confert ad illud assiduatio balneationis et mundificationis: et vt assiduet balneationem cum aqua salsa: deinde cum aqua dulci est melius. ¶ Et oportet vt assiduet permutationem vestium et induatur serico et lino: et bibat medicinas interficientes pediculos sicut allea decocta et calamentum montanum. ¶ Medicine vero oportet vt sint exiccatiue resolutiue attractiue ad exteriora. Quod si fuerit res magna est necessarium vt misceantur cum eis virtutes venenose. ¶ Et de medicinis localibus sunt sumach et oleum et acetosa etiam et folia eius et radix eius aut aluminem cum oleo aut folia azedaracet aut folia granatorum et semen lini et calamus aromaticus et cinamomum: aut folia colloquintide aut folia myrti aut folia ca

pressi. et oleū cartami iuuatiuū est prohibitiuū: et oleū de raphano est mirabile. ¶ Et cortices caffie lignee et reubarbarum et piretru: et radix altee et sisimbrium et polium et anisum et pulegiū et semēvrtice et alberēgesif et cordumeni. ¶ Sumanf fiefmenithe.ʒ.iij. costi.ʒ.ß. baurac.ʒ.i. ami li quantum oia: soluantur et liniant. ¶ Et de ablutionibus est decoctio lupinoꝝ: qm̄ est bona fortis. et decoctio ficie et decoctio tamarisci et decoctio calamenti montani et decoctio foliorum cupressi et folioꝝ pini. ¶ Et gña fellis cuꝫ ponunt in ablutiōib⁹ sunt bona. Et de suffumigationib⁹ est suffumigatio cū cōdisi et staphisagria et cum gūma pini et cū galia ꝓpter et cū sulfure. ¶ Et de medicinis fortibus est vt sumant staphisagria et arsenicum rubeū et baurach terant omnia cum aceto et oleo et liniatur cum eo caput. ¶ Aut elleborus alb⁹ et baurach: aut folia oleandri cum oleo aut folia colloquintide. ¶ Aut sumantur synapis et condisi trita et fundatur super ea parum aceti et extinguatur post illud in eis argentum viuuꝫ terendo et est forte. ¶ Et similiter quod fit ex sulfure et arsenico et aristol. et cinere ilicis et costo et mirrha. ¶ Aut sumatur condisi et arsenicum rubeum et aristol. lon. et alkitran et fellis vaccini quātitas tanta de vtrisqꝫ cum qua medicine cōficiantur et est epithima forte. ¶ Et iterum alkitrā et gentiana et arsenicum et oleum de lilio. ¶ Et iterum staphisagria et folia oleandri et alumen iameni. ¶ Et iterum liniantur in balneo cuꝫ fiefmenithe pte.i. et baurach medietate ptis costi sexta partis: amili quantum omnia et liniatur cuꝫ eo post psilotrum confecto cum aceto. et administra has medicinas post vaporationem cuꝫ eis que sunt sicut condisi. ¶ Et staphisagria est melior et propter cum incipit ab ablutionibus de genere eius quod diximus.

¶ Tractatus quartus de dispositionib⁹ que pēdent ex corpore et extremitatibus et est complementum libri decorationis.

¶ De extenuationis ablatione. Cap.i.

Extenuatio fit aut propter priuationeꝫ materiei pinguedinis cibi: Aut fit propter multitudinē esus cibi subtiliātis: quare nō generaf in corpore sanguis plurimus. ¶ Et ex regimine contento de eo quod est preter illud quod non generatur in corpore sanguis bonus: aut propter debilitatem virtutis operantis in cibo: aut digestiue aut attractiue ad mēbra propter corruptionem complexionis: cuius plurimū est frigidum: aut ꝓpter quietem plurimam cum qua sopif virtus attractiua: propter quando est post exercitia quorum auxilio consueuit natura attrahere cibum. Cum ergo diminuuntur non attrahit neqꝫ nutrimentuꝫ temperatum eius. aut propterea ꝙ sanguis conuertitur ad materiam colericam vel melancolicam ex humida aquosa: aut propterea ꝙ splen cōprimit epar quando magnificatur quare attrahitur ad ipm plus sanguinis et debilitatur virtus epatis per cōtrarietateꝫ que est inter vtraqꝫ: aut propterea quia vernices coartant corpus: aut propter cōstrictionem pororum: aut propter ipsorum coartationem ab humoribus: aut cooperturam coꝝ scīter quam fecit frigus aut calor: aut nuda siccitas quorū vnumquodqꝫ cognoscitur suo signo: aut propter ligamenta assidua super ipm quare opilantur pori et meatus: quāobrem non attrahitur ad ipsum nutrimentuꝫ et propter a creta comesta: aut ꝓpter multitudinem resolutiōis quare non figitur quod attrahit de nutrimento ad membra: imo separatur sicut accidit in exercitijs velocibus et tristitia et angustia et egritudinibus resoluentibus. ¶ Et corpora quideꝫ que extenuātur in tempore breui tolerant vt redeat ad ea teneritas tempore breui. Et illa que extenuantur in tempore longo nō tolerant nisi blādimentum debilitati virtutis ad hoc vt administret nutrimentum plurimum. ¶ Corpa igitur susceptibiliora piguedinis sunt que de eis mollioꝛem habent cutem et que de eis magis susceptibilia sunt tensionis. ¶ Et de eis que faciunt homini esse necessarium fugere ab extenuatiōe sunt debilitas et vehementia passionum a calore et frigore et a verberibus et a percussionibus et a passionibus animalibus et onere et labore et inquietudine et ab euacuatione et coitu: et retinetur nutrimentum eius in venis ipsius: et non penetrat quare putrefit. ¶ Et pinguedini iterum insunt nocumenta que ego dicam. Et non est sicut equale. ¶ Dum ergo perseuerat pinguedo: ita ꝙ non facit accidere nocumentū nō abhorreas eaꝫ: vita nāqꝫ in humiditate existit. Uerum oportet vt tu caueas et abhorreas eaꝫ in via superfluitatis: licet non appareat eiꝰ nocumentum: quoniam eius nocumentum repēte aduenit et subito fm ꝙ df in loco suo. ¶ Et qm̄ desiccanf corpora ꝓpter aerē est extenuatio.

¶ De cura. Cap.ij.

Oportet vt consideretur que causa sit in extenuatione de causis extenuationis quas diximus: et curetur et remoueatur. verbi gratia. ¶ Si fuerit cibus non generans sanguinem grossum fortem afferatur ille qui generat ipsum: et non sit contētus eo qui generat sanguinem laudabilem tantum: quoniam fortasse generabit subtilem et resolutiuus. ¶ Qd̄ si fuerit virtus attractiua ad membra pigra moueatur et confortetur et consideretur ad malitiaꝫ cōplexionis si fuerit et permutetur. ¶ Et fricatio in hora expergefactionis a somno est ex eis que expergefaciunt virtutem attractiuam. ¶ Et quandoqꝫ est necessa

rium prohibere nutrimentum a latere altero et attrahe ipsum ad latus extenuatum cum diuersificantur duo latera: sicut si sit vna duarum manuum extenuata et altera pinguis: tunc enim necessarium est vt ligetur pinguis cum panno incipiendo ab inferiore ligatura non vehementi neque dolorosa cum mensura que constringat tantum: et prohibeat nutrimentum a penetratione quare redeat ad locum digestionis et attrahatur ad latus alterum. ¶ Et excita attractiuam cum fricatione et proprie cum oleo aliquo: sicut oleo oliue cum pauca cera calefacto fricatione non excitante. Et quotiens inflatur membrum et calefit dimittatur: deinde iteretur cum quiescit. Et si pori fuerint opilati tunc oportebit si corpus fuerit vehementis soliditatis quapropter opilentur pori mollificare cum humectatione et calefactione cum calefacientibus ex eis que assumuntur et motibus corporeis et animalibus si fuerit frigus illud quod inspissauit ipsum: et infrigidatione et humectatione si fuerit calor inspissans ipsum et faciens ipsum compactum. ¶ Et melius quo calefit membrum quod non recipit calefactionem propter frigus suum est vt siccetur: deinde ponatur super ipsum rubificatiuum. ¶ Et si fuerit causa in extenuatione propter splenem curetur splen. ¶ Et si fuerit extenuatio propter vermes interficiantur et extrahantur cum omnibus que dicta sunt in capitulo eorum et adhibeantur ei delitie et amenitas et stramenta leuia et habitet in vmbra et diletetur et aromatizetur et dentur in potu frigida. Ista enim confortant virtutem naturalem valde. quare bona fuit eius administratio in nutriendo et expellendo superfluitates. Et illud quidem est principium causarum pinguedinis. ¶ Et de impinguantibus est assumptio vini grossi et cibi boni chimi fortis excitantis cum digeritur sicut frumentum sine cortice coctum vt puls et aliudabeth et risi cum lacte et assata de carnibus propter illud quod retinetur in eis de virtute carnis et generant carnem duram. ¶ Decoctum autem ex carnibus generat mollitiem et teneritudinem non firmam. ¶ Et caro anatis est impinguatiua et caro galline similiter: et caro alcubugi est vltima in eo. et similiter lub zuccari et balneum post cibum est vehementer attrahens nutrimentum ad corpus impinguatiuum. Uerum vtens eo exponitur opilationi accidenti in epate suo proprie cum est cibus eius cibus eorum qui sunt impinguandi et propter illud multiplicatur lapis in eo qui querit hoc et illi sunt aptiores ad hoc vt in eis multiplicentur iste opilationes et lapis quorum vene sunt in creatione stricte: et sunt non omnes ita. ¶ Et cum illi sentiunt grauitatem in latere dextro: sumant in potu aperitiua in opilationibus epatis notis et sumant in potu ante cibum suum capparem cum aceto et melle et oxymelle cum seminibus do-

nec auferatur grauitas. ¶ Et melius quidem balneum est illud quod est post digestionem primam: et cum iam descenderit cibus: licet comedere cibum post egressionem a balneo absque superfluitate est de causis impinguantibus. Et balneum quidem est bonum impinguatiuum pluribus hominibus et proprie illis qui sunt in dispositione que est sicut arefactio. et oportet vt sit balneum post primam digestionem scilicet quando descenderit cibus a stomaco nisi in rebus eisdem. Et calefactio quidem est ad hoc congruum factum ex lacte de quo extractum est butyrum non facto acetoso. ¶ Et de ingenio impinguandi est retentio sanguinis super membrum ligando membrum quod ei eque distat in latere altero sicut diximus ante: et ligetur illud quod est sub membro ex quo vadit nutrimentum ad ipsum cum est pingue: aut non queratur eius impinguatio sicut cum aseid est extenuatum et planta manus est sana et pinguis: tunc ligetur apud rasetam aut cum adiutorium est extenuatum et aseid non ligetur apud cubitum a superiore parte aseid. ¶ Et ex impinguantibus est illud quod pendet ex exercitio et est omne exercitium leue tardum et totum illud sit equale post fricationem velocem bonam paruam temperatam in duritie et lenitate: et proprie fricationem cum incipit ad hoc peruenire: vt rubificet cutem post illud exercitetur cum equalitate et balneetur balneatione breui: deinde inungatur corpus eius et fricetur fricatione sicca. deinde administrentur linimenta impinguatiua. ¶ Et permutatio quidem aeris et aque est ex vno eorum que oportet obseruare. quoniam forte extenuatio est causa eorum. ¶ Et de impinguatiuis sunt linimenta que administrantur post motionem membrorum et ipsorum rubificationem sicut est pix sola: ita vt sit vehementer liquida aut soluta in oleo cum quantitate que faciat eam currere liniments. ¶ Et quandoque administratur sola super cutem approximata igni donec liquefiat: deinde inuiscatur et eleuatur quando congelatur. Ipsa enim attrahit nutrimentum ad membrum et retinet ipsum in eo. et remouet frigus eius si fuerit causa eius debilitas virtutis aut opilatio pororum in cute: et dat ei viscositatem et asperitatem et stringit super ipsum poros et excitat virtutem attractiuam: quare remanet mora tanta qua figitur et fit pars membri et non resoluitur. ¶ Et oportet vt administretur in estate semel in die in qua administratur et in hyeme bis. ¶ Et consideretur in ablatione eius a membro et dimissione ipsius super ipsum velocitas rubificationis eius et inflationis quas facit ei tarditas ipsius. Cum ipsa enim festinat in hoc non fit vltimatio in dimissione eius super ipsum et dominatione ipsius: imo remoueatur velociter. Et fortasse suffi-

cit vt auferatur quando inuiscatur calida τ infrigidatur. ¶ Et quandoq; confert vt precedat super picem fricatio velox aspera dura: deinde liniatur aut percutiatur cum virga brasci equali non nodosa τ proprie iuncia donec rubeat. τ infletur: deinde abstineat. nã additio in fricatione τ percussione resoluit: deinde iuiscetur pix calefacta cum equalitate apud ignem. Cũq; coagulatur τ infrigidatur auferat ab eo euellende subito. ¶ Et melius quidem est vt effundatur super ipsum ante picem aqua ad caliditatẽ τ mordicationez quandam declivis deinde apponat pix. τ aque sulphuree τ que sũt de aspalto sunt attractiue iteruz nutrimenti ad illud qđ apparet. ¶ Inquit Gal. Jam vidi venditorez animaliuz impinguasse hoc regimine adolescẽtem sine natibus τ factus est leuis habens pingues anchas in tempore breui. ¶ Qui vero abhorret picem vtatur loco eius oleo ex oleis opilantibus cum caliditate quadã: τ si vtatur aqua frigida τ tolerat eam super corpus totuz aut super membrum faciat. Et melior horarum ad illud est hora qua operatur linimentum in attractio: fortasse enim tunc virtus resoluit ipsum in sanguine. τ non oportet vt fugias acuta cũ prolongatur τ nõ confert: imo oportet vt assidues fricationem cum pãnis τ effusionem aque calide. deinde cum fricatione cũ manu: deinde adhibeas picem. ¶ Et fortasse est necessarium vt attrahatur sanguis absq; fricatione: imo cum medicinis rubificantibus τ cum eis que sunt sicut piretrum τ sulphur τ cuz eis que sunt sicut gummia ruthe agrestis. ¶ Et de membris sunt quedam que egent ad impinguationem sui nutrimento pluri consueto: quoniaz resoluitur ex eo iam plus consueto τ indiget impinguatio superfluitate remanente precipue cum fricatio id resoluit. ¶ Et referamus nunc medicinas que assumũtur τ clysteria. In eis autem que sumũtur est intentio vt medicine confortent digestionem τ retineant cibũ in stomaco τ intestinis parum propter virtutẽ retentiuam: τ faciunt ipm penetrare in venis τ ad partes epatis: τ faciũt illud diuretica equalia τ proprie cuz bibuntur in cibo τ post ipsum spatio paruo. Et est necessarium vt coaguletur in membro. ¶ Et faciũt illud infrigidãtia τ stupefacientia sicut iusquiamũ album τ ei similia. ¶ Et de habentib⁹ proprietatem τ que sunt nobiliorum virtutum ad temperatos est illud quod. ℞. amigdalas τ fisticos excorticatos τ grana viridia τ sisamum τ grana pini maioris: conficiantur cum melle τ fiant inde pilule similes nucibus: τ sumantur de eis omni die quinq; nuces vsq; ad. x. τ bibat super eas vinum: hoc enim impinguat τ bonum facit colorem: τ confortat super voluntatẽ coeundi. ¶ Medicamen bonum quod impinguat τ colorem efficiũ bonum. ℞. mnũc farine simile: τ. ʒ. v. sarcocolle τ inuoluantur cuz butyro vaccino cocto inuolutione forti τ fiant ex eis trocisci τ comedantur mane τ vespere. Aut sumãtur amigdale τ auellane excorticate τ grana viridia τ sisamum τ papauer cum equalitate læsile. 5. pars pondiorum quantum est totuz: sumatur in puluere omni mane τ apud somnũ vsq; ad. ʒ. xx. ¶ Et alhidi medicamen quod ℞. quartam lædeiari de lærua excorticato: cumq; tritura fiat optima: fundantur super ipsum lib. ij. lactis dulcis τ cõficiatur bene cum farina tritici quantum ipsuz tolerat τ fiant trocisci ex eo quorum omnis sit. ʒ. i. ʃ. τ fiant vt panis τ siccent τ sumãtur de eo oĩ die duo trocisci ꝯtriti.

¶ De regimie bono ad extenuationez factam causa crete τ opilationis partium epatis τ siphac. Ca. iij.

Olmantur passule bone τ fundantur super eas quatuor pondera ipsarum de aqua τ decoquant vsq; ad medietatem τ ꝓijciatur super omne caficiũ passularum põdus. ij. lib. scorie ferri τ pugillus vnus ameos τ pugillus. i. zuccari τ pugillus. i. origani τ quando seruet dimittatur duob⁹ diebus aut tribus: deinde coletur τ bibat de eo in ieiunio quantitatẽ lib. i. τ post tres horas comedat panẽ cum læmich capparis τ porrorꝫ: τ bibat sup ipm vinum forte quantitatem lib. i. deinde quando preterennt septem hore comedat carnem pinguẽ τ bibat vinuz purũ vsq; ad. iij. lib. hoc enim efficit in complexionib⁹ fortibus operationẽ mirabilem τ colorem facit bonuz. ¶ Aut sumant draga. τ se. papa. τ nucis hendem τ amborꝫ been τ capparis τ zedoarie τ almugath oium aã. ʒ. iij. ʃ. terant τ frigant in butyro τ ꝓijciant sup põdus duarꝫ minarũ sanich trinci τ sumatur oĩ die de toto vsq; ad. ʒ. xxx. τ decoquatur de eo sorbitio cũ lacte τ butyro cocto τ zuccaro: sorbeat: τ balneet post ipꝫ balneatione leui. ¶ Aut sumant almugath. ʒ. l. elli. ʒ. xx. dragagãu. ʒ. xl. zedoarie. ʒ. xxx. cribellent et sumant quantũ est tertia toti⁹ de pane simile τ quantuz est tertia eius de amigda. excorticatis quantũ est tertia ei⁹ de zuccaro sulimeni τ sumatur de eo omni die pondus. ʒ. xx. anl acte ouino τ expressione vue: de vnoquoq; quorꝫ sit lib. i. τ fiat sorbitio τ sorbeat ipsaz. ¶ Et vtat de medicinis ipinguatiuis ipanis ex medullis τ nux bendẽ τ allæsile. ꝓprie cũ sauic: qm ipsum cum hoc frangit iflationẽ sauic τ grana ipingu ãdi. Uerum ipsa tardant in stomaco. τ almugath τ zedoaria τ duo been: τ omnia que mouẽt sperma ex eis que sunt sicut bulb⁹ τ herb⁹ τ fasceol. ¶ Et ex eis que currunt cursu ꝓprietatis est vt sumatur vermis apis τ exicceтur τ teratur τ misceatur de eo aliquid cuz sauich τ detur de eo in

potu aliquid. ¶ De regimine bono ad calefactos est vt sumatur dogliacus dulcis cuius non vehemens sit coagulatio neq; acetositas: imo accepta est ⁊ ablata eius vnctuositas vt sit magis penetratiuum ⁊ leuius. Et detur de eo in potu extenuato quantitas .ʒ. lib. ⁊ moretur super ipsum tribus horis donec digerat ipsum: deinde sumat de eo in potu tantūdē vice altera. ⁊ abstineatur a cibo vsq; ad noctem: ⁊ sit cibus eius pullus impinguatus ⁊ si tolerat vt bibat vinū subtile faciat. ⁊ si balneetur ante cenam sup illud cum iam biberit cadum vini tenuis puri: deinde egrediatur ⁊ cenet erit melius. ¶ Et sumatur cicer ⁊ infundatur in lacte vaccino die ⁊ nocte ⁊ si remouetur super ipsum lac ⁊ nutriatur in eo plus illo licet. Et sumatur rizi ablutum albi ⁊ seminis papaueris triti ⁊ tritici ⁊ ordei tritorum omnium .añ. pondus .ʒ. xxx. ⁊ panis de simila exiccati ⁊ zuccari albi amborū. añ. pon. ʒ. xxx. amigdalarū excorticatarū .ʒ. i. aggregent̄ omnia ⁊ decoquatur de eo omni die pondus .ʒ. xxx. cum lacte dulci aut oleo ⁊ butyro cocto ⁊ bibat ipsum ⁊ balneetur in tina post ipsum quantitate qua resoluat̄. ¶ Aut sumatur lib. i. lactis dulcis ⁊ lib. i. aque ferueat cum facilitate donec consumatur aqua ⁊ proijciatur super ipsū .℥. i. penidiorum ⁊ .℥. i. butyri vaccini cocti ⁊ oleum sisaminum ⁊ ferueat bullitione vna ⁊ sorbeatur ¶ Aut sumātur farine ciceris ⁊ fabarum ⁊ ordei ⁊ rizi partes equales: lentium excorticatarū ⁊ papaueris albi ⁊ meos excorticati omniū. añ. pars .ʒ. tritici triti sisami excorticati amborum. añ. pars .ʒ. zuccari partes .ij. fiat sorbitio cum lacte ouino ⁊ sorbeat in mane. ¶ Aut sumatur iusquiamum album ⁊ decoquatur in aqua decoctione bona ⁊ coletur ab eo aqua fortiter: deinde exiccetur in vmbra ⁊ ponat̄ i modo masse ⁊ fiat panis ⁊ coquatur in furno super laterem. cūq; massa rubeū ac si esset tosta: extrahatur ⁊ teratur: ⁊ proijciantur .ij. aure. in lib. i. pultis facte ex sisamo ⁊ papauere: ⁊ sumātur de eo mane ⁊ vespe tres plante manus. ¶ Medicamen mirabile. Sumatur iusquiamū album ⁊ abluatur cum aqua postq; infusum est in ea die ac nocte. ⁊ exiccetur ⁊ inuoluatur butyro cocto inuolutione facili ⁊ bulliat quantū meretur ⁊ proijciatur super ipsum quadruplum sui de amigdalis excorticatis. ⁊ quantū ipsum est de nucibus ⁊ quantum ipsum est de zuccaro. ⁊ sumat de eo ad mansionē pondus .ʒ. v. ¶ Et isti quidem impinguantur cum kelzengi ⁊ solatro ⁊ lactuca ⁊ moris ⁊ carne alcubugi. ¶ Et qui ad vltimum perueniunt in extenuatione indigent ad curationem sui humectatis que diximus in .c. ethice. ⁊ in .c. siccitatis stomaci: quare redi ad ea. ⁊ isti iterum oportet vt liniantur cū pice omnibus quatuor diebus aut tribus s̄m modum notū. ¶ Et de illo regimine est ad infrigidatos. ¶ R. ellebori albi: sc. papaueris albi oīum. añ. pond. ʒ. ß. baurach ⁊ granorū pini oīum. añ. ʒ. iiij. granorū impinguandi pō. ʒ. iiij. hermodactilorū sc. iusquiami pireti galange been albi oīum. añ. pon. ʒ. i. kesile pon. ʒ. v. tritici albi mundi. i. infundat̄ triticum in lacte donec nigrescat: deinde exiccetur in vmbra ⁊ torrefiat ⁊ sumat̄ de eo in puluere omni mane ⁊ sero pon. ʒ. x. ⁊ super ipsum bibat̄ lac. ¶ Aliud notum. ellebori albi farine ciceris ⁊ ameos omnium ana pars .i. kesile, partes .ij. cymini carmeni ⁊ piperis amborū. añ. pars .ʒ. terant̄ ⁊ cōficiant̄ ⁊ coquant̄ in furno vt panis ⁊ exiccent̄ ⁊ cōmisceant̄ cū tanto pane de simila exiccato quantū ipsum est. ⁊ fiat de eo omni die sorbitio cum lacte ⁊ sumatur aut ponat̄ in iure pulli pinguis ⁊ sorbeat̄ ante cibum. ¶ Vinum ad eos. R. kesile pon. ʒ. v. ⁊ dimittat̄ super .ij. lib. vini boni cui non sit acetositas oino: ⁊ bibat de eo tres cados mane ⁊ vespere ⁊ ad mansionem scz in omni dispositiōe cadum .i. ⁊ confert vt cōsequenter adhibeatur sauich. ¶ Et napi barbarici in sauich sunt vehementis iuuamētū ad eos calefaciendo ⁊ humectando eos. verū ipsi sunt vehemētis caliditatis. ¶ Et de illo est ad hūes siccitatē qui curent̄ curationibus eorū cum humectantibus notis ⁊ regie ethicorū: deinde regatur ille: siccitatē cuius attrahit caliditas regie calefactorū. ⁊ ille siccitati cuius associat̄ frigus cum regie hūtium ethicā senecte. ¶ Clysteria vero sunt oē clystere impinguās renes sicut lac ouinū ⁊ ꝓprie qū soluit̄ in eo de albezard aliquid. ¶ Et de eis sunt cōposita que iam dicta sunt in capitulis desiderij coeundi ⁊ dicā de eis vnū. Sumat̄ caput ouis pinguis ⁊ mundificet̄ deinde terat̄ valde ⁊ aggregent̄ illi .ʒ. lib. illiati ⁊ .ß. lib. lactis ⁊ sumat̄ tritici ⁊ rizi ⁊ ciceris tritorū oīum. añ. quarta lib. i. postq; fuerit iam aggregatū totū illud ⁊ dissolutū in aqua ⁊ colatū ⁊ fundat̄ ipm ⁊ aqua eius iterū sup comestionē aliam ⁊ reducatur totum ad decoquendum in furno donec discoctum sit caput iterum: ⁊ coletur totum ⁊ sumantur de iure .℥. iij. ⁊ de pingui .℥. ij. ⁊ de farina amigdalarum ⁊ nucum amborū. añ. ℥. i. fiat clystere cū eo ⁊ dormiat sup ipm.

¶ De impinguando membrum aliquod sicut manum aut pedem ⁊ labium ⁊ nasum aut preputium aut virgam. Cap. iiij.

Possibile in hoc est illud qđ appropriatur illi membro: ⁊ nō est illud ex parte eius qđ comedit̄ ⁊ bibitur quoniā illud cōmune est corpori: imo ex parte attractionis cibi ad ipsum ⁊ retentionis eius super ipsum ⁊ cōuersionis eius ad naturā ipsius. ¶ Et illud quēadmodū scimus fit per fricationē rubicantē cum asperitate ⁊ cum medicinis rubificantibus: deinde cū fricatione que est fortior ⁊ cum effusione aque calide: deinde liniat̄ pice ⁊ qdā ponunt sanguisugas ⁊ cāpe-

stres et sunt vermes rubei in virtute piscis. Et iu quidem iam sciuisti in primis capitulis qualiter administretur pix et administratur secundum modum quem necessarium facit materia veniens ad ipsum stringendo viam ab eo ad aliud et appropriatur ei aliqua ex operationibus ferri sicut labio et naso et auri. Et dictum est in ca. alio ab isto. Dixerunt cum labium et nasus sunt diminuta oportet tunc vt aperiatur membrum et discooperiatur cutis ab vtroque latere et incidatur caro que est in medio que indurata est ex ea quare prolongabitur et auferetur ab eo callositas.

De masculis superflue pinguedinis. Ca. v.

Pinguedo superflua est compos corporis a motu et deambulatione et conuersione coartans venas coartatione constringente eas: quare opilat spiritui vias suas quapropter extinguntur multotiens: et similiter non peruenit ad eos spiraculum aeris: quare corrumpitur propter illud complexio spiritus eorum et sunt in timore quod expellatur sanguis eorum iterum ad locum constrictum quare forsitan findetur vena subito scissione perniciosa. Et in huiusmodi quidem dispositione que est ante eam accidunt eis constrictio anhelitus et pulsus cordis: quare succurratur tunc dispositioni eorum cum flobotomia: et isti quidem penitus expositi sunt morti repentine. Et ad summum mors super vltimatos in pinguedine festinat et precipue illos qui impinguantur in prima etate. ipsi. n. minutas habent venas et constrictas et sunt expositi apoplexie et paralysi et pulsui cordis diarie propter humiditatem ipsorum: et malitie anhelitus. et sincopi et febribus malis: et non tolerant famem neque sitim causa constrictionis meatuum spiritus et vehementie frigoris complexionis et paucitatis sanguinis et multitudinis flegmatis. Et homo quidem non peruenit ad vltimum magnitudinis impinguationis nisi cum est frigide complexionis. Et similiter isti sunt non generantes neque in sextu suo ad cōmodum peruenientes et sperma ipsorum est paucum. Et similiter que de mulieribus sunt pingues non concipiunt et cum concipiunt abortiuntur et earum appetitus iterum est debilis. Et cum isti quidem omnes curantur cum medicinis non forsitan penetrant medicine inspe nas eorum vsque ad membra eorum lesa. Et quando infirmantur non sentiunt nocumentum velociter: quoniam sensus eorum sunt debiles. Et flobotomia eorum est difficilis: et in corporis solutione ventris est timor. forsitan. n. mouebit humores eorum et non erit possibile vt penetrent in venas redeundo propter coartationem earum quare forsitan ducet ad perditionem illud. Si autem faciunt aliquid infirmat eos: quoniam calor eorum natiuus est debilis: quoniam eius locus est strictus. Et nos quidem iam diximus quod laudandus est temperatus et proprie in adolescentia. Et pinguia: quamuis laborent et debilitentur a motu: tamen ipsa per id quod aliis fiatur eis de significatione humiditatis significant longitudinem vite.

De extenuando. Cap. vi.

Regimen extenuandi est contrarium regimini impinguandi: et est minoratio cibi et post ipsum balneum et exercitium vehemens cum penetratione eius et ponere ipsum de genere eius qui non nutrit. Et de genere eius cuius nutrimentum est siccum aut acre aut salsum: sicut sunt lentes et caulis et acetosa. Et sit panis eorum panis de quo non est electus furfur et panis de ordeo: et multiplicentur species calide que pro condimento ponuntur in cibariis suis. Et de eis que adiuuant ad minorandum cibum eorum predictum cum eo quod narratum est vt sit pinguis valde vt fiat velociter: quoniam appetitus eorum debilitantur: et sint cibi et potus eorum tales vt adiuuent ad resoluendam materiam si aggregatur de ea et adiuuat ad illud vehementia raritatis corporis eorum per exercitia laboriosa et grossitudinem indumenti et lecti et permutationem aque frigide ad calidam et aeris frigidi ad calidum et declinatio semper ad frigus vt constringantur pori et opilentur et consolidetur corpus propter horripilationem: quare non recipiat nutrimentum et prohibeat resolutionem equalem que precedit attractionem eius quod est post ipsam. Quod si fuerit constrictus deleganir calori donec multiplicetur eius resolutio: quare resoluatur supra illud quod attrahitur ad membrum. Et euacuationes et vomitus non equales: nam vomitus cum est equalis ante cibum et post ipsum impinguat: verum illud quod est plurimum extenuat. Et alteratio complexionis ad contrarium complexionis facientis pinguedinem si est frigus tunc calefactio. et si est caliditas equalis tunc inclinatio eius ad frigus aut calorem superfluum. Et secundum plurimum de rebus magis iuuantibus pluribus que superfluunt in pinguedine. et sic. verbi gratia. illud a frigore est administratio medicinarum subtiliantium. et hoc iterum ad calorem est iuuatiuum. Et oportet vt adhibeantur eis exercitia laboriosa et euacuationes. ipsa. n. efficiunt in humoribus tres operationes: quarum vnaqueque est iuuatiua ad extenuandum. et de illis est subtiliatio humoris in eo et elongatio eius a coagulatione et exponere ipsum ad resolutionem: et de illis est quod ipsa prouocant et mouent humores non ad partem venarum: et de illis est quod ipsa faciunt sanguinem lucrari qualitatem acutam non malignam ad virtutem attractiuam. Et medicine administrate in doloribus iuncturarum sunt valde fortes in prouocatione vrine non tempe-

rate que cum permiscent vadunt cum cibo ad venas et non possunt educere materias ad sugtionem venarum neque ad partem urine sumiendo a parte venarum nisi in potu sumantur cum iam secunda advenit digestio. tunc enim pervenit ad epar et illic incipit prima operatio earum: immo forte que remanent discernentes valde humores ad non partem venarum: quare famem patiuntur vene et faciunt reliquas operationes. ¶ Et iste medicine veniunt provocantes menstrua cum virtute quapropter adiuvant ad extenuandum in mulieribus. ¶ Et iste quidem medicine sunt sicut gentiana et semen rubee et aristo. ro. et petroselinum et polium et sandarace quidem inest virtus extenuativa valde contraria ... larabe. et lacca habet in hoc virtutem propriam iterum et similiter semen apii et dragantum forte est: sed est timorosum et amaracum similiter. ¶ Compositum. ℞. aristo. ro. pon. ʒ. i. centauree minoris ℥. tertias. ʒ. i. gentiane romane et polii et petroselini et salis vipere omnium ana. ʒ. iii. et est dosis. i.

¶ Medicamen forte. Sumantur radix cucu. asi. et radix altee et radix oppo. et sumatur in pulvere decoctio. ʒ. i. ¶ Et iterum sumantur se. ameos et se. rubee et cymini equales preter sansuci et baurach ambor. ana. quarta partis. i. et lacce pon. i. cuius dosis omni die sit aur. i. ¶ Et de medicinis subtiliantibus sunt acetum et almuri: et proprie in ieiunio: veruntamen ille qui habet debilitatem nervorum et que habent nocumentum in matrice devitent acetum. ¶ Et potare vinum in ieiunio quandoque extenuat iterum per hoc quod resolvit et per hoc quod replet venas vapore cum fuerit illud quod potatur plurimum: quare vene non recipiunt iterum aliud super ipsum ex cibo. Et similiter medicine lenientes naturam ipse enim convertunt cibum a venis. ¶ Et quando administrantur multotiens fit virtus attractiva pigra et consuescunt vene etiam ab eo quod vadit ad eas apud quemlibet motum humorum ad intestina. et quando apparent medicine lenientes naturam et subtiliantes diuretice non perveniunt ad venas res magna. ¶ Et de medicinis extenuantibus sunt tyriaca et usus eius et sal vipe et diacurcuma et diaciminum et diapiperon et sagzenea et anacardinum. Et medicamen de lacca et athanasia et homozusia et trifera minor. Epithima vero eorum oportet ut sit de genere eorum que infrigidant et stupefaciunt virtutem attractivam et sit in eis venenositas sicut iusquiamus nigrum et album: aut de genere eorum que resolvunt resolutione vehementi sicut sunt olea et inunctiones fortis resolutionis. ¶ Et oportet ut sit eorum balneatio in ieiunio et sit aerea sudare faciens non aquosa et humectans. Et si fuerit aquosa resolutiva sit assiduatio in ea ut non accidat ex ea attractio superflua absque resolutione: deinde non festinet ad comedendum super ipsam: immo expectet et dormiat post ipsam aut moveatur et exercitetur: deinde quiescat post comedat rem debilem. et similiter oportet ut sit fricatio eius fricatio resolutiva continua.

¶ De extenuatione membri particularis sicut mammille et testiculi et manus et pedis et similium illis. Cap. vii.

Redi in hoc regimine iterum ad dispositiones et conditiones quas diximus in extenuatione absoluta et iungetur cum iuvamentis quibus appropriantur et iuvat ad illud sicut facere ipsum quiescere cum frigore suo et ligare vias cibi ad ipsum et stringere cum ligamento et assiduatio eius super illas vias sub eo et attractio cibi ad oppositum eius. ¶ Et de epithimantibus que prohibent testiculum fieri magnum et mamillam a magnificatione est ut sumatur chimolea et cerusa plumbi et misceantur cum expressione iusquiami albi et olei myrtini et administretur inunctio et assiduetur epithimatio eius ex fricatione lapidis in quo fabri boromatores sua acuunt ferramenta cum vino fricatur super album cum aceto aut succo iusquiami al. Et similiter multitudo epithimandi cum alumine omni die. ¶ Aut sumatur crete pars i. et gallarum viridium que utreque sint trite et liniatur cum melle in die: deinde abluatur cum aqua frigida: fiat illud in mense tribus vicibus. ¶ Et appropriatur mamille ut ligetur super eam cyminum contritum confectum cum aceto ex quo emplastretur mamilla. Et dimittatur super eam pannus infusus aceto tribus diebus. deinde solvatur: et consequenter adhibeatur cepa lilii al. et stringatur et non solvatur tribus diebus aliis fiat illud in mense tribus vicibus.

¶ Loquemur nunc de egritudinibus unguium et de panaritio. Cap. viii.

Panaritium est apostema calidum exiturale accidens in latere unguis et est difficile vehementis doloris. et quandoque ulceratur et perducit ad corrosionem. et quandoque currit ex ulceratione eius sanies subtilis fetida et est in hoc timor digiti.

¶ De cura. Ca. ix.

Oinecessaria est flobotomia et ventris solutio fiat et est necessarium subtiliare cibum et infrigidare ipsum. et oportet ut currat in curatione cursu reliquorum apostematum. scilicet in observatione dispositionis principii et augmenti et status et declinationis secundum quod scivisti. ¶ Medicine autem locales sunt quoniam in principio oportet ut submergatur in aceto calido. Gal. namque narravit quod est vehementis iuvamenti ad panaritium. et non est dubium: quoniam in principio fit magis iuvativum. et proprie cum furfure aut farina ordei. ¶ Et emplastretur caphoratum factum ex camphora. et quando conficitur opium cum mucillagine psilii extracta cum aceto est iuvativum valde. et emplastratio cum gallis contritis pulverizatis fortasse refrenat ipsum. et similiter sordes auris cum lirio quandoque prohibet ipsum collectionem facere. et

licium iterū inuatiuum est bonum. Et similiter galle ɔfecte cum melle.illud.n.est ex eis que.phi bent eius ɔfirmationem.et submergat semp in aqua frigida et sedet dolor eius cum opio: qm̄ est mirabile et mucillago psilij tunc est iuuatiua. ¶ Aut sumant galle et cortices granatorum acetosorum et lapides calcis et ficus sicce cum equali mensura: ɔficiant cum melle aut cū rob vue aut cum iulep et liget super ipm et non approximet oleo aliquo neq humiditati cum timet vlcerationem. ¶ Et radix lilij et olibanū tritum solum et cum alijs. ¶ Et grana myrthi decocta cum rob vue forsitan refrenant ipsum. ¶ Medicamen sanans panarinum. Sumantur aloes et balaustie et olibanum et galle et aggregentur cum melle et administrent. ¶ Et non opz vt stetur sup infrigidantia: nā ipsa qn̄ transit hora prima principij inspissant cutem et obsident inām et vehementior fit dolor. ¶ Et nō attēdatur tunc illud qd̄ sentit de caliditate: eius fit sicut ignis: imo resoluatur et exeat. ¶ Et forsitan ɔfert submersio in oleo calefacto. et tolerantia sup ipsam et in medio terat olibanum et ponat super ipm: aut flos ferri et nigelle iterum trita. ¶ Et mucilagines iterū lenientes: et adipes et silr trociści andaron et musceo et sordes auris bona est ei ante collectionē. et cum accidit maturatio: tunc pone super ipsum semē almaru et psilium cū lacte. Et cū est prope fluxum et collectionem: tūc perforetur pforatione subtili et parua vt egrediat qd̄ est in ipso: et emplet cum egressum fuerit cū stiptictis sicut sunt lētes et rose. et sicut sauich de nabach et sauich malorum et sauich de zarur. et post illud est farina lupinorum cum melle. ¶ Et qn̄ vlceratur tunc aloes est de melioribus curationibus eius. et silr thus cū arsenico et empl̄m de flore eris pmixtum cum emplō de cerusa et sarcocolla et cooperiat illud cum pāno imbibito in vino. ¶ Et opztunc vt separetur caro ab vngue ab omni pte et incidatur illud quod pungit carnem ex vngue. ¶ Empl̄m bonum qd̄ dixit Paulus. R. dragāti vsti thuris ambor. an̄.partem.i. floris eris partē.teratur cū melle et administret. ¶ Et iterum empl̄m hmōi: cortices granatorum acetosorum et galle scoria eris et flos eius misceat cum melle et liniat et ligetur et nō tangat locum aq̄ neq oleum. ¶ Empl̄m bonū draganti vsti et thuris ambor. an̄.pars.i.aggregetur cum melle et ponat super ipm. et forsitan est necessarium cū est timor corrosionis administrat calcadicon ex arsenico et dragāto et flore eris et calce: qm̄ exiccat ipsum et nō est melius eo. ¶ Et qn̄ incipit currere ex panaritio vlceratio saniea: tunc cauterizet et incidatur vt non perambulet malitia eius in digito toto et nos quasi iam locuti fuimus de panaritio vice alia.

¶ De aure muris et scissura vnguium et excoriatione earum et ipsarum scabie. Cap.x.

Q Uādoq accidūt hec accidentia causa siccitatis complexionis melancolice. et illa fissura vnguium: que est decliuis ad partes acutas pendentes cū carne et pungentes et que ledunt dicitur auris muris. In curatione vo eius est necessaria mūdificatio corporis cū euacuatiōe humoris melancolici si fuerit dominans: et medicine locales sunt vt liniatur alafras cum sale masse et fece vini. ¶ Et emplastretur cum cepa muris assata et proprie cum oleo sisamino aut semen lini aut nasturtiū et emplastrum factum ligetur super ipsum cum melle. ¶ Et nasturtium et salnitra confert ad illud et eradicāt frusta. ¶ Aut liniat cū alafras et sale et fece vini et hoc ɔfert scabiei et excoriationi et silr mastix dissolutū cum sale trito.

¶ Spasmus et curuitas et leprositas que accidunt vngui. Cap.xi.

I Ste passiones iterum accidunt vngui fm plurimum ex melancolia quare conuertit eam et spasmat eam et curuat ipsam et facit eā leprosam. ¶ Et multotiens quidem est causa eius aliquid eradicantium accidens vngui. cum ergo vult oriri origine bona nō custodit et tangit multotiēs et non egreditur. et si egredit: egredit fm formā malam et vadit in generatione super illam summam: qr illud quod aduenit ei de nutrimento aduenit ei et non inuenit in ea penetrationem et de eo resolutionem fm duos modos naturales: quare cōponitur in radice vnguis tali compositione qp fit ei difficilis extensio totius radicis. ¶ Et multotiens quidem curuatur curuatura cum adipe septem diebus: deinde fricatur cum nitro: deinde iteratur donec equetur. Et multotiens eradicatur vnguis per casum: quare fit fortis dolor et facit currere febrem. ¶ Cura. Illa cuius causa est melancolia indiget euacuatiōe eius si fuerit corpori cōis et fuerint oēs vngues iam facte. similiter rectificatio cibi est de rebus magis ɔuenientibus ad illud. Et qui bibit oleū sisaminum et assiduat ipsum equantur vngues eius. ¶ Et si fuerit melancolia propria vni vngui: tunc oportet vt curetur curationibus localibus. Et de curationibus quidem localibus ad illud alie sunt que leniunt vnguem et preparant ipsam ad excoriandum et equādum sicut administratio calcis et arsenici super eam: quare fit talis vt radas cum cultello quam quantitatem volueris. et similiter multitudo emplastrationis cū fece alfochaha quoniam facit eam facilem ad equandum. ¶ Et similiter si tolerat manus calefac eam cum cera et equa eam. et gummi cupressi est emplastrum bonum ad liniendum eā et semen lini iterum est bonum ad spasmum. Et adeps ouis qn̄ ligatur super ipsam diebus aliquot et dimittitur lenit eam. si autem non sufficit iteretur super ipsam multotiens vsq quo le

nietur & preparetur ad equandum: & cōfert ad scabiem vnguium iterum.

¶ Ingenium in incisione vnguis male in forma sua & colore suo & reliquis maculis vt nascatur loco eius vnguis bona. Ca.xij.

Elmatur gumma cypressi & emplastretur cum ea vnguis maligna dolorosa diebus aliquot vt leniatur: deinde pungatur radix eius cum acu & currat de ea sanguis plurimus. deinde ligetur super eam allea contrita die & nocte deinde renouentur super eā allea in die & nocte bis quousque ipsa cadet. ¶ Et assiduatio emplastrandi eam iterum cū oleo quandoque preparat eā ad casum cum quolibet regimine proprie quando miscetur cum eo oppoponacū & sulfur fractum contritum cum adipe. ¶ Et de medicinis fortibus ad eradicandum vnguem & est serapinum. & iterum dabg glandis & gumma gigani & arsenicum & cantarides aggregentur cū aceto & assiduetur emplastratio eius cū eis in omnibus decem diebus. ¶ Et iterum vtrumque arsenicum & sulfur citrinum & glutinum alborum fiat ex eis emplastrum cum aceto & resoluatur cū omni hebdomada.

¶ De conseruatione eius que oritur. Cap.xiij.

Oportet vt ingenietur donec magnificetur & tueatur a tactu cum manu & aere & alijs & crescat. Et magis conueniens quod sequitur ad illud est vt fiat aliquid super digitum sicut pileus de argento & sit in eo connexio rhetis & ruptura vt nō prohibeatur aer omnino. quod si oportuerit prohibere aerem propter calorem aut frigus aut aliud cooperiatur cū re alia. ¶ Et oportet vt figura huius pilei sit figura qua fiat securitas ab obuiatione digiti a parte vnguis cum ligatur sup ipsū & obuiet ex parte alia & obliniscatur super digitum spacio mensis vnius: tunc enim nascetur vnguis melior que est.

¶ De baras que fit sup vngues. Cap.xiiij.

Elmatur nux cypressi & teratur & misceatur cum aceto & farina & proprie farina lupinorum & emplastretur cū eo quoniam eradicat albaras & similiter semen lini cū nasturtio & similiter fex adusta pinsita cū arsenico rubeo & gūma pini & pix humida mirabiles sunt in hoc cū arsenico rubeo cū nuce cypssi. & glutinū pisciū est mirabile vltimū & radix acetose iterū linita cū aceto.

¶ De citrinitate q̄ accidit vnguib⁹. Cap.xv.

Elmantur ex gallis & alumine cū adipe anatis aut cū felle vaccino aut cū fe. eruce contrito bene confecto cū aceto.

¶ De attritione vnguium. Cap.xvi.

Emplastretur in principio cum folijs myrti aut cum folijs granatorum lenibus. deinde adhibeantur lenientia. Quod si accidit capitibus neruorū earum venientium ad eas dilatatio administra super ea adipes notas & ceratoria lenia.

¶ Mora sanguinis sub vngue ab attritiōe eueniens. Cap.xvij.

Ulretur, cum farina permixta cū pice & emplastretur cum ea. si autem nō excusat: immo indiget operatione manus: tunc oportet vt findatur vnguis cum facilitate scissura obliqua cum instrumēto acuto: ita vt egrediatur sanguis qui est sub ea. ¶ Quod si accidit ex hoc vt eradicetur vnguis fac vt currat sanguis & inuiscetur vnguis super illud quod est sub ea cum facilitate vt sit iuuamē eius & non doleat: deinde consideretur post dies aliquot. & si fuerit illic virus premātur vnguis aut finde eam cum facilitate & reducatur & ligetur & non diuidas carnem: quoniam commouet dolorem magnum maiorem q̄ panaritiū. Immo tege eam cum ipsa. Et embroca super vnguem aquā & oleum tepidum & pone sup ipsā post & in fine eius emplastrum basilicon.

¶ Finit liber quartus canonis.

Tractatus secundus de diebus crisis et horis eius continet .11. capitula.

Tractatus .iii. de apostematibus et bothor et est tertius tractatus. Tractatus primus de calidis eorum et corruptis et continet 35. capitula.

Laus Deo.

¶ Incipit liber quintus canonis Auicēne de medicina et est antidotarium.

Igitur Expeditī su mus i libris quatuor a relatione sū me scientie speculatī ne et opatiue artis medicine conseruantis sanitatē et facientis acq sitionē sanitatis: adest nobis tempus sigillandi librum canonis per librum quintum variatum in medicinis cōpositis vt sit sicut antidotarium liber. ¶ Et hunc qdem librum diuisimus in tractatum scialem in quo innuimus ad radices scie cōpōnis in duas summas.

¶ Summa prima est de compositis essentialibus que est.xij.tractatus.

Primus est de tyriacis et de ꝯfectōib⁹ magnis.
Scđs de hieris solutiuis et non solutiuis.
Tertius est de electuarijs nutritiuorum solutiuis et non solutiuis.
Quart⁹ de suffufet et alchamaia et muret isātū.
Quintus de lohocat ad spūalia.
Sextus de sirupis et rob.
Septimus de condius et alingibet.
Octauus de trociscis.
Nonus de decoctionibus et pillulis.
Decimus de oleis.
Undecimus de vnguentis et emplastris.
Duodecimus de iuuamento dictorum appropriato vnicuiq₃ membro.

¶ Et sūma.ij.est de medicis ꝯpositis exptis in vnaquaq₃ egritudine que est octo tractatus.

Tractatus primus est de medicinis compositis conferentibus egritudinibus capitis et eis que sunt in ipso.
Secundus de medicinis oculi.
Tertius est de medicinis doloris auris et apatis eius et puris ipsius et grauitate eius.
Quartus de medicis dentiū et dolorib⁹ ipsoꝝ.
Quintus de medicinis oris et gutturis et ventris inferioris.
Sextus de medicinis ventris inferioris.
Septim⁹ ď medicis doloris iūcturaꝝ et sciatice.
Octauus de medicinis alopitie.

Cum ergo attulerimus hos nostros modo sigillabimus librum.

Tractatus scialis in quo innuimus ad radices scie ꝯpōnis. de nećitate ꝯpositarū medicinarum.

c Ollyrium rosaceum quod composuit debigorus et nominatur collyriū magnum conferens ad dolorem vehemētē in locis bothor et vlcera profunda famosa accidentia in tunica cornea et dilatationem pupille et materiam que attrahitur tempore longo et obthalmiam antiquam:cu⁹ sanatio est difficilis. ℂ ℞.rosarū recentiū ablatis capitib⁹ aur.lxxij.climie aduste ablute aur. vi.opij aur.iij.antimonij aur.ij. et quidā ponūt de eo aure.vi. corticum eris spice odorifere an̄. aure.iiij. myrrhe aur. ℂ Et quidam homines ponunt de ea aure.vi.floris eris aure.ij. et quidam ponunt de eo aur. iij. gummi aure. xxiiij. cōficiantur cum aqua pluuiali et administretur cum lacte.

c Ollyriū iuuariū ferri cū leusenin cōferēs ad attractionē materieꝝ. ℂ ℞. acatie et succi sambac ambozum an̄. aur.xliij.cineris fornacis in q̄ purgat̄ es et croci ābo; an̄.aur.xxiiij.opij.aur.iiij.et descriptione alia aure.vi. myrrhe aure.iij. succi iusquia-

ni albi aur.iiij.eris vsti abluti aur.iiij.gummi aur.xl.conficiantur cum vino.

c Ollyrium qd dicitur pomale cōueniens ei cuius nō tolerat oculus tactum medicinarum et confert ad bothor et vlcera pfunda et sordida accidentia in tunica cornea et ad dilatationem pupille et ad materiā plurimam et egritudies pximi temporis. ℞.climie adusté extincte in lacte aur.xvi.ceruse de plūbo ablute aur.viij.croci aur.iiij.dragaganti aur.ij.conficiantur cum aqua pluuiali et administref cū albumie oui.

c Ollyrium qd nominatur nomine deriuato a nomine illius qui cōposuit ipsum suribeo ꝛ est collyrium vale cōferens ad dolores antiquos et cōsumit carnem additam que est in angulo maiore de angulis oculi: et est egritudo q dicif lachryma et ad vulnera que exeūt in h angulo et sunt fistule. ℞.climie ablute et sedenegi adusti,abluti omniū añ.aur.xxviij.cineris de fornace i q purgatur es aur.xxiiij.myrrhe aur.xlix. croci aur.iiij.opij aur.viij.piperis al.gra.xxx.numero:gūmi aur.vi.conficiantur cum vino et administretur cum albumine oui in locis propinq temporis et fit subtile. et quidaz homines sunt qui ponunt in eo croci aur.xij.

c Ollyrium aereuz quod nominatur indum:de proprietate cui⁹ est vt prohibeat generationem omnis speciei obthalmie et confert ad corruptionē et pruritū et corrosionez anguli maioris oculi et delet et ꝯseruat oculū cui ex eo fit alcohol: ita vt non conturbef cum eo post ipsum. ℞.ceruse de plūbo aur.xlviij. climie cabrusie aur.xxiiij.encaustri indi aur.v.armenios et cōmixtionis que dicitur hesuricon et,eius expositio est hedus et succi agreste sicci et opij oīum añ.aur.v.piperis al.aur.vi. olei balsami aur.viij. Et in descriptione alia aur.vi. gūmi arabici aur.xvi. cinamomi aur.ij. conficiantur cuz aqua pluuiali et administretur.

m Edicamē ꝯferēs ad apa vehemēs et apa oculi qd excitaf ex attractiōe caliditatis. ℞.opij et dragagan. et seluzcharagi et ceruse oīum añ.ʒ.vi.gūmi arabici.ʒ.xij.tere oia et cōtere: deinde:accipe sebesabrē recens et decoque ipm cum lib.i.aq pluuialis donec perueniat ad tertiā:deinde cola aquam eius et cōfice cū ea medicamen.deinde fac ipm in pillulas siles ciceri et extrica eas in vmbra. Cūqꝫ volueris facere oculo alcohol ex ipsis frica eas cū aqua frā: aut cū lacte mulieris:aut cū albumine oui:aut cuz aq fenugreci decocti sup frustū ostraci:aut sup cotē viridem: deinde fac oculo alcohol ex eo in mane duodecies iponēdo cū radio aut septies: et in vesperis totidem: ipsum enim frangit caliditatem et abscindit infusionem que attrahitur ad ipsum et confortat oculum et delet apostema.

m Edicamē ꝯferens ad obthalmiā vehementē sedās apa et remouet infusionē et sedat caliditatem. ℞.hef memithe.ʒ.xlviij.croci pond.ʒ.xxiiij.et opij pon.ʒ.xij.et seluzcharagi et trociscoꝝ succi iusqami al.sicci oīum añ.ʒ.vi.et foliorꝝ rosarum humidaꝝ quoꝝ folioꝝ radices albe abscisse sunt pō.ʒ.xl.et gūmi arabici pon.ʒ.xlviij.tere totum illud et contere ipm cū aq pluuiali et aq meliloti.si fuerit humidum et exprime ipm. Si do fuerit siccum decoque ipm: deinde cola aquam eius et contere medicinas et cōfice eas cum aq eius: deinde fac de eo pillulas siles ciceri et extricca eas:deinde frica ipsas super cotem:aut ostracum cum aqua frigida aut cum lacte mulieris:aut cum albumine oui:deinde fac oculo cum eo alcohol mane et in sero.

m Edicamen qd noiatur duo maiora rubeum faciēs ad vlcera que sunt in oculo et ad ardorē vehemētē et mūdificat oculū ex humorositate que attrahif in eo ex multitudine humiditatis et supfluitatū et ꝯfortat tegmentū oculoꝝ. ℞.opij et sedenigi eris vsti et ostracoꝝ adustoꝝ et medulle tritici oīum añ.pon.ʒ.viij.gummi arabici pondus.ʒ.xlviij.ceruse pōdus.ʒ.lxiiij.climie ʒ.xxviij.tere sedenigi et es vstuz per se cū aqua contritione bona deinde permisce omnia,et cōtere ea q sunt sicca: deinde fac ex eo alcohol oculo sicut fit alcohol cum antimonio.

c Onfectio emplastri qd pōitur super oculum ꝯferēs ad vehementē calorē et exiccationem oculi et abscindit ab eo humiditatem que attrahif ad ipm et ꝯfortat oculū et sedat dolorem. ℞.folioꝝ rof.siccaꝝ et corticū granatoꝝ dulciuz humidoꝝ et lenticū oīum añ.pondus.ʒ.v.et funde sup ea lib.i.aque et decoque ea bene et cola ipsa ex aq et contere ea bene et confice ea cū aliquantulo aq rosacee et olei ro.deinde pone ea sup oculū.

m Edicamē ꝯferēs ad dolores oculi calidos. ℞.croci et olibani et aloes et myrrhe et opij et sarcocol.oīum añ.ʒ.v.distēpe et ꝯtere ea et lini super oculuz in pricipio doloris cum aceto et aq endiuie:aut aqua portulace:aut aqua iusquiami albi aut aqua coriādri hūidi. Cū aūt portendif dolor lini ex eo sup oculū et frontē et cornua frontis cū vino et calefac ipm aliquātulū:aut sume de farre ordei pondus.ʒ.iiij.et croci hortulani et siluestris pōdus.ʒ.ij.et opij. pōdus.ʒ.i.tere ipsa bn̄ et confice ea cū oleo rof.et pone ipm super oculum patientē obthalmiam et apa calidum.

c Ohol quod nominatur astaliucō cōferens ad conturbationez oculi et rubificationem eius cum distillaf et cuz

fit ex eo alcohol ad inceptionem catarrorum. Et qñ miscetur cum eo alcohol. ℭ ℞.tutie ꝛ eris vsti ꝛ aloes omniu᷒ añ.partem.i.ꝛ myrrhe ꝛ spi ce omnium añ.quintam partis.i.ꝛ croci ꝛ opij amborum añ.partez.i.ꝛ acatie pure partes.iiij. ꝛ licij quintam partis.i.ꝛ gummi arabici partes iiij.tere tutiaz ꝛ es ꝛ aloem ꝛ acaciam cuz aque dulcis sextarijs.iiij.deinde tere licium ꝛ crocū ꝛ opium in tabula alia quinqȝ diebus: deinde commisce cum eis ꝛ infunde aloem in aqua ita vt liquefiat ꝛ fūde super medicinas ꝛ permisce cōterendo: deinde fac trociscos aut pillulas: fac cum eis alcohol.

c Alcohol conferens ad omnes dolores oculi accidentes ex catarrio. ℭ Sumantur folia rubi ꝛ exprimatur aqua eorū ꝛ coletur ꝛ teratur in tabula donec ingrossetur ꝛ teratur paulatim: deinde sumat̄ quantū ipsa est de gūmi arabico ꝛ fundatur cum aqua pauca ita vt liquefiat ꝛ fiat sicut mel deinde misceatur cum aqua rubi ꝛ conficiatur cum ea aliquot diebus ita vt sit possibile fieri ex eis pillulas: deinde fiant pillule: ꝛ exiccentur in vmbra ꝛ fiat cum eis alcohol.

v Acera oculi ꝛ bothor eius ꝛ pus in eo. Scias ꝙ collyriuz stelle predictū est vehementis iuuamenti in eis ꝛ similiter collyriuz iuuatiuuz ꝛ collyriū pomale est vltimum.

c Collyrium quod refertur ad macur faciēs ad egritudies ꝛ pus que sunt in oculo. ℭ ℞.tutie aur.xxxij. eris vsti aur.xxij.croci aur.xvi.myrrhe aure.xvi.sedine aur.x. piperis al.gra.xl.numero. gummi aur.xl.conficiantur cum vino. ꝛ in descriptione alia ponuntur in eo opij aur.x.

c Jnruptio cornee. ℭ Collyrium rof. confert ad omnes egritudines ꝛ species dilatationis pillule.

p Aluis replens foueas cornee. ℭ ℞. ostracorum magnorum adustoruz ꝛ scedenigi amborum añ.ʒ.i.terātur ꝛ puluerizetur cum eo oculus.

a Algarab. ℭ Collyriū qđ cōposuit suribes est iuuatiuuz ad algarab.

a Abedo vestigior vlcerū cōferunt ad albedinem medicamen egyptiū ꝛ collyrium indum: ꝛ alcohol cum stercore vesicationis est iuuatiuum.

c Collyriū citrinum aliud scitur basilicon almatrā conferens ad caliginem ꝛ tenebrositatem visus ꝛ ad egritudines acutas ꝛ delet vestigia ꝛ duruties. ℭ ℞.climie aur.xxiiij.succi acreste sicci aur.xij. salis ammoniaci tantundem opij aur.viij.gummi aur.xxiiij.ceruse de plumbo tantūdem croci aur.xvi.piperis albi aur.xxiiij. confice cū aqua pluuiali.

c Alcohol aliud mirabile qđ expertum est ꝛ laudat̄ in albedine ꝛ lachrymas ꝛ est meſie ꝛ abstergit caliginē ꝛ omnem grossitudinem que est in palpebra ꝛ acuit visum valde. ℭ ℞. tutie inde.ʒ.ij.ß. ammoniu de saphani.ʒ.iiij. marchasite pōdus ʒ.ij.ß.eris vsti pondus.ʒ.ij.ꝛ duarum ternaruz ʒ.i.climie auri ꝛ climie argenti amborum añ. aur.i.scedenigi pondus.ʒ.i.coralli ꝛ margaritarum paruarum ꝛ cornuū eris omnium añ.pōdus.ʒ.ij.sceba armene pondus.ʒ.ij. ꝛ duarū ternarum.ʒ.i.aque distillationis nitri pondus.ʒ.ß. ꝛ nitri pharaonis pondus.ʒ.ß.tere has medicinas cum aqua pluuiali: ꝛ quando contrite sunt proijce super eas camphore trite pōdus sexte ʒ.i.muschi pondus silique.i. ꝛ misce conterēdo ꝛ fac pillulas ꝛ exicca in vmbra ꝛ frica in ostraco cum aqua ꝛ fac alcohol cum eo.

a Aliud iuuatiuum ad albedinē expertum mirabile. ℭ Sumant̄ limature acus pōdus.ʒ.ij.ꝛ sambaci pondus ʒ.i. deinde terant̄ ambo simul ꝛ ponant̄ in ꝯcauitate arūdinis ꝛ stringat̄ os cānule oppilando cū massa ꝛ cooperiat̄ arundo tota cū massa ꝛ desup inuoluat̄ luto ꝯfecto cū capillis ꝛ inuoluant̄ super igni ꝛ coopiat̄ post illud cuz luto alio: deinde apponat̄ carbonib⁹ donec vertat̄ in lapidē ꝛ sit sicut testa ꝛ extrahatur: ꝛ auferatur medicina illa ꝛ accipiat̄ climie albe trite pondus.ʒ.iij. ꝛ misceatur cum hac medicina ꝛ reducat̄ ad cānulaz aliam: deinde fiat ex ea sicut factū est ex prima. Cū ergo in lapidē cōuertitur extrahatur ꝛ intendat̄ ad folia lilij collecta anteqȝ aduenerit eis pluuia ꝛ exiccata ꝛ sumatur de eis pondus.ʒ.i.ꝛ margaritarū non perforatarum pondus.ʒ.ß.ꝛ terantur bene cum reliquis medicinis ꝛ terant̄ oīa simul ꝯtritiōe vltima donec fiant sicut puluis. Cū ergo volueris curationem facere cum eo tunc fac oculo alcohol cum succo radicis lilij tribus diebus continuis: deinde fac ei alcohol post cum hac medicina ꝛ fac alcohol post illud vno die ex hac medicina ꝛ vno die ex succo lilij.

p Aluis ad albedinē. ℭ ℞. floris eris ꝛ āmoniaci ꝛ cancri marini adusti omnium añ.ʒ.v.pulpe collogn.ʒ.ij.ß.fellis tauri ꝛ baurac armeni omniuz añ.ʒ.ij.salis gemme.ʒ.iij.piperis albi.ʒ.xx.spume maris.ʒ.iiij.corticum ouorū ex quibus egressi sunt pulli sub galina.ʒ.iij.limature cotis.ʒ.v.stercoris lacerti.ʒ.x.margaritarum.ʒ.iiij.

s Sebel. ℭ Cohol bonum ad sebel de eis que experta sunt ꝛ laudata. Sumantur cortices ouorum hora qua aperiuntur sub gallina ꝛ bulliant cū aceto forti decem diebus continuis: deinde colentur ꝛ ponantur in ampulla vitri: aut in vase vitreato ꝛ ponatur vas in loco qui sit vt ni-

das sub sole donec exiccetur quod in ipso est: deinde sumatur τ teratur τ fiat alcohol cū eo.

Achrymia. ¶ Collyrium quod dixit mesias ad albuginem factuz et tutia confert ad eas.

Rossitudo palpebrarum τ grauitas earum confert ad eam alcohol cognominatum mussandros τ dicam ipsum in capitulo scabiei τ confert medicamen aristratis predictum τ collyrium de tutia quod dixit mesias ad albedinem.

Collyrium expertuz lachime egyptiū conferens ad duritiem τ albedinem τ abscindit corticem durum statim.

¶ Recipe floris eris τ ammoniaci amborum. aā. ʒ. vi. salis defossi aur. iij. pulpe colloquintide aur. iij. τ duas tertias aur. i. fellis vaccini aur. ij. baurach nigri aur. i. S. piperis al. gra. xl. numero. mellis boni cyathos. vi. τ. ⅔. ix. permisceatur τ ponatur in vase et recondatur.

Collyrium quod dicitur arastusemon conferens ad attractionem materierum chronicam τ ad grauitatem palpebrarum τ asperitatem earum τ liquefactionem lachrymalis oculi τ seiunctionē eius τ corrosionē ipsius τ ad humiditatem plurimam que est in oculo τ ad augmentum panniculi τ aufert vestigia τ durities. ¶ ℞. antimonij aur. iiij. eris vsti τ ceruse de plumbo amborum aā. aur. ij. croci τ myrrhe τ corticis thuris τ floris eris τ lentium rubearum omnium. aā. aur. i. piperis albi aur. S. gummi aur. ij. conficiatur cuz vino τ administretur dissolutum cum eo.

Collyrium citrinum quod dicitur fanarattis τ est collyrium iuuatiuum cōferens ad scabiem τ corrosionem in vtrisqȝ lachrymalibus τ pruritum vehementem et grauedinem palpebrarum. ¶ ℞. climie aur. lxxx. colcotar albi aur. xxx. conficiatur cum aqua pluuiali.

Tabies oculi τ prurit⁹ eius. ¶ Collyrium indum confert ad pruritum.

Alcohol non errans quod composuit cesar factor: alcohol faciens ad pruritum τ ad grossitudinem palpebrarū.

¶ Recipe climie cabrusie. aur. xxiiij. tedine aur. vi. ¶ Et in descriptione alia au. xvi. terantur donec fiat in loco sauic et cōficiatur cū melle et aduratur et infundatur vinum quod extinguat ipsum et exicceturt deinde teratur et fiat cum eo alcohol.

Alcohol mesiton ad pruritum et humiditatem oculi et corrosionem lachrymalium τ scabiem vehementem in palpebris: climia frangatur in frusta parua et conficiatur cum melle et ponatur in vrceolo figuli τ opiletur os eius τ luto liniatur τ fiat foramen in medio coopertorij vt sit fumo eleuato ex adustione medicine spiraculum per quod egrediatur: deinde ponatur vrceolus preparatus in medio carbonum accensorū. ¶ Cūqȝ incepit climia aduri tunc considera fumū ascendentem: tunc si videris eum declinem adhuc ad nigredinem dimitte medicinam comburi donec videas nullum fumum fieri album: tunc enim scias ꝙ medicine iam cōfirmata est combustio. tunc ergo remoue vrceolum ab igne τ extrahe climiam τ funde super eam vini quantitatem qua infrigidetur: deinde pone eam in mortario τ contere eam bene τ exicca τ serua eam donec commisceas ipsam in alcohol cum quo permisceturt τ hec est descriptio alcohol. Recipe climie huius aur. vij. τ antimonij tantūdem: tere omnia τ conserua τ facite ex eo super palpebras mane τ sero.

Collyrium apolonij ad scabiem τ casum palpebrarum τ egritudines antiquas. ¶ Sedenegi adusti abluti aure. xxxij. eris adusti abluti aur. xvi. lapidis sarialistos adusti abluti aure. xxxij. floris eris fricati aure. xvi. opij aure. iij. Et in descriptione alia aure. vi. climie aure. iiij. colcotar adusti aur. iiij. gummi aur. xvi. conficiatur cuz aqua pluuiali.

Medicamen quod composuit cassios ad aquam que descendit in oculum. Sumatur fel tauri τ euacua ipsum in vase eris τ dimitte ipsum decem diebus: deinde sume ab ipso aure. xij. croci τ olei balsami τ opoponaci omnium ana aur. §. piperis gra. xij. numero: mellis boni duplum quantitatis fel. misce omnia τ decoque in vase eris: deinde pone ipsum in pyxide eris τ conserua ipsum.

Medicamen aliud quod composuit poloniscos. ¶ Sume spumam maris τ adure ipsam super testam τ tere cinerem eius τ confice ipsum cum sanguine tince τ pone in vase de cornu. ¶ Cumqȝ euelluntur pili tunc lini supra locum eorum de hoc medicamine.

Puhrima quod composuit fulultresanis conferens ad materiam plurimam τ dolorem vehementē. ¶ Recipe rosarum recentium aur. ij. seminis iusquiami albi aur. viij. thuris aur. vi. myrrhe aure. iiij. sauic de ordeo aure. xviij. vitellum oui. i. assatum succi mandragore aure. iiij. croci aur. ij. opij aur. iiij. conficiantur cum vini stiptici puri quantitate que sufficit τ fiant ex eo trocisci τ administrentur.

Collyrium quod dicitur indum et regium conferens ad inceptionem descensus aque τ ad omnem caliginem humidam existentem in oculo. τ aufert vestigia vlcerum in oculo. ¶ Et

mie rubee aduste ablute.℥.xvi. encausti indi.ʒ. vi. ceruse de plūbo.℥.iiij. piperis al.℥.vi. fel. de-boha.i.fell.safer:et existimauerunt q̄d est iubor. viij.fellium elcubugi.iiij.lactis papaueris.℥.i.olei balsami.ʒ.ij. opoponaci et serapini amborum. añ.ʒ.ij.gumi.ʒ.xij.confice cū succo feniculi aut cum succo plante que dicitur abradies.

c Alcohol conferens ad tenebrositatem et inceptionem aque in oculo.¶ Fell. vrsi.ʒ.iiij. opoponaci et piperis am-borum. añ.ʒ.iij. olei antiqui et oppo-balsami et succi feniculi humidi omnium. añ.ʒ. ij.climie pondus.ʒ.i.mell.℥. tere ipsum et misce et pone ipsum in ampulla vitri munda et pone ipsum in sole diebus.vij.deinde fac oculo: alco hol ex ipso cum extremitate radij mane et sero.

m Medicamen q̄d confert ad tenebrosita-tem et ad illum qui videt rem ex lon-ginquo et non videt eam ex proximo et ad aggregationem aque in oculos: cuius hec est punctio.¶ Fell.corui nigri et fell. perdicis et fell.gruis et fell.adhoba et fell.capre omnium.añ.pondus.ʒ.ß. mell. colati pondus. ʒ.iij. et olei balsami.ʒ.i. et.ʒ. tere ea simul et per-misce ipsa et fac oculo alcohol cū eo mañe et sero.

a Restructio visus: collyrium citrinum est iuuatiuum ad debilitatem super-fluam in visu et collyrium de tutia q̄d dixit mesias in albedine.

c Collyriū quo vtebatur floris. ¶ ℞. acacie et rosarum siccarum et mellilo ti omnium.añ.aur.xlviij. cineris for-nacis in qua purgatur es aur. xxiiij. mandragore aur.xij.se.iusquiami al.aur. xviij. opij aur.vi.gūmi aur.xl.vini.℥.ix. aque pluuia-lis.℥.ix.cōmisceat aqua cum vino et proijciant super ea rose et mellilotum et iusquiamus et po st ea mandragore aut cortices mādragore et di mitte ea donec infundantur tribus diebus aut quinq̄ et exprime ea et accipe expressionē eoꝝ et cōfi ce cū ea medicamē et fac ex eo collyria etviē eis.

m Medicamen basilicon regum et ipsum est abstersiuum oculi ex quo fit alco-hol in dispositione sanitatis in omni die semel aut in omnibus duobus se-mel: et abstergit visum et conseruat visum sanus ꝑm dispositionem suam. ¶ ℞. climie et spume maris omnium.añ.ʒ.x.eris vsti.ʒ.v. ceruse et sa-lis gēme omniū.añ.ʒ.iij. salis ammoniaci et ma cropiperis omnium.añ.ʒ.ij.gariofi.et vsnee am borum.añ.ʒ.i.piperis.ʒ.iiij. camphore.ʒ.ß. tere optime et fac oculo alcohol cum eo.

b Basilicon aliud conferens ad omnia que diximus.¶ ℞.climie.ʒ.vij. sede-negi et macropiperis amborum. añ. ʒ.ß. salis ammoniaci.ʒ.ß. eris vsti et ceruse et salis gemme omnium.añ.ʒ.iiij.spume maris.ʒ.iiij.salis indi et gariofi.et bell et vsnee et spice omnium.añ.ʒ.i. confringe et contere ipsū et fac ex ipso oculo alcohol.

m Medicamen q̄d confortat visum et cō-seruat ipsum ꝑm sanitatē suam et au-fert multitudinem lachryme que cur rit ex oculo.¶ Sume de antimonio et infunde ipsum.xxi.nocte in aqua pluuiali aut in aqua q̄ distillat ex cisterna deide accipe de eo pondus.ʒ.xij. et marchasite.ʒ.viij. et tutie et cli-mie omnium.añ.ʒ.xij. et margaritarum parua-rum non perforatarum.ʒ.ij. et muschi tertiam. ʒ.i.et camphore sextam.ʒ.i. et croci et sedenegi amborum.añ.ʒ.i.tere vnūquodq̄ per se deinde ag grega ammonium et marchasitam et climiam et tutiam et margaritas et tere bene eā omni die cum aqua multotiens donec eiiciatur aqua eo rum.deinde accipe sedenegi et crocum et proijce ipsa simul in mortario et tere ea bene deinde tere cum eis muschum et camphora: deinde re pone ipsum in vitreata et fac ex eo alcohol mane et sero in dispositionibus sanitatis.ipsa.n. cōfor tat visum debilem et conseruat eum.

b Barod fugitiuum abstersiuum et con fortatiuum.¶ ℞.sedenegi et eris vsti amborum. añ. ʒ.v. aloes scotrensis et baurach armeni amborū.añ.ʒ.i.flo ris eris et piperis al. et macropiperis et pulpe colloquintide et croci et ameos omniū.añ.ʒ.ß. confringe et contere et vtere.

¶ Tractatus terti⁹ de aure. dolor auris et apo stema eius.et pus et grauitas eius.

m Medicamen aristotelis predictū in capitulo oculi est iuuatiuum ad aurem ex qua currit pus.

m Medicamen conferens ad omnes do-lores in aure et omnia vlcera acciden tia in ea.¶ ℞.myrrhe aure.i. olibani aur.iij.nitri.aur.iij.croci aur.iiij.suc-ci papaueris aur.ij.galbani aur.ij. amigdalarū excorticatarum.xx. numero teratur illud totū et conficiatur cum aceto et fiant ex eo trocisci. Cum ergo fuerit ipsum necessarium soluatur si fuerit in aure dolor vehemens cum oleo ro. et distillentur in aure: et si fuerit in ea grauitas in au ditu soluatur cum aceto et distilletur.

c Confectio medicaminis quam narra uit Galie.¶ ℞.myrrhe aur.iiij.aloes aur.iiij. olibani.aur.iij. Et in descri-ptione alia aur.ij. croci aure.iij. nitri aure.iij. succi papaueris aur.iij. amigdalarum amararum.xxx. numero galbani aure.ij. aceti boni quantum sufficit.

m Medicamen ad aurem ex medicinis. Ga.conferens ad apostemata et dolo res vehementes clamosos: cuius hec est perunctio.℞.galbani et est albezar aur.ß.cinamomi aur.ij. myrrhe aure.viij. croci aur.viij.olibani aur.iiij.nitri aur.iij. aceti quan-tum

tem sufficit ad hoc vt fiat in spissitudine mellis.

Medicamen aliud ad apostemata auris et ad sanitatem et ad pus venientia ex aure et ad dolores auris antiquos: cuius hec est permixtio. ℞. ventris fabe egyptie amari saporis et aluminis iameni et piperis al. et nitri et croci et opij et corticum granatorum et olibani et spice omnium. an. aure. ij. castorei aur. i. mellis et aceti quantitatem qua conficiatur medicamen: et quidam homines ponunt in eo mell. aur. vi.

Medicamen aliud de medicinis herotas. ℞. croci et myrrhe et spice omnium. an. aur. ß. eris vsti medietatem et tertiam aur. i. opij aur. ß. castorei tertiam aur. i. aluminis iameni aur. i. aluminis rotundi aur. i. Si ergo fuerit in aure virtus cura eam ex hoc medicamine cum decoctione mpli cati. Et si in ea fuerit dolor vehemens cura eam cum oleo ro. et si generatur in ea vermes permisce cum hoc medicamine ellebori nigri aur. ij.

Medicamen auris ex qua currit pus. ℞. capitum granatorum et aristologie et colcotar et draganti cabrusij et gallarum et corticum eris omnium. an. aur. i. myrrhe olibani et calcanti assati et aluminis iameni omnium. an. aur. ß. terantur cum aceto. et fiant trocisci et administrentur.

Medicamen anticates ad dolorem difficilem vehementem. ℞. Croci. ℥. ij. et quidam homines ponunt de eo. ℥. i. myrrhe et salis ammoniaci amborum an. ℥. i. aluminis iameni ammoniaci. an. ℥. ß. sedimenis olei de lilio aut fecis olei aluisci. ℥. ij. terantur cum vino mellito aut vino dulci quantitate qua fiat in spissitudine mellis et administretur.

Medicamen ad grauitatem auditus et sonituum et tinitum existentem in aure. ℞. ellebori albi aur. i. castorei aur. ß. nitri aur. quartam: misceatur et administretur cum aceto et confidat in eo vtens ipso quoniam est medicamen vtile.

Medicamen aliud quod dicitur algelarij ad egritudines antiquas que sunt de egritudinibus auris. ℞. Ellebori albi et myrrhe et olibani et croci et castorei et opij omnium. an. aur. iiij. alcanti aur. vi. piper aur. ij. infundantur myrrha et opium et castoreum et olibanum in aceto in quo decocti fuerint cortices granatorum donec dissoluti fuerint: deinde ponantur elleborus et crocus et piper et calamentum trita et conterantur omnia bene. Cum ergo complentur proijciatur super ipsum de vino mellito quantitas qua fiat in spissitudine mellis subtilis. Cumque ipsum est necessarium tunc tepidetur et distilletur in aurem: est. n. medicamen mirabile.

Confectio medicaminis quod confert ad omnes dolores auris et omnia vlcera euenientia in ea. ℞. myrrhe aure. i. olibani aur. iij. et quidam homines ponunt in eo aur. vij. nitri aur. iij. croci aur. iij. et quidam homines ponunt in eo aur. i. papaueris aur. ij. galbani aur. ij. amigdalarum excorticatarum. xx. numero. Teratur illud totum et conficiatur cum aceto et fiant ex eo trocisci. Cumque necessarij fuerint soluantur si fuerit in aure dolor vehemens cum oleo ro. et distillentur in aurem et si fuerit in ea grauitas in auditu soluantur cum aceto et distillentur.

Confectio scorie ferri et est medicamen forte. ℞. Sumatur scoria ferri et conteratur et abluatur cum aceto: deinde proijciatur supra testam et excecetur: deinde proijciatur secundo et tertio et fiat illud septies: deinde decoquatur cum aceto forti decoctione vehementi donec fiat sicut mel et auferatur et distilletur de eo in aurem cum indiget eo.

Acera nasi. ℞. Confectio facta mosos et est medicamen eradicans omnem additionem que oritur in cor. ℞. draganti adusti et colcotar adusti aut calcanti adusti aut draganti rubei et corticum eris omnium partes equales. Tere ergo ea et cura cum eis siccis et opz vt frices additionem antequam medices eam cum hoc medicamine per diem: deinde medica cum eo in mane postquam patiens egritudinem comederit cibum suum. Et cum tu curas cum eo fistulas nasi tunc lini ante curationem interiora nasi aspalto aut pice humida aut pinguedine myrrhe.

℞. Tractatus. iiij. de dentibus et doloribus eorum.

Conueniens est ad dolores difficiles vehementes et ad corrosionem dentium et confert iterum ad tussim medicamen quod. ℞. opij aur. ij. myrrhe tantundem basee tantundem piperis al. galbani an. tantundem conficiantur cum coagulati vue quantitate que sufficit et terantur simul et fiant ex eis collyria et lauatur ex eis supra dentes et ponatur de eis supra locum corrosum.

Medicamen quod narrauit andromacus ad omnes dolorem dentium et ad omnes egritudines accidentes ex eo et ad stuporem. ℞. piperis et piretri et lactis titimali et galbani omnium. an. partem. i. terantur et conficiantur cum storace et ponatur super locum corrosum.

Medicamen iuuatiuum ad pulsationem dentium. ℞. pulpe collo. partem. i. et aloes partem. i. et bulliant in pixyde lapidis aut coclearij de ferro ebullitione vehementi cum oleo et aceto vini: deinde auferatur ab igne et distilletur de eo in aurem que sequitur molarem dolentem distillatione post distillationem.

Iuuamentum molaris. Intende ad molarem in quo non valet medicamen vehementis pulsationis. Et assume ex oleo quantitatem. ℥. i. et aque sansuci siccati et harmel omnium. an. ß. terantur bene. deinde proijciantur in oleo: deinde intende ad duas acus magnas quibus vtuntur sellarij et igni eas in loco forais ca

rum: deinde aperi os egri: considera dentem quem vis cauterizare: et tunc si fuerit in eo aliquid munda ipsum et pone supra ipsum cannulam ferri aut arundinis aut argenti et submerge unam duarum acuum in oleo illo: deinde intromitte eam in cannulam et pone eam supra molarem. Cumque infrigidatur illa accipe aliam. Fac illud septem vicibus numero: nam dolor eius sedatur et egreditur ex molari aqua coloris dentium.

d Dentifricium quo fricantur dentes quod narravit democritus in lib. suo. ℞. cornu cervi adusti quartam lib. xvi. sal ℥. ij. amoniaci sicci quod non est amari saporis frusta. i. magnum vel masticis lib. iij. aut plus parum squinanti al. tantundem piperis al. ℥. i. folij. ℥ ij. terantur omnia et administrentur.

m Medicamen quod nominatur surmale conferens ad aposteumata gingive et mollificationem eius et mundificat dentes. ℞. corticum granatorum pon. ʒ. ij. et venarum et balaustie et sumac omnium. ana. ʒ. i. confrige et contere illud: deinde affer ex eo cum digitis tuis et frica cum eo locum doloris: deinde accipe ex eo cum panno lini et pone ipsum supra eum.

d Dentifricium mundificans dentes et stringit gingivam et efficit bonum oris odorem. Sumatur sal gemma et teratur et conficiatur cum melle et ligetur in charta et proiciatur in prunis et dimittatur ibi donec fiat sicut prune: deinde auferatur ab igne et extinguatur cum lauram et proiciatur in vino bono aut meliori et dimittatur donec infrigidetur et teratur et sumatur de eo po. i. et spume maris po. i. et ponatur cum illo cinamomi po. i. et myrrhe po. i. et cineris scebha et cipi et floris squinanti omnium. ana. sexta ptis. i. fragmentorum xyloaloes medietas ptis. i. et zuccari ptes. iij. et caphore decima ptis unius teratur illud et misceatur et fiat dentifricium in omni mane.

m Medicamen quod confortat dentes et molares cum est in eis debilitas. ℞. cere et mellis amborum. ana. ptes. ij. liquefiant in sole aut cum aqua calida et commisceatur cum eis picis po. i. et ponatur in termis unguenti et precipiatur utenti eo ut masticet ipsum. Quod si videris medicamen exiccatum permisce in eo aliquantulum olei. et masticetur cum masticatur facit in hoc ultimam operationem.

a Aliud quod confortat dentes et gingivam. Cornu cervi adusti pon. ʒ. x. et foliorum cupressi adustorum pon. ʒ. v. et nucum cupressi non adustarum pon. ʒ. v. et radicis centauree pon. ʒ. x. et capilli veneris adusti pondus. ʒ. v. et ros. ablatis capitibus et spice odorifere omnium. ana. pon. ʒ. iij. tere et cribella cum ori ali et utere.

Tractatus quintus. de ore et gutture et ventre superiore sinantia et squinantia.

t Dixit G. quidam existimaverunt quod pulli hyrundinum sive sint recentes sive sicci salin sedant sinantiam statim et permiscentur pueris et senibus cum radice liquiritie.

d De uva et duabus amigdalis. Medicamen conveniens ad uvam mollificandam apostolicum. ℞. Pipis albi aur. i. myrrhe aur. i. aluis iameni aur. ij. gallarum viridium aur. ij. terantur et administretur.

v De tussi superiori: humiditas pectoris. Medicamen iuvativum ad humiditatem factam in pectore. ℞. galbani et storacis liquide amborum. ana. ℥. ij. opij quartam. ℥. i. radicum liquiritie. ℥ ij. terantur que ex eis teruntur et misceantur cum storace et galbano et aliquantulo mellis dispumati et lambatur ex eo.

d De tussi medicamen gutturale. Dixit G. quod ipse medicabatur cum eo. ℞. olibani aur. i. et in descriptione alia au. iiij. myrrhe aur. i. et in descriptione alia au. iij. croci aur. i. et in descriptione alia aur. iij. squille aur. ij. vini dulcis sextarium. iij. decoquatur squilla cum vino donec vinum inspissetur: deinde proiciatur squilla et ponantur reliquie medicine super vinum.

m Medicamen gutturale quod refert tellusianus: dixit G. quod ipse medicatus est cum eo illum qui habebat ulcus in pulmone: et est medicamen iuvativum valde. ℞. spice creticis aur. iiij. amoniaci aur. viij. folij indi au. iiij. spice inde aur. iij. squinanti aur. ij. cassie au. viij. cinamomi aur. x. olibani aur. iij. myrrhe au. iij. costi aur. iiij. cominiotis assedegi aur. iij. succi liquiritie aur. iij. succi mandragore aur. v. masticis aur. iij. croci aur. vij. Aggrega has medicinas: deinde accipe dactilos et decoquantur in aqua mellis aut vino bene et sume de eo sextarium. i. et proice in eo de granis pini maioris contritis grana. xx. et commisce cum eo de medicamine quantitatem avellane. i. et da in potu de ea diebus aliquot: deinde da in potu post ipsam de medicamine duobus diebus aut tribus: ita ut non commisceatur cum oleo aliud preter ipsum: deinde sumat in potu post ipsum de hiera facta cum aloe quantitatem coclear. ij. i. in die uno cum aqua: et cura cum hac medicina illum in canna pulmonis cuius est egritudo cum lacte asinino: et precipe ei ut gargarizet cum ea: deinde dimitte cum aliquot diebus et cura eum per hoc medicamen cum assiduatione medicinarum que sedant dolorem. quod si materiarum cursus fuerit fortis: tunc permisce in hac medicina opium et castoreum.

a Aliud de medicinis Gal. faciens ad egritudinem canne pulmonis et ulcera pulmonis et sputum puris et sanguinis et materiam attractam ad pectus. et ad illud: cuius sputum est difficile et est medicamen valde forte. ℞. gummi albonis aur. iiij. croci aur. iiij. olibani tantundem myrrhe tantundem cynamomi tantundem amomi au. iij. granorum pini magne au. iiij. radicum lilij excorticatarum tantundem: spice de scemi au. ij. s. cassie lignee nigre aur. ij. dragaganti aur. iij. carnis dactilorum de scemi aur. iij. palen trusem quod dicitur stella aur. iiij. galbani clari mundi. ij. ternas aur. costi aur. iij. Et inveni in descriptione alia aur. i. mellis boni coulas. iiij. decoquantur mel et gummi albonis in vase duplici. Cumque fit in

termino spissitudinis tunc permisce cum eo galbanũ ⁊ decoque ipsum donec perueniat ad terminum: vt cum de eo distillatur stilla aliqua nõ dilatetur: deinde infrigida ipsum ⁊ proijce sup ipsum medicinas contritas ⁊ vtere eo. ⁊ cuȝ sugatur de aqua caulis masticando ⁊ pijciatꝰ fex ⁊ degluntꝰ succus valet ad illud valde.

p
Jllule que ponuntꝰ sub lingua ⁊ cõferunt ad asperitatẽ canne pulmonis ⁊ abscissionem vocis ⁊ reliq̃s egritudines cãne. ℂ ℞. dragagã. ⁊ gũmi amborum añ. aur. iij. myrrhe ⁊ olibani amborũ añ. aur. i. ʃ. croci aur. i. ⁊ succi liquiritie aur. ʃ. carnẽ dactilorum trium vini dulcis quantum sufficit ad conficiendum cum eo ⁊ ponatur sub lingua de hac medicina q̃titas fabe ⁊ precipiatur egro vt degluttat quod liquefit de ea.

a
Anſ ad illum qui habet tussim. ℂ ℞. se. lini torrefacti contriti ⁊ passularuȝ carnosarum enucleatarum amboruȝ añ. kist. i. granorum pini magni torrefactorum ⁊ auellanarum excorticatarum amborum añ. contilã. i. piperis albi. ʒ. ij. croci. ʒ. i. mellis boni lib. iiij. confringantur ⁊ terantur ⁊ decoquantur semen lini ⁊ mel donec inspisseꝰ: deinde proijciatur super ipsum relique medicine ⁊ ꝯmisce eas ⁊ confice ⁊ da de eo q̃tũ sufficit.

o
Lcum dinini conferens ad tussim ⁊ est medicina nobilis de q̃ dixit. G. qꝛ ipse medicatus est cum ea. ℞. opij au. x. seminis lactuce aur. xx. castorei au. xviij. rurhe hortulane sicce aur. xiiij. seminis lini aur. xvi. radicum oppoponaci aur. xxxvi. myrrhe aur. xiiij. croci aur. vij. conficiaꝰ cuȝ melle ⁊ deꝰ de eo in potu quãtitas fabe vnius. ⁊ opȝ vt sumat de eo in potu ille q̃ hȝ febrem cũ aqua: ⁊ qui febrẽ nõ hȝ cũ vino ⁊ illud i sero.

Jllule ad tussim. ℂ ℞. stora. ⁊ myrrhe ⁊ opij omnium añ. aur. iiij. olei balsami ⁊ croci amborum añ. aur. ij. tere simul ⁊ confice ⁊ vtere.

m
Edicamen quod confert ad omnem tussim ⁊ ad oẽm mãm currentem ⁊ dubellet interiores qd̃ narrauit abulucos. ℞. serapini gẽtiane myrrhe oppoponaci pipis albi omnium añ. aur. ij. baccarũ lauri mundatarum aur. iiij. terantur ⁊ ꝯficiantur cum aqua.

m
Edicamen ad sputum sanguinis qd̃ narrauit andromachus. ℂ ℞. acatie aur. iiij. rof. sic. aur. viij. fructus granate agrestis aur. viij. myrrhe aur. ij. dragaganti aur. i. conficiantur cum aqua ⁊ fiant ex eo troc. ⁊ sit pondus cuiusq̧ trocisci aur. i. ⁊ detur in potu cum aqua pluuiali.

m
Edicamẽ aliud ad tussim ꝯferẽs ad spẽs tussis in abscissionẽ vocis. ℂ ℞. granoruȝ papaueris ⁊ sumi papaueris cum cortice suo. l. numero ⁊ opij montani triũ lib. iij. ⁊ sucoton mundati ⁊ reusini ⁊ rof. siccarum ⁊ radicum lilij ⁊ balaustiarum omniũ añ. ʒ. iij. ⁊ cinamomi põdus. ʒ. ʃ. ⁊ spice pondus. ʒ. i. ʃ. contere has medicinas ⁊ infunde in aq̃ pluuiali aestat. v. ⁊ dimitte trib' diebus: deinde decoque super ignem lenem donec remaneat aque tertia pars: deinde exprime ⁊ cola ⁊ proijce fecem eius. deinde tere gummi arabici ⁊ dragaganti amborum añ. lib. i. myrrhe lib. ʃ. ⁊ succi liquiritie lib. i. ⁊ masticis ⁊ croci amborum pondus. ʒ. i. terātur totum illud vlume ⁊ imbibatur ex illa aq̃ paulatim donec cõpleatur tota: deinde fundantur super ipsum rob lib. xxiiij. ⁊ decoquatur leni igne donec coaguletur ⁊ reponatur in vase vitri ⁊ medicetur cum eo omnis species tussis.

l
Och de pino quod confert illis sup quos tussis fit vehemens: ⁊ quando excitatur in eis expellit pus ⁊ superfluitates: cuius hec est permixtio. ℂ Seminis lini torrefacti ⁊ amigdalaruȝ dulcium mundatarum ⁊ granoruȝ pini ⁊ gummi arabici ⁊ dragaganti omniuȝ añ. pondus. ʒ. iiij. ⁊ dactilorum albeiron decem numero tere medicinas ⁊ dactilos ⁊ funde sup eas mellis ⁊ butyri quantum sufficit ⁊ teratur donec fiat sicut mel spissuȝ: eius dosis sit sicut galla mane ⁊ sero.

l
Och quod fit cum glutino alimbat faciens ad asperitateȝ gutturis: ⁊ abscissionem vocis ⁊ sputum sanguinis ⁊ pus: ⁊ aperit opilationes. cui' hec est permixtio. ℂ Seminis lini torrefacti ⁊ passularum ablatis granis amborum añ. lib. i. granorum pini ⁊ amigdalarum dulcium ⁊ amigdalarum amararum omniuȝ añ. ʒ. vi. ⁊ ireos ⁊ assari ⁊ glutinis alimbat ⁊ venaruȝ liquiritie ⁊ gummi arabici omnium añ. ʒ. iiij. ⁊ fenugreci cocti ⁊ dragaganti omnium añ. ʒ. iiij. ⁊ piperis albi ⁊ eruce emollite ⁊ ciceris molliti ⁊ aristologie ⁊ medulle tritici ⁊ ameos ⁊ nasturtij et ficuũ omnium añ. ʒ. i. ⁊ myrrhe et croci olibani omnium añ. ʒ. ʃ. confrange totum ⁊ contere ipsum bene et confice cum melle aut cum vino decocto et fac lambere de ipso mane ⁊ sero quantuȝ est galla. i. ⁊ ponat ipsum sub lingua sua quando dormit.

m
Edicamen quod confert ad tussim ⁊ vehemẽtiã siccitatis pectoris. Amigdalarum dulcium amararum et seminis lini torrefacti ⁊ granorum pini omnium añ. ʒ. v. et anisi et dragaganti ⁊ gummi arabici omnium añ. ʒ. ij. et succi liquiritie aut venarum eius pondus. ʒ. i. et zuccari ⁊ penidiorum amborum añ. ʒ. ij. Tere ea et puluerizza ⁊ confice ipsm cum aqua feniculi humidi ⁊ fiant de i-so pillule et ponat sub lingua sua ille qui vult dormire vnam aut duas.

Medicamen ad tussim quando fit ex chimo frigido viscoso. ℂ Cynamomi et seminis feniculi amborum an. ʒ.v. storacis liquide. ʒ.x. fistici et amigdalarum amborum an. pondus. ʒ.x. olibani et gummi amigdalarum et glutin omnium an. ʒ.v. liconcie et sunt passule paruule siue granis. ʒ.xx. agarici. ʒ.v. storacis et aloes amborum an. ʒ.iiij. tere storacem cum melle et infunde olibanum et aloen et allcesimes in rob: et tere reliqua et confice cum melle storacis dosis. ʒ.i.

Ad sputum sanguinis. Trocisci quos composuit medicus de illis de tebulis conferentes patientibus sputum sanguinis et patientibus vlcus in pulmone et habentibus saniem aggregatam in pectore et patientibus egritudines que sunt ex genere materierum attractarum: quorum hec est permixtio. ℂ Seminis iusquiami albi et corticum mandragore amborum an. aur. v. masticis aur. x. karabe et radicum lilij et croci omnium an. aur. xxx. psilij aur. xlv. aque dulcis sextari. iij. permisceantur, et administretur.

Trocisci alij qui nominantur piper conferentes patientibus sputum sanguinis et habentibus fluxum ventris et vlcera in intestinis et ei ad cuius stomacum attrahitur materia. ℂ R. flor caducorum granatorum et spinarum egyptiarum et granatorum siluestrium et succi barbe hirci et succi acatie omnium an. aur. vi. licij et reubarbari et opij oium an. aur. iiij. myrrhe aur. ij. terantur bene et conficiantur cum aqua in qua decocta sunt grana myrti aut cum aqua frigida et administrentur.

Confectio que refertur arastomacis et est medicina mirabilis conferens patientibus sputum sanguinis et habentibus tussim et qui habet vlcus in pulmone et ei in cuius pectore est sanies congregata: et ad disruptionem antecedentem in lacertis: et ad stomacum qui expellit cibum et coliricam passionem et fluxum ventris: et vlcera in intestinis et egritudines vesice et precfocationem matricis: et febres que habent paroxismos: cum de ea sumitur in potu parum ante horam periodi per horam vnam et ad malitiam complexionis et extenuationem et medicinas pnitiosas et morsum reptilium habentium venenum: cuius permixtio hec est. ℂ Cynamomi et costi et galbani et castorei et opij et melanopiper. et macropiper. oium an. ℥.i. mellis lib. i. terant medicine et cicorrigoni; ent et decoquatur galbanum cum melle donec liquefiat: deinde coleturque et proijciant desup reliquae medicine et reponatur in vase vitri aut argenti: et det in potu de ea quantitas fabe cum aq mellis et distillent sup ipsum de oleo sisamino tres gutte.

Sirupus qui refertur faciens ad difficultatem anhelitus et est medicamen vie. ℂ Sumantur passularum enucleatarum se. i. et est pars et fenugreci ablum tantundem et aq pluuialis lib. i. decoquant donec dissoluantur et colet aqua eorum et seruet et sumat de ea in potu multotiens continuo postq calefit.

Medicamen conferens ad sputum sanguinis et pus et superfluitates que attrahuntur ad pectus. ℂ R. granorum iusquiami albi et corticum radicum mandragore et vini boni et olibani albi et storacis liquide et opij et granorum pini et cupressi oium an. pondus. ʒ.x. et masticis et karabe et alessiue omnium an. ʒ.xxx. infundatur alessiue in aqua calida nocte vna: deinde exprimatur et sumat aquosus et terantur reliquae medicine bene et misceantur adinuicem et fiant trocisci. Sitq vnusquisque trociscus. ʒ.ß. et detur in potu apud mansiones trociscus vnus cum aqua frigida.

Medicamen quod confert ad sputum sanguinis. ℂ Opij pon. ʒ.i. et cynamomi pondus. ʒ.i. et castorei et piperis et macropiperis et myrrhe oium an. ʒ.i. et croci pondus. ʒ.ij.ß. et karabe pondus ʒ.ß. et balaustiarum et gummi et anisi omnium an. ʒ.i. terantur medicine et conficiantur cum succo auricule hedi et fiat trocisci et sit omnis trocisc ʒ.ß. et exiccentur in vmbra et bibatur de eis trociscus vnus cum aqua tepida.

Trociscus alius. ℂ R. karabe et coralli amborum an. ʒ.iij. acatie et succi barbe hircine amborum an. ʒ.ij. balaustie. ʒ.ij. seminis portulace. ʒ.vij. papaueris albi et nigri et ros. et spodij omnium an. ʒ.ij. cornu cerui adusti. ʒ.ij.ß. reusini. ʒ.i.ß. coclearum adustarum. ʒ.ij. terre sigillate. ʒ.iiij. fiat trocisci aur. i. et administretur.

Trociscus alius ad sputum sanguinis cum est ex humiditate et mollificatione venarum. ℂ Corticum thuris et thurie amborum an. ʒ.v. radicis squinan. ʒ.vij. reusini et masticis amborum an. ʒ.iiij. darsisahan et cymini torrefacti et calamenti montani omnium an. ʒ.v. myrrhe et croci amborum an. ʒ.vij. calcadis ʒ.iiij. spice et castorei et succi barbe hircine et acatie et rosarum oium an. ʒ.iiij. tere et confice cum decoctione gallinarum et fac troc. aur. i.

Coagulatio sanguinis in pectore. ℂ Medicamen conferens ad illud. Fenugreci mellilot. ʒ.ij. aristo. pondus. ʒ.i. myrrhe pondus. ʒ.iij. anthyros. amborum an. ʒ.ij. radicum liquiritie et piperis et salis omnium an. ʒ.i. Confringantur et conterantur et conficiantur cum aqua frigida et fiat trocisci quorum vnusquisque sit pondus. ʒ.i. et exiccentur in vmbra et detur in potu de eis trociscus vnus cum aqua radicum feniculi et radicum apij decoctarum quantitate sextarij. i. et teratur trociscus et misceatur cum ea et sumatur in potu: est enim medicamen

bonum quoniam liquefacit sanguinem congelatum ꝛ educit ipsum ꝛ mundificat locū eius.

Thisis ꝛ vlcera pulmonis. ℭ Medicamen conferens ad vlcera que sunt
p in pectore ꝛ pulmone ꝛ cōsolidat ea ꝛ sanat ea. ℞. balaustiaꝝ ꝛ rosarū siccarum ambarū aā. ʒ. iiij. sanguinis draconis ꝛ medulle tritici ꝛ olibani omnium aā. ʒ. ij. gūmi arabici ꝛ dragagā. ꝛ masticis oium aā. pondus ʒ. iij. acatie ꝛ croci amborum aā. ʒ. ß. karabe ꝛ myrrhe amborum aā. ʒ. i. anarcine. ʒ. v. terantur ꝛ conficiantur cum rob cydonioꝝ aut rob myrti: deinde fiant trocisci: sitq; omnis trocisc⁹ aur. i. ꝛ exiccentur in vmbra ꝛ dentur in potu.

Edicine que sunt ad cor. ℭ Confe-
m ctio in qua ponitur harmel iuuatiua. ℭ ℞. se. harmel ꝛ nigelle ꝛ cāphore ꝛ castorei ꝛ se. iusquiami albi ꝛ aristologie ꝛ ciperi ꝛ asserine ꝛ alfesiresim ꝛ piretri ꝛ piperis ꝛ origani ꝛ collogn. ꝛ spice ꝛ se. anisi ꝛ se. rutheꝛ carui. ꝛ croci ꝛ nucismuscha. ꝛ cassie ꝛ costi omniū aā. ʒ. ß. ꝛ serapini ꝛ oppoponaci amborum aā. ʒ. iiij. ꝛ zuccari pondus. ʒ. i. ꝛ mellis quantum necesse est. Dosis eius forti pondus. ʒ. i. ꝛ debili pondus. ʒ. ß.

Edicamē aliud conferens ad pulsū
m cordis ꝛ timorē ꝛ epilepsiā. ℭ Spice ꝛ cinamomi ꝛ zedoarie ꝛ doronici oium aā. ʒ. ij. seminis aneti. ʒ. i. ß. medicine terant̄ ꝛ permisceantur ꝛ detur in potu de eo pōdus. ʒ. i. cum. ʒ. i. vini in quo infusa fuit lingua bouis ꝛ bibatur de illis in omni mense tribus diebus continuis.

ℭ Tractatus. vi. de ventre inferiore. Debilitas stomachi.

Lectuarium iuuatiuum ad mollificationem stomachi ꝛ eius debili-
o tatem: cuius hec est permixtio. ℭ Masticis ꝛ aloes ꝛ succi absinthij ꝛ opii ꝛ olei nardi. ꝛ olei de cydonijs quantū sufficit permisceatur ꝛ inungatur cum eo stōus cū lana leni. Nō si volueris vt adijciatur huic medicine color: adde in ea laudani partem vnam ꝛ storacis partes. ij. Si volueris facere ipsam stipticā ꝯfortatiuā tunc adde super illud de succo agreste. aut succo hipoquistidos.

Edicamen ad debilitatem stomaci ꝛ
m malitiam digestionis. ℭ Kebuloꝝ bullitorum cum aqua cydonioꝝ ꝛ bulliant. ʒ. iiij. bellirícorum ꝛ emblicoꝝ ꝛ cymini infusi in aceto ꝛ torrefacti ꝛ cipi ꝛ masticis oium aā. ʒ. ij. se. apij ꝛ anisi infusoꝝ in aceto amboꝝ aā. ʒ. i. xyloal. ꝛ galie amboꝝ aā. ʒ. i. ß. menthe. ʒ. iij. magudinis. ʒ. i. ß. rof. ʒ. iiij. granoꝝ granatoꝝ. ʒ. viij. sumac. ʒ. iiij. cynami ꝛ corticis thuris ꝛ spice oium aā. ʒ. i.

l Achlachatū ꝯfortās stōm. ℭ Aque aloes ꝛ aque rof. ꝛ aque maloꝝ ꝛ aque cydoniorum ꝛ aque salicis omniū aā. pars vna: sandali albi ꝛ rubei ꝛ rosarū ꝛ croci ꝛ cāphore ꝛ laudani ꝛ balaustiarū ꝛ ramich ꝛ xyloaloes ꝛ galie omnium aā. pars. ß.

c Emplm ad apā stōi durum. ℭ ℞. absinthij ꝛ spice ꝛ cassie oiū aā. ʒ. viij. aloes ꝛ stora. amboꝝ aā. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. xylobalsami ꝛ carpobalsami ꝛ myrrhe oium aā. ʒ. i. olei nardini quantum necesse est.

D stomaticos. ℭ Hiera que refert̄
h antiforos ꝯfert stō. ℞. aloes aur. iiij. masticis. ʒ. ij. assari. ℥. ß. rof. siccarū ꝛ floris squinanti ꝛ cassie oium aā. ℥. ß. vtatur sicca ea sicut vtitur hiera.

Rocisci q dicūr amedunis facientes
t ad ingetudinē stōi ꝓpinquā ileos ꝛ ad oēm inflationē ꝛ est ꝯueniēs ei q euomit cibū suū ꝛ ad egritudines intrinsecas. ℭ ℞. se. apij aur. vi. anisi aur. vi. absinthij aur. iiij. Et inueni in descriptione alia masticis iterū aur. iiij. piperis aur. ij. myrrhe aur. ij. cinamomi aur. vi. opij aur. ij. castorei aur. ij. cōficiātur cum aqua ꝛ fiant de eis trocisci ꝛ dentur in potu. dosis eius equalis est aur. i. ad stomaticos cum vino mixto.

h Iera q̄ refertur menison ꝯferens ad ingetudinē stōi ꝛ ei q inuenit inflationē ꝛ aufert oēz inflationē ꝛ ꝯfert ad tarditatē digōnis ꝛ ad egritudines matricis ꝛ ipsa iteꝝ ꝓuocat vrinā ꝛ est medicina mirabilis ad epaticos ꝛ ad illū q h; dolorē renū ꝛ ꝓuocat mēstrua. ℭ ℞. aloes aur. x. masticis. ℥. i. ꝛ croci ℥. i. spice. ℥. i. cinamo. ꝛ assari ꝛ carpobal. oium aā. ʒ. i. Tere ꝛ cribella ꝛ serua eā siccam ꝛ vtere ita vt des in potu illi cuius digō tardat̄ pōdus aur. i. cū aq̄ frigida. ꝛ illi qui euomit coleram ꝛ effundit̄ ad stōm eius mā da in potu de ea aur. ß. et illi qui habet apā in aliquo mēbroꝝ interiorū ꝯfert cum sumit de ea in potu cū aq̄ mellis. ꝛ ille qui indiget vt ꝓuocet̄ vrina eius aut ꝓuocētur menstrua sumat de ea in potu cum aqua feniculi contriti bulliti ꝛ colati.

c Emplm poloarchis ꝯferens ad oēs egritudines humidas intrinsecas. ℭ ℞. ciperi cordumeni minuti thuris cere oium aā. eminam. i. gūmi alboris eminam. i. ß. olei de alcāna q̄tū sufficiat: ꝛ quādoq; additur bdellij iudaici eminam. i.

Edicamen quod dicitur ad diarreos
m faciēs ad omnes corruptiones complexiōis stomaci ꝛ aggregationē aq̄ ꝛ lenit ventrem. ℭ ℞. ireos pondus ʒ. xxiij. piperis pondus. ʒ. xx. zinziberis ꝛ anisi den amborum aā. ʒ. xij. anisi et masticis ꝛ seminis feniculi omnium aā. ʒ. iiij. ameos ꝛ seminis apii. omnium aā. ʒ. viij. Tere ꝛ confice cū melle dosis eius sit sicut galla cum aqua.

Lectuariū de carui conferens ad dolorem stomaci ⁊ opilatiões que sunt in eo ⁊ in epate ⁊ paruitatem digestionis. ℂ Sumantur carui ⁊ ameos ⁊ ⁊ se. apij. ⁊ zinzi. ⁊ passularū enucleatarū ⁊ siseleos ⁊ se. daucie omnium añ. ℥. iij. amigdalarū amararum mundatarum ex cortice suo pōdus ℥. vi. tere ⁊ confice cum melle: dosis eius quantum nabaca cum aqua tepida.

Lectuarium de galanga ꝯferens ad vehementiam frigoris in stomaco ⁊ epate ⁊ digerit cibum ⁊ fugat ventositates ⁊ stomacū efficit bonū. ℂ ℞. galange ⁊ cinami ⁊ piperis albi omnium añ. ℥ iij. heil ⁊ cinamomi ⁊ neremisch omnium añ. ℥ iij. macropiperis. ℥. vi. zinziberis. ℥. viij. se. apij ⁊ anisi. ⁊ cymini ⁊ carui ⁊ talisafar oium añ. ℥. i. penidiorū ⁊ zuccari triplum medicine: tere cōmisce ⁊ fit dosis eius. ℥. ij.

Appetitum. Cōfectio abscindēs appetitum luti. ℂ ℞. hiere. ℥. vi. myrabola. nigrorum ⁊ belliricorum ⁊ emblicorum omniū añ. ℥. iij. succis hēdē ℥. v. conficiant̃ cū melle dispumato ⁊ dentur in potu de ea. ℥. iij. de aqua ī qua decocta sunt mastix ⁊ mentha ⁊ scoria decocta.

Vomitus ⁊ nausea. Sirupus abscindens vomitum flegmatis. ℂ Recipe cymini. ℥. iiij. masticis. ℥. iij. granorum granatorum. ℥. xx. menthe ⁊ simbrij amborum añ. tunicas. v. decoquantur cum aque lib. iiij. donec remaneat lib. i. ⁊ coletur ⁊ proijciatur galie. ℥. i. ⁊ detur in potu de eo in mane ⁊ sero.

Singultus medicamen ad singultum mirabile forte. ℂ Uini boni odoris lib. viij. mellis dispumati lib. ij. decoquantur donec bulliat ⁊ consumatur eius tertia: deinde auferatur ab igne ⁊ proijciātur in eo costi ⁊ masticis amborū añ. ℥. iij. absinthij pondus. ℥. vij. squinanti ⁊ spice ⁊ folij. ⁊ ro. ⁊ aloes ⁊ agarici ⁊ croci omnium añ. ℥. ij. asari ⁊ xyloaloes indi ⁊ cassie omnium añ. ℥. iiij. triturorum ⁊ sit dosis eius coclearium.

Par ⁊ apostemata epis. ℂ Unguentum de muradasacrim conferens ad apostema quod accidit ex corrosione aut alijs cuius permixtio hec est. ℂ Recipe almuradasacri. ℥. iiij. ⁊ xyloal. ⁊ croci ⁊ baccarum lauri ⁊ ammoniaci ⁊ myrrhe ⁊ allzeian omnium añ. pondus. ℥. iij. ⁊ cere pondus ℥. iiij. confringe ea ⁊ contere ⁊ aggrega ipsa ⁊ liquefac ceram cum sufficienti quantitate olei de lilio ⁊ alrazalzi pondere. ℥. iij.

Vitiis epis. ℂ Cōfectio facta cum epate adib ꝯferēs ad dolorem epatis ⁊ splenis ⁊ stōi ⁊ vētositates ⁊ dissinteriam ⁊ tussim chronicam ⁊ illis qui euomunt sanguinem. ℂ ℞. croci ⁊ myrrhe ⁊ opij ⁊ castorei ⁊ se. iusqa. albi ⁊ castorei cordumeni ⁊ papa. ⁊ spice ⁊ eupatorij ⁊ epis adib ⁊ cornu dextri de cornib⁹ capre adusti oium ptes equales terant̃ que ex eis terunt̃ ⁊ soluant̃ que soluenda sunt in vino ⁊ ꝯficiant̃ cū melle dispumato ⁊ administret̃ post. vi. mēses. ⁊ sit dosis sicut cicer cum eo qui conuenit de potibus.

Alia compositio. ℂ Oleū de mezerion. ℥. x. infundat̃ lib. i. aque die ⁊ nocte ⁊ ponatur in vase ⁊ bulliat lento igne donec remaneat de aqua lib. s. ⁊ auferatur ab igne ⁊ dimittatur donec infrigidetur ⁊ coletur ⁊ reducat̃ ad vas: ⁊ fundat̃ supra eū olei amigdalini dulcis q̃rta lib. i. ⁊ bulliat donec ꝯsumat̃ aqua ⁊ remaneat oleū ⁊ inuoluant̃ medicine ꝯtrite ⁊ cribellate cū hoc oleo. ℂ Et sunt myrabo. citrino. ⁊ bellyri. ⁊ embli. oiū añ. ℥. x. tamarindorū. ℥. lxxx. prunorū. xxx. numero: iusubarū tantūdē cassiefi. lib. i. passularū. lib. s. aggrega has medicinas tritas p̄ter cassiamfistulā ⁊ pone ī vase lapidis ⁊ funde sup eas aque lib. x. ⁊ decoquat̃ donec remaneat tertia ⁊ colet̃ sup cassiamfistulā ⁊ cōfricet̃ manib⁹ ⁊ coletur ⁊ reducat̃ ad vas ⁊ proijciatur supra eā penidiorū emina. i. ⁊ decoquat̃ donec fiat ei spissitudo mellis ⁊ fundat̃ supra ipsum olei amigdalini lib. s. ⁊ pulueriʒentur desup medicine cribellate deinde oleo p̄dicto ⁊ bulliat dōec coagulet̃ ⁊ depōnat̃ ab igne ⁊ ponat̃ ī vase vitri: cui⁹ dos̃ sit. ℥. vi.

148. Prouoca vrinam alias incidet in hydropem et prouoca menstrua: sin autem corrumpentur corpora earum.

149. ¶ Educ feces in colica: nam in earum eductione curabitur patiens.

150. ¶ Vtere balneo ad tollendum sordes et immunditiam: neque sis in hoc piger si velis educere superfluitates a corporis superficie: et cutem ab accidentibus immunditie mundam facere.

151. Coitus etiam commendatur iuuenibus: quatenus per eum a nocumentis perniciosis liberentur.

152. ¶ Nequaquam autem concedatur macris senibus aut etiam debilibus.

153. ¶ Incurret podagram et dolores alios ille qui vtitur coitu immediate post cibum sumptum.

154. ¶ Multus coitus debilitat corpus: facitque ipsum hereditare varias species nocumentorum et dolorum.

¶ Signa rebus non naturalibus.

155. Ira anime excitat colorem: generatque interdum alia nocumenta.

156. ¶ Timor anime incitat frigiditatem qui quandoque magnificatur in patiente intantum donec ledat in vltimo.

157. ¶ Magnum et multum gaudium impinguat corpus: et ideo multum ledit pinguem et crassum.

158. ¶ Ex lamento quidem et tristitia fertur iudicium nocumenti super macrum: et confert indigenti dissolutione.

¶ Tractatus secundus de rebus extra naturam et primo de morbis generalis in membris consimilibus.

159. Morbi ex superfluo calore in membris consimilibus absque superfluitate generati sunt: sicut morbus febrilis et consumptiuus: sicut in ethica et ptisi.

160. ¶ Morbus autem ex calore cum humore est sicut febris putrida.

161. ¶ Ex eis etiam sunt morbi frigidi absque materia: sicut congelatio contingens ex niue grandine vel frigore: et ex eis est frigus cum materia: sicut paralysis cum magna quantitate flegmatis.

162. ¶ Ex eis est humidus absque superfluitate: sicut habitudo corporis que laxa vel mollis videtur: et ex eis est morbus humidus cum materia humorali: sicut repletio ventris in hydrope.

163. ¶ Morbus siccus cum materia est sicut cancer vel glandula. Sed siccus preter quod in corporibus sit materia: est sicut spasmus ex inanitione.

164. ¶ In membris organicis existunt morbi cum accidit in plasmatione lesio vel nocumentum.

165. ¶ Est autem morbus in augmento si fuerit caput nimis magnum: et in diminutione si fuerit stomacus nimis paruus.

166. ¶ Si videatur forma capitis lata vel compressa: erit error vel peccatum in plasmatione.

167. ¶ Ex eis etiam est morbus in concauitate cum accidit ei nocumentum: sicut cum planta pedis carne repletur.

168. ¶ Aut si accidat etiam quod interponatur aliquid in poris et meatibus: sicut contingit in opilationibus ex lapidibus renum contingentibus.

169. ¶ Aut si membrum quod debet esse asperum sit lene: vt stomacus in quo superflua humiditas exuberat: aut si quod debet esse lene exasperetur: sicut canna pulmonis cum exiccatur.

170. ¶ Est autem numerus a natura egrediens in sex vel quatuor digitis.

171. ¶ Interdum vniuntur duo digiti et coniunguntur. Et interdum iuncti naturaliter separantur.

172. ¶ Solutio dimissa vnionis existit in coniunctione membrorum aut in separatione. In coniunctione quidem sicut in dislocatione brachij et incisione pedis vel manus.

173. ¶ Solutio in ossibus est fractura: in musculis autem et venis dicitur ruptura: sed solutio facta secundum latum vel longum in neruis: dicitur fissura vel punctura.

174. ¶ Solutio facta in ligamentis vel chordis dicitur quassatio et arabice dicitur rabathe. Sed facta in carne dicitur vulnus. Si tamen prodaceretur tempus eius diceretur vlcus. Sed facta in musculis vel lacertis dicitur afflictio. Sed facta in sola cute dicitur excoriatio.

¶ Capitulum de rebus egredientibus a natura videlicet de causis morborum.

175. Cause diuiduntur in manifestas apparentes que scilicet contingunt cutem et in superficiem corporum sicut ignis et nix: percussio: aut ruptura contingens ex saltu.

176. ¶ Ex causis etiam sunt que dicuntur continere: et ipse quidem sunt inter has species differentes et hoc quidem: quia quamdiu continuatur putrefactio continuatur et febris putrida. Ex causis etiam sunt que antecedentes appellantur omni repleto corpori congruentes.

177. ¶ Ex causis efficientibus vniuersaliter est

quicquid corrumpit membri complexionem ex infusione humoris ad ipsum.

178. ¶ Hec sunt potentia impedientia: et debilitas seu impotentia recipientis: et multitudo materialis humoris fluentis et latitudo meatuum: et debilitas nutritiue. Hec enim est sufficiens summa earum. Necnon etiam quia videbis qualitatem in substantia corporis existentem superari: et ad suam contrariam declinare.

179. ¶ Quod generat in eo calorem est quidem causa quare contingat corpori illud quod inde eidem contingere consueuit. Usus autem esus allei est calidum in potentia. Sed calidum in actu est sicut calor solis.

180. ¶ Ex his sunt motus anime: sicut ira: et motus corporis: sicut labor: et corruptio et putrefactio: et cibi parcitas: et quod poros cutis claudit et constringit sicut aer.

¶ Cause egritudinum ex frigiditate.

181. c Causa vero harum egritudinum est quicquid in eo frigiditatem generat: et quicquid soluitur ex eo continuum: cuius virtus aut est in potentia: velut contingit in iusquiamo assumpto: aut in actu sicut in niue.

182. ¶ Fames est cum pabulum spirituum terminatur: et sicut contingit cum terminatur et consumitur oleum in lampade vel lucibulo: vehemens etiam saturitas et crapula calorem suffocat et extinguit.

183. ¶ Motus autem fortes et diurni sunt cum euacuatione spirituum: et infrigidatione corporis: quiete etiam infrigidatur calor: sicut et flamma fumo extinguitur.

184. ¶ Fortis et valida corporis densitas concludit calorem in corpore donec extinguatur: corpus immoderate rarum seu spongiosum de facili infrigidatur cum sit propinquum et dispositum ad hoc vt in eo calor de facili dissoluatur.

¶ Cause egritudinum ex humiditate.

185. q Quinque sunt numero scripta humiditatem generantia ex quibus: aqua calida dulcis super totum corpus infusa est humida in actu.

186. ¶ Ex humectantibus autem in potentia est vsus lactis et piscium delectabilium: caseirecentis: quies corporis: etiam reclusio humiditatum: et immoderata refectio vel saturitas.

¶ Cause ex siccitate.

187. q Quinque sunt siccitatem generantia sensu intellecta vel apprehensa: ex quibus quedam actu exsiccant sicut borax: et quedam in potentia sicut cibus synapioris tanta fames seu abstinentia per quam humiditas corporis consumatur: et omnis motus fortis et violentus: contingit etiam coitus exsiccatio ex ventris solutione.

¶ Cause egritudinum organicarum.

188. c Cause magnitudinis membrorum sunt fortitudo et potentia formatiue et etiam nutrientis.

189. ¶ Cause paruitatis membrorum sunt contrarie eis quem magnitudinem efficiunt in eisdem.

190. ¶ Causa corruptionis formarum est in numero filium: quod quidem ratione malitie complexionis cum fetus in matrice pungitur: aut paruitate spermatis: aut malo egressu fetus in ortu suo: ex cuius tortura contingit peccatum in figura et forma.

191. ¶ Ex his etiam est nutrix si deliquerit fasciando ipsum: aut eleuando: vel deprimendo ipsum.

192. ¶ Uel si forsan augeatur in eo cibus: aut ad viendum malus existat.

193. ¶ Aut si puer debilitate sua cadat cum non regitur ab aliquo et ipsius tibia aut crus inde frangantur: vel eius nasus percutiatur taliter quod idem tensionem et depressionem patiatur: non enim potest materia rectificari si moueatur quia impotens se sustinere ratione fracture ossis nondum perfecte consolidate.

194. ¶ Hoc etiam facit multitudo humorum sicut in leprosis: et paruitas eorundem: sicut in ethicam diuturnam et continuas fe. patientibus.

195. ¶ Aut tortura oris et faciei contingens ex mollicie et relaxatione nerui: aut corrugatione tensione versus collum declinante.

196. ¶ Uestigia apostematum et cicatrices vlcerum et vulnerum proculdubio formas in superficie corrumpunt.

¶ Cause clausionis meatuum et pororum.

197. c Apicies dederunt opera in collectione eorum que sunt de genere claudentium et obturantium poros et meatus: ex quibus sunt fortitudo retentiue et debilitas expulsiue: interdum etiam frigus est causa huius.

198. ¶ Siccitas etiam coartat eos valde: et similiter faciunt ligature: apostema etiam angustat et obliquat eos per constrictionem exterius in aliquo membro generatum: stringit etiam eos medicina stiptica.

199. ¶ Hoc etiam contingit interdum consolidatione vulnerum et vlcerum: et etiam verruca seu poro et carne innaturaliter augmentata.

200. ¶ Hoc etiam humor facit: aut sanies vel sanguis: lac coagulatum et aqua.

201. ¶ Hoc etiam faciunt vermes lapis et fex sicca dura et aer.

¶ Cause apertionis meatuum.

202. c Cause apertionis meatuum sunt fortitudo expulsiue et debilitas retentiue.

203. ¶ Ex his etiam est omnis medicina aperitiua calida et humida necessario.

¶ Cause egritudinis in quantitate.

204. q Quicquid augetur et excedit numero in nobis augetur: sicut ex multa materia vel digitus si fuerit materia laudabilis aut rana si fuerit materia illaudabilis.

205. ¶ Quicquid minuitur in nobis nostro pungit

a cōtrario eius cuius rememorationē fecimus.

Cause asperitatis.

206. c Causa generans asperitatem est abla-
tio humiditatis. que interdum ex hu
more frigido contingit puluere stipti-
citate ciborum: et medicinarum.

207. Causa leniens asperitatem est sicut hu
mor viscosus et omne pingue et vnctuosum.

Cause coniunctionis et vnionis separatorū.

208. p Proculdubio omne illud de cuius
natura est vt fiet separatum ab aliquo:
cuz aliquo modo ei vnitur. si cum eo
dem coniungetur. Si vulnus non de
bite consolidetur quod res in membro inopina
ta ostenderetur.

209. Ex hoc etiam est fortitudo immutatiue
et debilitas informatiue.

210. Quāuis separatio contingens cuilibet
ex eis de quorum natura est vt sit in situ coniun-
cta. sit de genere et numero egritudinum situs et
positionis in membris organicis: et nihilomi-
nus est proprie de genere solutiōis diuisi seu cō
tinuitatis cuius qdem solōnis cāe hic referunt.

Cause solutionis indiuisi.

211. q Vt idaz est humor habens vim et qua
litatem vstiuam et calefactiuam et cor-
rosiuam: aut hypostasis in pulsa seu
imbibita contusionem conferens: vel
viscositas relaxans quod mouere deberet: vel
saltus contundens lanians et disrumpens: vel
lapis offendens et contundens.

212. Ex eis sunt medicine corrosiue et vstiuē
vt ferrum corrodens et lanians: et quādoqz ven
tus scindit ratione tensionis. Idem etiam agit
ignis sicut in ceteris.

Capitulum tertium de rebus egredienti-
bus a natura et sunt accidentia morborum.

213. q Quedam ex accidentibus reperiuntur
in operationibus: et quedam in qui-
busdam corpori contingentibus: et
quedam in egredientibus ab codez:
puta in sputo fecibus egressu sanguinis sudore
et vrina.

214. Egressus naturalis operatiōis a dispo
sitione sua est triplex scilicet ipsius debilitas: ip-
sius ablatio: et ipsius immutatio seu corruptio:
quod in quolibet membro est etiam manifestum.

215. Debilitas enim operationis visus est
cum aliquis debiliter videt: et ipsius ablatio cuz
omnino visus prohibetur vel aufertur: et ipsius
corruptio et inconueniens immutatio: cum ima-
ginatur se videre que non videt.

216. Exempla accidentium proportionabi
lia reperiuntur in accidentibus contingentibus
aliis operationibus.

Accidentia super equalitate corporis.

217. o Sensus visus attingit et percipit inter
dum aliquod ex accidentibus qualita
tum corpori contingentibus sicut ci-
trinitatem et tumorem visu percepti-
bilem: et interdum attingit et percipit auris ali-
quod ex eisdem: sicut sonum ventris in hydrope
et percipit etiaz ex eis aliquod sensus odoratus
quēadmodum fetorem contingentem in vlceri
bus putridis et corruptis. Ex eis etiam est quod
suo sapore gustu percipitur: sicut contingit cum
acredo vel acetositas in ore percipitur tactu etiā
quoddam ex eis cognoscitur: sic.n. per tactum
cognoscitur cancri duritieS.

Accidentia ab egredientibus corpore.

218. o Super accidentia ab egredientibus a
corpore sumpta excitantur siquidem
quinqz sensus.

219. Sicut in vrina si rubea sit vel ni-
gra: et sputo si fuerit vel vt sanguis vel sicut buty
ruz: et in eo qō qdez rōne dissolōis vel resolōnis
egreditur: sicut contingit in ventositate: sternuta
tione singultu. In vomitu etiam requiritur in-
terdum acetositas amaritudo vel stipticitas: et
cum vrina fuerit fetida significat quidem super
vesice vlcera: et in sudore sentitur si frigidus fue
rit vel calidus tenuis vel viscosus.

220. Hec quidem accidentia sunt patientiuz
passiones: et apud nos signa et demonstrationes
et postquā feci rememorationē de his quasi tran
sitorie et in generali: faciam nunc rememoratio-
nem de eisdem in speciali.

Rememoratio signorum

221. o Omne signum sicut dictum est: est re-
memoratiuum: aut presentis indica-
tiuū vel futuri pronosticū: est tū vtile nō
necessarium nobis quod referimus ex eo quod pre
teriit sicut humiditas terminata sudoris.

222. Omne illud quod significat super illud
quod iam existit: necnon etiam quod significat su
per illud quod speramus est quidem multuz ne
cessarium: cura enim conueniens fit a nobis cū
amotio huius rei.

223. Ex his quidem signis sunt quedam ge
neralia: et quedam specialia: et quedam particu-
laria alicui ex membris: de quibus quidem spe
cialius faciam rememorationez in arte seu par-
te artis curatiue.

Rememoratio signorum indicatiuorum.

224. o Omne signum generale sumitur a mē
bris principalitatem et dominiuz ha-
bentibus. puta ab epate cerebro et cor
de hec enim secundum veritatem di-
cuntur principalia.

225. Ut cum est recte formationis seu imagi
nationis: et ratiocinationis seu cogitationis: se
ne memorie et recordationis.

226. ¶ Motus etiam et sensus laudabilis significat super capitis sanitatem: et nocumenta eis contingentia denotant proculdubio quod morbi existant in cerebro.

227. ¶ Cum cor incedit recte in pulsatione sua: tunc eius dispositio est pacifica et tranquilla.

¶ Genera pulsus.

228. Equaquam fuerunt genera pulsus in numero denario posita nisi ab ore sapientis: quorum quidem primus ab estimatione dilatationis est assumptus ipse enim significat super dominium et fortitudinem virtutis: et ipsius equalitatem.

229. ¶ Magnus autem est cuius dimensiones eminent et descendunt: et significant super fortitudinem secundum suam existimationem.

230. ¶ Paruus pulsus est contrarius in virtute: et etiam pulsus longus et breuis.

231. ¶ Ex eo etiam est strictus et latus: necnon etiam eminens et profundus.

232. ¶ Genus eius relatum tempori motus est varium et diuersum: ex quo est pulsus velox magne iactantie et significat quidem super vim et calorem ex eo etiam pulsus est tardus dominans congelationis: vnde significat super debilitatem cum frigiditate.

233. ¶ Genus sumptum ab existimatione temporis quietis diuiditur in suas species scilicet in frequentem spissum et sine quiete significantem super debilitatem virtutis et caloris: et in tardum sibi contrarium qui super laxitatem et frigiditatem attestatur.

234. ¶ Genus sumptum a dispositione virtutis diuiditur in fortiter pulsantem et magnum et in sibi contrarium debilem cuius pulsatio profunda est et exilis.

235. ¶ Ex genere sumpto a corpore vene per tactum est pulsus durus qui attestatur super siccitatem et ex eo est qui tactu mollis et humidus reperitur significans super sui corporis humiditatem.

236. ¶ Genus sumptum a prima qualitate corporis vene significat recte super complexionem scilicet frigidus super frigidam et calidus super calidam.

237. ¶ Genus sumptum ab eo quo repletur vena declarat dispositionem et esse humores eius: plenus enim super humorum abundantiam et vacuus super ipsorum diminutionem habet attestari.

238. ¶ Genus sumptum ex motionibus et quietibus pulsus: detegit quidem ad sensum tactus species eius. est autem ex eo species iusti ponderis et conueniens pulsibus etatum temporum anni et regionis. Ex eo etiam est egrediens a debito consueto.

239. ¶ Ex eo etiam est pulsus contrarius ei quem premisi sine pondere.

240. ¶ Aliud genus eius sumitur ab equalitate vniformitate aut diuersitate et inequalitate ipsius.

241. ¶ Qui recte incedit vniformiter et ordinate dicitur vnitus siue equalis: qui vero claudicat et deuiat in hoc inequalis dicitur et diuersus.

242. ¶ In diuersitate generis sumpti a numero percussionum artarie sunt differentie.

243. ¶ Differens pluribus percussionibus diuiditur in duas species.

244. ¶ In equalitate et diuersitatibus ordinatum et ordine carentem: quem scilicet anima percipere nequit.

245. ¶ Dominus huius ordinis dicitur reuersiuus: et est secundum dictum nostrum ille qui postquam nunc fit percussit reuertitur consequenter ad percutiendum sicut prius.

246. ¶ Ex eo etiam est cuius regressus minime sunt vniformes: et talis est qui cauda soricis appellatur.

247. ¶ Est etiam ex eo qui differens seu diuersus in vna percussione reperitur cum mensura quatuor digitorum.

248. ¶ Ex eo etiam est proportionatus alicui rei: et quidam sunt qui nulli rei referuntur: et sermo quidem noster erit nunc super nominatos.

249. ¶ Ex his quidem est pulsus intercisus et dominus coniunctionis: ex his etiam est altus humilis et depressus.

250. ¶ Ex his etiam est in cuius percussione duo sunt ictus: et ex eis in quo sunt plures.

251. ¶ Est etiam ex eis vermicularis: et serrinus: similiter formicularis et vndosus.

252. ¶ Ex his etiam est ille qui tremulus dicitur: ex quo est significans super ethicam.

253. ¶ Omne quidem pulsus genus continet duas species et ambe sunt contrarie: inter quas est vna equalis: que ex ambabus contrarijs descendit seu reponitur in gradu.

254. ¶ Inter species vero generalis diuersitas est multa et non est equalis. et media in diuersitate.

255. ¶ Ex pulsu temperati corporis cognosces pulsum cuiuslibet: donec scias ex eo cui lateri equatur aut inequalis efficiatur.

256. ¶ Omnis pulsus egrediens a dispositione conuenienti dicitur comparari ad egressum complexionis eius.

257. ¶ Scito esse varias species pulsuum in diuersis etatibus. quatuor anni temporibus. et diuersis regionibus.

258. ¶ Et etiam in diuersis complexionibus hominum et habitudinibus: masculis et mulieribus.

259. ¶ Pulsus velocitas cum magnitudine est in calido. Sicut etiam et in etate iuuentutis. et in masculo.

260. ¶ Talis autem est in regione et habitatione meridionali. macro. pregnante. et estate.

261. ¶ In frigido enim est pulsus paruitas et tarditas. ⁊ consimilis quidem est in senibus ⁊ autumno.

262. ¶ Consimilis quidem est in mulieribus ⁊ in pingui carnem laxam habenti: talis etiam est in septentrionali.

263. ¶ Cuiuslibet sicci quidem pulsus est durus: ⁊ cuiuslibet humidi est quidem pulsus mollis.

264. ¶ Pulsus cuiuslibet habentis complexionem equalem ⁊ temperatam: similatur quidem pulsui perfecto ipsius veris.

265. ¶ Quartum etiam sequitur complexio predicta.

266. ¶ Pulsus infantis frequens est ⁊ mollior: pulsus autem senis est tardus ⁊ durus.

267. ¶ Pulsus cuiuslibet corporis multum humorem tenentis est valde plenus.

268. ¶ Omne corpus vacuum a materia habet pulsum illaudabilem: alias strictum ⁊ vacuum.

¶ Signa a sputo.

269. Cor eius ⁊ pulmo sunt organa anime: p que si quidem sana fuerint: vite conseruabuntur.

270. ¶ Si operationes eorum declinent ad aliquam malitiam: cor siquidem ignietur ex sui inflammatione.

271. ¶ Et sputum quidem habet significare super accidentia pectori contingentia in quacunque egritudine eidem contingente.

272. ¶ Ablatio sputi proculdubio super principium attestatur: significat enim quod materia in nullo est digesta.

273. ¶ Si autem fuerit paruum ⁊ tenue: habebit super digestionem debilem attestari.

274. ¶ Si vero fuerit medium ⁊ equale: in hoc quidem significatur quod morbus iam ad medium augmentum peruenerit.

275. ¶ Si autem fuerit multum spissum: tunc proculdubio est morbus in statu.

276. ¶ Tenuitas etiam sputi significat quod humor faciens morbum leuis sit ⁊ subtilis.

277. ¶ Tale etiam significat quod morbus sit velocis ⁊ cite digestionis. Si vero fuerit grossum significabit supra contrarium ⁊ tardum.

278. ¶ Nigredo sputi significat super violentiam vstionis.

279. ¶ Sputum vero viridis coloris: significat super coleram citrinam alias prasinam ⁊ porrinam.

280. ¶ Sputum habens citrinitatem claram significat super coleram vitellinam.

281. ¶ Sputum album significat super humorem flegmaticum ⁊ rubeum super sanguinem ⁊ sputum cuiusque fetidum est proculdubio putrefactionis significatiuum.

282. ¶ Omne sputum sine fetore significat quod in eius pulmone nulla sit putrefactio.

283. ¶ Si sputi figura rotunda sit: ⁊ cum hoc patiens febrem patiatur. hoc erit quidem ex signis quod in diaphragmate eius sit apostema.

284. ¶ Si patiens non cessauerit tussire: iam quidem incidit in ptisim. Sputum autem egrediens sine tussi ⁊ difficultate significat super perfectam digestionem.

¶ Rememoratio signorum sumptorum ab operatione epatis.

285. Generatio .4. humorum est in epate. ex s cuius augmento augetur humor in corpore.

286. ¶ Omne membrum ratione ipsius augetur: est nihilominus in ipso membro propria operatio.

287. ¶ Ex vapore autem ipsius fit spiritus.

288. ¶ Ex reliquo corpore seu humore eius sano fit corpus sanum: est autem humor sanus cum epar sanum fuerit.

289. ¶ Et aque quidem deuehunt cibum ad ipsum: miscenturque cuilibet humori super eum dominanti.

290. ¶ Aque etiam mittuntur ab ipso epate ad eius colatoria: ⁊ ipse nihilominus cum humoribus commiscentur.

291. ¶ Et ipsa quidem aqua fert secum colores eorum necnon etiam omne illud quod est necessarium in declaratione ⁊ significatione eius.

292. ¶ Et proculdubio quicquid diximus est manifestum: super cuius veritatem sensus etiam attestatur sunt enim apud nos ex vrina significationes significantes qualis sit processus patientis.

¶ De vrina ⁊ primo de coloribus.

293. Albus color vrine est ex signis super a multitudinem cibi ⁊ potus: seu nauseatiuam satietatem significantibus aut super dominium frigoris: vel humiditatis flegmatice: aut super fluxum vrine: vel opilationis epatis.

294. ¶ Cum autem vrina videtur modicum citrina: significat quidem super paruitatem colere: sed cum est in colere ignea: significat super multitudinem colere.

295. ¶ Et color quidem clarus sub rubeo ponitur: in eo tamen est amplior colera rubea.

296. ¶ Valde autem rubeus erit color eius a natura sanguinis: nisi tamen fuerit talis ex assumptione croci: aut applicatione alicuius tingentis vt alcanne: aut ex colica

297. ¶ Si autem videatur nigra: postquam visa fuerit fusca: significabit quidem super fortem algorem: si vero talis appareat postquam precessit valde rubea: significabit super fortem humoris vstionem.

298. ¶ Judica autem super morbum ex colore vrine: nisi tamen fuerit talis ex cibo ipsam tingente: puta oleribus cassiafistula: ⁊ omni re eam breuiter tingente: sicut almuri ⁊ similibus.

¶ Rememoratio substantie vrine.

299. Enditas quidem substantie in vrinis
t significat super paruitatem digestionis.

300. ¶ Et proculdubio efficitur vrina te nuis per corruptionem cibi: et opilationem epatis: et apostema.

301. ¶ Vrine autem grossities significat super digestionem: aut super multitudinem humoris flegmatici in corpore existentis.

¶ Rememoratio fecis hypostasis triplicitur variatur ex colore loco et substantia.

302. Cum hypostasis videbitur alba in co
c lore: significabit quidem super salutem infirmorum.

303. ¶ Si autem color eius appareat citrinus: hoc erit ex acumine colore rubee.

304. ¶ Si vero appareat rubea velut sanguis significabit proculdubio super maliciam digestionis ipsius sanguinis.

305. ¶ Et si talis dispositio ipsius prolongetur neque varietur: erit ex epate apostemato.

306. ¶ Et si fuerit nigra post immensam rubedinem et petens fundum postquam prius apparuerit in alto: significat quidem quod iam peruenit paciens ad hoc quod anima separetur ab eo: et potissime cum casu virtutis: neque est spes de eo aliqua neque potest enim quicquam proficere: cum sit mors propinqua ex violentia vstionis.

307. ¶ Et si appareat nigra post eius fuscedinem preter quod morbi materia sit acuta: et potissime si cum tali fuscedine assit aliquod signum laudabile: et radix morbi fuerit ex melancolia: significabit quidem super morbi consumptionem et hoc secundum plurimum.

308 ¶ Si appareat nubeo supernatans in superiori parte vasis significabit super cruditatem licet sit in ea aliquid digestionis que ex ventositate commiscente se ei impeditur: et inde sursum eleuatur.

309. ¶ Et scito quod si videatur pendere in medio: quod parua ventositas est in tali hypostasi.

310. ¶ Et scito quod si precunte citrina fuerit albe lenis et coniuncta: et inferius depressa: et talis continuo appareat quod digestio morbi sit completa.

¶ Rememoratio substantie.

311. Cum autem apparet hypostasis non
c continuata significat super debilitatem virtutis.

312. ¶ Si vero fuerint contenta in ea similia fragmentis ordei: significabit quidem super rasuram venarum: sed si assimilentur furfuri et sine fetore: significabit super vlcera vesice. Si autem simuletur squamis metalorum significabit super vstionem et laminationem continentem.

313. ¶ Si sanies appareat in vase: significabit super apertionem apostematis.

314. ¶ Si vero prolongetur egressus eius cum sanguine corrupto: significabit super apostema flegmonicum.

315. ¶ Cum autem hypostasis petit fundum et spermati similatur est quidem ex humore grosso et crudo: et si cum eadem sit arena mixta scito illum cuius est esse calculosum.

¶ Rememoratio odoris.

316. Mutatio quidem fetoris contingit ex
p priuatione coctionis et digestionis: aut ex indigestione ratione cibi indigestibilis.

317. ¶ Omne illud quod est vltimati fetoris est vltimate corruptionis.

318. ¶ Si autem odor eius sit extraneus horribilis: scito illum cuius est pati morbum vesice.

319. ¶ Jam quidem retuli genera vrine simplicia: et dictis meis poterit quis vti in iudiciis compositorum ex eis.

¶ Rememoratio signorum sumptorum a fecibus et primo a quantitate.

320. Interdum arestantur feces super sto
c macum: et interdum super intestina: et ipsum super epar.

321. ¶ Feces quidem minuuntur ratione magne transmutationis alimenti cum conuertitur in membris: nisi illius cuius expulsiua fuerit debilis et attractiua fortior ratione alicuius nocumenti contingentis: et hoc quidem significat repletionem corporis patientis ex malis humoribus.

322. ¶ Si autem fuerint magne in quantitate: erit quidem signum quod cibus non prebeat augmentum corpori: aut quod attractiua sit in eo debilis et diminuta: et expulsiua fortis ratione alicuius morbi vel nocumenti.

323. ¶ Si autem feces fuerint albe: erit opilatio vel scirrosis in meatibus lictus fellis. et icteritia quidem est ex significantibus super hoc semper similiter: sub hoc etiam genere est vrine citrinitas: nisi cum corpus humore flegmatico vel mala complexione frigida inficiatur.

324. ¶ Si vero appareant rubee vel ignite significant super excessus et dominium colere rubee.

325. ¶ Sed si similentur porro aut viridi eris in colore significabunt quidem morbum et maliciam magnam.

326. ¶ Cum autem apparebunt nigre in colore: hoc quidem contingit ex forti et antiqua frigiditate corporis cuius sunt: et si tales appareant in morbo acuto: significabunt super mortem futuram in propinquo.

327. ¶ Si autem feces fuerint dure: significabunt super fortitudinem attractiue: aut super calorem vrentem: vel super cibum stipticum et constrictiuum.

328. ¶ Si vero fuerint feces molles et liquide: non erit fortis attractiua in corpore: aut in corpore erit frixus mala: aut hoc contigit ex mala alia dispositione corporis: vel ex cibo qui soluit ventrem

& mollificat per naturam suam.

329. ¶ Si differatur & tardetur egressus feci post cibum sumptum hoc quidem contingit ex difficultate digestionis ipsarum: aut diminutione & debilitate expulsiue: aut forti frigiditate: aut ex ventrem necessario constringentibus.

330. ¶ Si autem citius debito egrediantur: hoc quidem erit: ratione cibi non cōstrictiui: sed potius per naturam suam mollificantis & soluentis: aut ratione humorum & humiditatum ad eas fortiter impulsorū: vel ratione meserai-carum non sugentium & attrahentium: aut ratione nocumentorum in intestinis cōtingentiū: tempore apostematis in alias vlceris aut corruptionis digestionis & aliarum specierū morborum eisdem contingentium.

331. ¶ Si egrediātur cū sono significabūt super magnam ventositatem.

332. ¶ Si vo fuerint mixte famei: significabūt super apostema in organis cibi existentis.

333. ¶ Sed si appareat sanguis cum eis significabit quidem super vlcera & tenasmonem.

334. ¶ Si autem sunt multum fetide: significabunt super magnam corruptionem. Si vero velut oleum supernatat eis: significabunt super liquefactionem pinguedinis corporis: & erunt proculdubio odoris acetosi ex humore acetoso.

¶ Rememoratio signorum sumptorum. a sudore & primo quantitate.

335. Sudor multus in morbis humidis factus est ex accidentibus vim & naturam ipsorum referentibus: neq; est sicut ille ex quo fit iuuamentum.

336. ¶ Superfluus autem in vlumis cū casu virtutis patientis: contingit proculdubio ex labore & debilitate virtutis & nature: vnde mors est in ꝓpinquo.

337. ¶ Sed paruus sudor in morbis sup opilationem & clausionem cutis. & grossitiē humoris: & debilitatē expulsiue: & paruitatē digōnis: & ventris mollitiem & fluxum significat.

338. ¶ Si appareat sudor valde albus in morbis: significabit super humorem flegmaticum. Si vero sit citrinus: significabit super coleram citrinam: & si niger: super melancoliam. Si aūt sit rubeus: erit morbus ex sanguine: & similiter prebet nobis signa suo sapore.

339. ¶ Sudor subtilis contingit ex subtilitate humorum: & grossus ex grossitie eorundem.

340. ¶ Si autē fuerit vniuersalis in toto corpore: est bonus. Sed si sit particularis & specialis in vno loco est malus: & illaudabilis.

341. ¶ Qui etiam cōtingit tempore suo vna cum circuitibus & paroxismis febriū: aut in die cretica: est quidem bonus & laudabilis: contrarij autem bonitas lōginqua est & remota.

¶ Rememoratio signorum pronosticorum in generalium.

342. Pronosticatio diuiditur in referentē & significātem morbum futurum generari in sano. & in significantem qđ debet contingere patienti in morbo suo.

343. ¶ Signa autem referentia super egritudinem futuram sumuntur ex accidentibus significantibus super repletionem vel euacuationē cerebri: aut residui corporis.

344. ¶ Significat autem super repletionem: quies multitudo cibi raritas balnei: & exercitij. ex his nāq; accidentibus contingit repletionis egritudo. & his contraria pronosticāt super inanitionis egritudines.

¶ Signa repletionis & primo ꝯm virtutem.

345. Genus repletionis diuiditur in repletionem penes virtutem anime: que si fuerit respectu immutatiue & digestiue nequaq; erit appetitus comedēdi laudabilis: eritq; egestio mollis & liquida neq; erit digestio in vrina.

346. ¶ Significatur autem super repletionē respectu virtutis motiue ex grauitate & lesione motus.

347. ¶ Si autem sit repletio respectu pulsatiue: erit quidem patens debilitas & pigritia pulsationis eius.

348. ¶ Causa vero debilitatis animarum seu potentiarum est illud qđ nequeunt pati ex chimis: nam parum ex eis ledit & grauat eas: non autem ideo q2 membrorū concauitates ex eis repleantur.

¶ Signa repletionis ꝯm membra.

349. Si autem alia repletio a predicta penes concauitates organorum. s. cum nō poterunt tolerare: ex eo ꝙ membrorum concauitates replebuntur.

350. ¶ Hoc autem genus cōtingit ex repletione aut sanguinis puri & mūdi aut colere aut humoris flegmatici: interdum autem aie seu potētie fortes sustinet grauant eas chimi.

¶ Signa dominij sanguinis.

351. Cum dominatur sanguis alijs humoribus assunt somnus & dolor capitis in excessu cūture & rubore venarum. Estq; possibile ꝙ inde cogitationes mutentur: cū grauitate capitis: & debilitate: & fatigatione sensuū reperitur etiam tactu calidus cū grauitate humorꝝ & scapularꝝ: & cū oscitatione: & sunt iterdū grauia latera: & hypocōdria: & manifestus fluxus sanguinis a naribus cum alijs cibus: & ēt venter est laxus: nō tñ multū cū delectatione & suauitate vue: & apparebūt sōmia leti tie & iocūda: cū varietate & mltitudine colorꝝ: accidet etiam pruritus in loco sōmie: cū rubedine oculi isolita. & apsatibus: aut variolis: aut pustulis corpis: & opiabit se comedere dulcia i sōnio.

352. c Um dominat̄ colera citrina aut crocea apparet q̄ color cutis citrin̄ cū debilitate ⁊ casu appetit᷒ cibi: ⁊ reperit ille in quo dn̄at̄ oris amaritudinē ⁊ mordicationem ex ipsa colera rub. in stomaco contingentem: accidit q̄ ei vētris solutio cū qua est colera rub. ⁊ insomnietas cum ꝓfunditate oculorum: ⁊ siccitas oris ⁊ lingue: ⁊ eius vrina est in colore valde citrina: accidit q̄ ei sincopis: ⁊ riget cutis eius cum permixtione ⁊ perturbatione: accidit q̄ ei sitis post ieiunium: ⁊ apparēt ei in somno corruscationes cum subtilitate pulsus ⁊ calore corporis. ¶ Sunt etiam ex his accidentibus multa ⁊ frequens balneatio in aquis calidis ⁊ sulphureis: ⁊ motus laboriosi qui fuit in regionibus ⁊ villis septentrionalibus: ⁊ frequens ⁊ continuus eius actuorum: ⁊ maximē si fiat tempore estiuo.

¶ Signa melancolie.

353. b I vero colera nigra in corpore dominetur: erit quidem fuscus color corporis: cum forti ⁊ iugi meditatione ⁊ cogitatione: ⁊ appetitu cibi forti: ⁊ reperietur in ore sapor acetosus.

354 ¶ Est etiam cum malitia anime intuitus fortis ⁊ assiduus: ⁊ pulsus durus est: ⁊ tardus.

355. ¶ Et vrina quidem est alba tenuis ⁊ cruda: nec est in egestione decoctio.

356. ¶ Et cibus siccus aridus: anxietas: timor ꝯtinuus: ⁊ tristitia.

357. ¶ Videtur etiam q̄ interficiat̄ in somnio apparent q̄ in somno eius omnia cū exterrētia.

358. ¶ Etas senū: autumnus: ⁊ habitationes meridionales: ⁊ corporis macies.

¶ Signa flegmatici.

359. b I dn̄et̄ humor flegmatic᷒ in corpore: aggrauabitur caput eius: somnus ei᷒ erit lōgus: ⁊ fatigabitur iter agēdo de facili: ⁊ erit eius appetit᷒ debilis cū repletione penes virtutem ⁊ turbationē seu permixtionem ⁊ sopua alias in soluta laxitate.

360. ¶ Ex his etiam est fluxus saliue ⁊ sputi ⁊ tumor vultus ⁊ color patientis albus: ⁊ erit in pulsu eius occultatio: ⁊ tarditas: ⁊ in vrina turbulenta: ⁊ grossities: ⁊ cruditas.

361. ¶ Nec est in eo sitis: nisi fuerit flegma salsum aut putrefactio assueris.

362. ¶ Ex his etiā accidentibus sunt vsus omnium ciborum humidorum ⁊ frigidoꝝ: ⁊ etas senectutis: ⁊ tempus hyemale ⁊ priuatio exercitij ⁊ balnei: ⁊ excedens quantitas cibi: ⁊ habitatio humida ratione fluminum: ⁊ apparitio marium in somnis: ⁊ querimonia ex incubo facta ⁊ in potentia digestionis chili.

363. ¶ Cum autem apparebunt tempore sanitatis continuo accidentia de necessitate super aduentum egritudinum significantia: esto sollicitus in ablatione eorundem.

¶ Rememoratio signorum pronosticorum tempore morbi contingentium.

364. e X signis ꝓnosticis ⁊ significās mortē futuram. Et ex eis est q̄ significat futuram sanitatē seu euasionē: ⁊ ꝓprie ex his est scientia pronostica.

365. ¶ Ex scientia istorum videbit medicus ⁊ sciet quis moriat̄: retrahet q̄ inde manus suas a cura eius: sicut etiā videbit ex scientia eorundem quis euadere debeat ⁊ curari: ꝓ tanto notificabit ⁊ pronosticabit illud.

366. ¶ Principium huius scientie: est scientia de temporibus morborum ⁊ eo q̄ apparet in eis de dispositione morborum: est etiam sciētia de lōgitudine ⁊ breuitate ⁊ fortitudine ⁊ violentia: debilitate seu tranquillitate egritudinū. ⁊ etiā de iudicio eius quod debet generari ex crisi in temporibus morbi.

367. ¶ In quolibet morbo sunt diuisa tempora: in quorum aliquo contingit mors ⁊ vita vel salus: ⁊ sunt principium augmentum stat᷒. In quolibet potest mors cōtingere. In quarto aūt quod declinatio appellatur non cōtingit mors: nisi contingat error vndecunq̄.

368. ¶ Principium autem est in quo contingit nocumentū in operationibus: ⁊ debilitas in negocijs assuetis.

369. ¶ Et hoc quidem tempus durat: donec digestio appareat in hypostasibus: sputo: fecibus: ⁊ vrina: ⁊ post ipsum apparet ⁊ cognoscitur augmentum ex longitudine paroxismorū febrium: ⁊ operationibus ⁊ accidentibus.

370. ¶ Status vero est cum post dictum negocium perfecta digestio apparebit: nec paroxismi morborum augebūtur: ⁊ accidentia in quātitate equabuntur.

371. ¶ Accipit etiam morbus diminutionē: ⁊ fit interdum crisis perfecta. Unde cum hoc signum videbitur: pronosticetur pax ⁊ salus patientis: nam mors minime accidit in declinatione: nisi error super patiente commisso: aut a re complexionis male ⁊ illaudabilis: necnon etiā omni extrinseco cōtrario eidem contingente.

372. ¶ Scientia autem nostra per quā cognoscimus terminū principij confert quidē in subtiliando cibum ⁊ dietam sicut decet: ⁊ in mediādo subtilitatē eius dietam in augmento. Nam hoc expedit patienti donec morbus ad statū peruenerit: tunc autem decet medicum esse sollicitum ad subtiliandum perfecte dietam.

¶ Rememoratio lōgitudinis ⁊ breuitatis morbus.

373. o Mnis morbus perficitur in mensura: que si fuerit breuis: dicitur acutus: ⁊ hic aut interficit in breui tēpore aut per crisim laudabilē terminat̄.

374. ¶ Ipse etiam morbus est cite digōnis ⁊ breuium temporum: austerus ⁊ periculosus.

375. ¶ Cognoscitur autem ex breuitate sui principij: pro tanto regatur dieta conuenienti.
376. ¶ Non enim sunt multum aggrauande eius virtutes: nec est auferendus et prohibendus ei cibus omnino a principio: nam forsitan caderet virtus eius: nec etiam est debilitandus ante statum ipsius. Sed est potius prudenter in quantitate reficiendus sufficienti secundum exigentiam sui itineris.
377. ¶ Si autem videas difficultatem et malitiam signorum et periculorum: et dolores fortes et violentos cum mala dispositione et casu virtutis et ratione diminuta et permixta: ita quod virtus nequeat morbi malitiam tolerare: pronostica mortem eius futuram ante statum: quam quidem ex malitia accidentium ex morbo colerico contingentium pronosticabis.
378. ¶ Ex morbis etiam est diu durans et longi temporis: qui cronicus seu temporalis appellatur: qui quidem minime corpus celeriter consumit et dissoluit. sed aut necat ipsum cum pthisi et ethica egressu sanguinis: aut macie: aut patiens etiam longo tempore curabitur: et morbus per paulatinam dissolutionem et digestionem consumetur.
379. ¶ Cognosces autem ipsum ex lenitate et facilitate accidentium eius: et frigiditate cuiuslibet ex his morbis.
380. ¶ Non cibes istum patientem modico cibo: quoniam caderent virtutes eius.
381. ¶ Inter autem morbos istos sunt alij medij: quorum tempora non sunt absolute breuia: nec longa vnde cibus eorum in subtilitate medietur nec sit multus neque paruus.

¶ De crisi et signis eius.

382 8 Cito quod crisis est velox et subita mutatio que suo tempore ex difficultate seu malitia accidentium et pugna existente inter virtutem et morbum generatur: vt celeriter ad vitam vel mortem perueniatur.
383. ¶ Sex sunt species mutationum in morbis contingentium. Nam aut negocia tardant aut citantur in eis: vnde interdum conuertitur in temporibus breuibus corpus ad bonum et vitam.
384. ¶ Si fuerit laudabile quod precedit ea, pronosticabis sic super ipsam scilicet super crisim securam et laudabilem.
385. ¶ Et autem alia mutatio velox ad predicta que quidem significat mortem: in hac quidem veloci malitia est angustus precisus medici. nam hec crisis est necans et perniciosa.
386. ¶ Tertia ex predictis mutationibus est mutatio tarda inducens ad dispositionem sanitatis et curans morbum. non tamen cum crisi: sed potius per dissolutionem paulatinam in ea contingentem.
387. ¶ Quarta autem species predictarum mutationum est mutatio parua aut tarda ducens patientem ad interitum: nec fit cum euacuatione sed potius cum ethica dissoluente corpus patientis.
388. ¶ Quinta autem ex predictis est inter eas media cum inducit mortem et malitiam vltimatam.
389. ¶ Sexta vero perducit ad vitam in medio temporum.
390. ¶ He autem crises sibi inuicem dicuntur contrarie composite.
391. ¶ Crisis quidem laudabilis accidit in statu cum perfecta digestione et virtutis fortitudine: contraria vero ei puta illaudabilis fit in augmento.

¶ Rememoratio eorum que oportet sciri in crisi.

392 Nota oportet scire in crisi.
393 1 ¶ Scientiam videlicet de pronosticatione eius: et de diebus creticis: et scientiam etiam eius quod significatur per signa nobis significantia in quam crisis speciem terminetur cum perficitur crisis cuiuslibet morbi.
394. ¶ Omnis autem crisis pronosticatur ex violentia accidentium que dicimus.
395. ¶ Et sunt permixtio sensus et intellectus et dolor aurium et capitis.
396. ¶ Et fluxus lachryme angustia parua famis seu casus appetitus: motus laboriosus et vigiliarum instantia: et dolor in pectore vel collo et illaudabilis excitatio a somno cum motu et rubedine oculorum.
397. ¶ Et stridere dentibus et limatio eorundem in somno et eorundem percussio et fortis fricatio nasi patientis.
398. ¶ Et interdum insinuabit aliquis commouendo cum labijs suis. Videbiturque interdum suggere ea.
399. ¶ Et velocitas quidem anhelitus et desiderium trahendi aerem frigidum cum angustia et velocitas pulsus et frequentia et tussis cum infusione et sonitu et gargarismatis.
400. ¶ Et pulsatio cordis continua et sincopis et conatur patiens a lecto suo surgere et recedere.
401. ¶ Et dolor gutturis et meri cum angustia: que si perseuerauerit continget ei sincopis magna et fortis.
402. ¶ Et pulsatio in lateribus et dorso est tortionibus violentus et fortibus: et continuo dolore stomaci cum querimonia stomaci vel epatis: aut dolor ventris aut circa pecten: aut etiam in renibus et vesica: aut dolor fortis circa virgam: vel in virga aut in matrice aut in omnibus iuncturis: aut quibusdam aut ex eis intus vel exterius.
403. ¶ Cum ergo videbitur augmentum horum accidentium in die cretica: erit procul dubio bonum et laudabile: et potissime si prius digestio apparuerit: sin autem erit quidem contrarium manifestum.

404. ¶ Causa quidem crisis si sit eorum relatio vera est: quoniam luna variat actionem in morbis.
405. ¶ Jam quidem peragrat & abscindit celeriter circulum suum: est quidem causa celeris motus & mutationis fortificatur quidē interdū in hoc & interdum debilitatur: hoc autem notum est in arte astronomorum.
406. ¶ Nequaquam est operatio sue actionis sensibilis in eius iuvamento vel nocumento sicut quidem est ad sensum. visibilis eius figura ex eo quod in ea existit de claritate vel lumine solis.
407. ¶ Eius autem quarta reducet in quarto & eius medietas in septima.
408. ¶ Et morbus quidem minime contingit nisi ex dispositione qua debilitatur opus nature: qui si cum auxilio producatur curuabitur quidem patiens & vita prolongabitur. Sed si cum detrimento morietur quidem & vita perdetur & separabitur.
409. ¶ Crises contingunt interdum in quaternis & interdum in septenis: & ille quidem bone sunt & laudabiles quibus coniunguntur digestio pronosticatio attestantes super ipsas.
409. ¶ In aliis quidem ab istis nequaquam circuitus & periodi reperiuntur ratione turbationis & dubitationis contingentis in eisdem.
410. ¶ In non habentibus vero digestionem & pronosticationem contingit quidem dubium in eorum accidentibus nec contingit crisis in his dieb⁹ nisi cum contingit consequēter aliqd̄ sinistrū.

¶ Rememoratio signorum super fluxum sanguinis.

411. ¶ Cum videris morbum sanguineum austerum & violentum valde: cum illaudabili & impetuoso motu: cuius signa parula sint in capite & manifesta: que usque ad omnes sensus extendātur: cum rubore & pruritu nasi: erit proculdubio crisis eius per fluxum sanguinis narium.
412. ¶ Si vero accidentia ipsius deorsum & in parte inferiori appareant cum dolore continuo umbilici: & precesserit retentio menstruorum: continget quidem crisis per fluxum menstruorum.
413. ¶ Sed si pars suprema corporis incolumis fuerit & a dolore immunis cum dolore tamen hypocondriorum: & patiens querulosus sit de epate: & dolor usque ad anum extendatur. nequaquam quidem committetur error si pronosticetur crisis illa futura per fluxum sanguinis emorroidarum.
414. ¶ Si autem morbus ex colera rubea sit in statu: acciderit que apostema capiti: & dolor capitis & angustia augeantur: nequaquam quidē est desperandum: quoniam continget crisis eius per fluxum sanguinis narium.

¶ Signa crisis per fluxum ventris vomitum & urinam & sudorē & dolorē.

415. V Erum si eius accidentia sunt in stomaco: & cum hoc prius conquestus fuerit patiens de epate. cum angustia & syncopi valida: erit quidē crisis eius per vomitum.
416. ¶ Si vero caput eius fuerit sine dolore et cum angustia ventris et: eminentia umbilici: et precedente ventris constipatione: pronosticanda quidem erit futura crisis per fluxum ventris.
417. ¶ Quod si venter eius pacem habuerit: & digestionem laudabilem: preter quod morbus eius violentus sit & austerus: cum aliquantulo tamen labore & vigiliis: circumscriptis accidentibus sudoris: morbo quidem sic molli & leto existente: cum doloribus pectinis: erit sermo me⁹ veridicus: scilicet quod crisis huius patientis continget per urinam.
418. ¶ Verum si cum pace & quiete predicta retineatur urina: preter quod morbus sit in ultimo acuminis: cum apertione tamen pororum cutis sine forti dolore & vigiliis & siccitate: erit quod crisis eius forsitan cum sudore.
419. ¶ Si autem contingat dolor membri vel iuncturarum in acutis continget proculdubio crisis earum per apostemata.

¶ Rememoratio pronosticorum signorum mortalium sumptorum ex operationibus.

420 V Ere laudabili regimine ex signis super mortem evasionē seu quietem & pacem significantibus.
¶ Ex his quidem sunt horror luminis & lucis: & fluxus lachrime cum rubore motu forti: & vertigine.
421. ¶ Et pultas oculi in uno latere: & apertio oris absque oscitatione.
422. ¶ Et cum quis iacet & dormit resupinus & manibus & pedibus suis protensis & relaxatis.
423. ¶ Ex his etiam est si videatur pannos descendere in lecto suo: & man⁹ & pedes suos detegere.
424. ¶ Necnon mala & illaudabilis imaginatio: qua videatur fila a pannis suis euellere.
425. ¶ Ex his etiā est ultimata gravitas: aut eius manifesta suspensio.
426. ¶ Et etiam frendere dentibus preter solitum & apponere man⁹ sup caput & puluinar.
427. ¶ Aut etiam si imaginetur quod vespilionem nigri coloris capiat: & velit eum interficere.
428. ¶ Nam hoc contingente in morbo acuto: mors quidem appropinquabit.
429. ¶ Ex his etiam est si tacitus efficiatur verbosus: & mitis pacificus: iurgiosus.
430. ¶ Aut si cōqueratur de cecitate: & surditate: vel casu virtutis: ratione violentie morbi.
431. ¶ Vel etiam si videatur patientē duos dor

unit in flatu: q̄ cadat nix super caput eius.
432. ¶ Et anima quidez inquieta domina magne frigiditatis: est res mala ⁊ illaudabilis.
433. ¶ Ex his fit vigilia nocturna: ⁊ somnus diurnus: aut omnimoda priuatio somni.
434. ¶ Necnon si dispositio egri in somno ⁊ post somnum deterioretur: ⁊ cum dolore efficiatur
435. ¶ Si etiaz medicus ordinate ⁊ recte operetur: preter q̄ appareat operationis intentuz: erit malum.

¶ Rememoratio signorum pronosticorum mortalium assumptum a qualitate corporis.

436 Ex his autem sunt facies mortuoruz t faciebus cōsimiles: cuz planitie seu extensione temporum ex morbo contingente ⁊ constrictione aurium: ⁊ ipsarum frigiditate: ⁊ earum inuersatione: ⁊ oculorum profunditate.
437. ¶ Etiam rubor vel nigredo oculorum: aut eorum eminentia: vel principium suscedinis ipsorum.
438. ¶ Aut etiam si quieuerint: aut omnino cessant: vel si fuerint infrigidati: aut palpebrarum tortura.
439. ¶ Aut si fuerit nasus acutus cum obliqua fronte: ex latere labij cōtracto vel marcido.
440. ¶ Frigiditas quidem extremorum patientia cum vlcere: ⁊ nigredine lingue laboriosa: ⁊ similia cruciantia: sunt quidem illaudabilia in febre vrente.
441. ¶ Ex his etiam est viridis rubor vnguiū ⁊ viror in corpore cum vestigio nigredinis.
442. ¶ Ex his etiam est ictericia: si ante septimam diem apparet cuz macie hypocondrioz.
443. ¶ Et si frigiditas sit in manifesto ⁊ superficie corporis: ⁊ color fuerit ⁊ sit iterius. Et presertim si adhuc sit ⁊ remanserit super membra principalia.
444. ¶ Et tumor quidem vultus: cuz tumore extremitatum ante duo septenaria: est quidez terribilis: nam huius patientis materia velox est ⁊ cura: vnde non videtur q̄ ad terminū duorum septenariorum valeat peruenire.
445. ¶ Aut si quiescat ⁊ cesset febris absq̄ crisi: aut si eius fortificatio palam augeatur in diebus paribus.

¶ Signa ex exeuntibus a corpore.

446. Ex his quidez est: fex nigra vel viridis t fetida: pinguis: rubea: ⁊ sicut aqua butyrosa ⁊ alba. Hec namq̄ male sunt ⁊ illaudabiles.
447. ¶ Necnon etiam si appareat diuersorū colorum: hoc namq̄ mortem: aut crisim futuram significat.
448. ¶ Et si cum casu appetitus egestio sit colerica: cum qua egrediatur frustum sanguinis congelatum parum: ⁊ consequenter frustum carnis.
449. ¶ Et etiam si post egressum colere appareat sanguis absq̄ punctione ⁊ stimulatione.
450. ¶ Et si post extenuationem ⁊ macerationem corporis appareat ⁊ egrediatur fex nigra.
451. ¶ Et cum constipabitur venter in febre vrente ⁊ vexabitur cerebrum.
452. ¶ Si etiam egrediatur ventositas cuz sono inuerecundo preter solitum: erit malum.
453. ¶ Et vrina quidem nigra: tenuis: ⁊ pauca significat patientis interitum: estq̄ timendus vt plurimum ⁊ periculosum cum accidit priuatio rationis ⁊ intellectus cum tenuitate vrine.
454. ¶ Ex his etiam sunt vomitus: ⁊ fluxus cum nigredine: ⁊ fetor ⁊ putrefactione contingens.
455. ¶ Frequens etiam tussis cuz modico sputo: est signum malum ⁊ illaudabile.
456. ¶ Sputum etiam diuersorum colorum in pleuresi cum tussi laboriosa ⁊ difficili: significat mortis propinquitatem.
457. ¶ Et sudor solitus capitis ad quem seu ad cuius euacuationem non subsequitur quies est malus.

¶ Rememoratio signorum laudabilium pronosticorum.

458. Si facies eorum appareant quales fuerint tpe sanitatis: eorū quidem cura certa euasio erit manifesta.
459. ¶ Ex his etiam est vniformitas ⁊ equalitas caloris circūscripta macie hypocondriorum.
460. ¶ Et si post septimam diem: erit manifesta ⁊ perfecta ratiocinatio absq̄ malitia: ⁊ vigor motus ⁊ sensuum omnium: concomitante facilitate ⁊ leuitate sui corporis: ⁊ solitus decubitus: ⁊ somni aduentus in nocte vt plurimū sine somno diurno cum vigore patientis post somnum. Omnis etiam somnus tollens dolorem ⁊ perturbationem seu permixtionem rationis: ⁊ mitigans egritudinem: est laudabilis.
